3ª 1
1º
13815

Ar. Log.
Cum
Porph.

1ª 37 - 2 - 30

81

1ª
13815

Num. 38. cax. 1. num. 17.

b1610240x

## Quæ in hoc uolumine continentur

Vitæ Ariſtotelis ex Plutarcho & ex Diogene Laertio.

Prædicabilia prophyrii.

Prædicamenta Ariſtotelis.

Sex principia Giberti poretani interp̄te Hermolao barbaro.

Libri duo periherminias Ariſt.

Liber priorum ariſt.

Libri duo poſteriorum ariſt.

Phyſicorum libri octo.

Metaphiſicæ libri duodecim.

De cœlo & mundo libri tres.

De anima libri tres.

Aethicorū libri decem interprete Io. Argiropilo.

Politicorum libri octo.

Economicorum liber unus.

Libellus de moribus interprete Leonardo aretino.

Magnorum moralium Georgio ualla interprete.

CVM PRIVILEGIO

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

Ioannes Argyropili Bizantii præfatio ad Clariſſimum uirum Petrum Medicen Florentinum in Libro de uniuerſalibus.

IOannes argyropilus Bizãtius præclariſſimo uiro Petro medici florẽtino. S.P.D. Memini me iamdudum magnificentiſſime Petre librum Ariſtotelis de interpraætatione & priorum eam primam partem qua ratiocinationis ortus exprimitur/tua traduxiſſe cauſa: tibiq; quaſi lucubrationum noſtrarum deguſtationem/ſtudiorũq; primitias attuliſſe. Quæ & ſi ad utriuſq; noſtrum dignitatem accomodata eſſe uidẽtur. Quid enim illius diuini hominis ſi a me tibi hoc pacto offeratur/non decens munus eſſe putabitur: tamen ſi eos ſecum libellos eſſe deſiderant quibus ælementis indigere uidentur: imminutum non iniuria quiſpiã munus & non perfectum eſſe putabit. Quamobrem ne id quiſpiam nobis uitio tribuat: cenſoremq; rerum earum quæ ad nos pertinent inertia potius q̃ ignoratione conſtituamus. Libellos nunc hoſce de quinq; uocibus inquam: & de prædicamentis identidem cauſa tua traductos illis adiunxi: quorum alterum Porphyrii: alterum Ariſtotelis eſſe conſtat. Hi nãq; illos ut ſcis neceſſario doctrina præcedunt & ælementorum ad illos ſane ratione ſubire uidentur. Accipe igitur nũc ſimul omnis iſtos libellos ita diſpoſitos ut natura eorum flagitat: ac omnino ratio iubet. & ordine perlege omnes. Nunc enim ſiquid in illis prius erat obſcurum his adiunctis perlectis patefiet dilucidumq; euadet. Nos deinceps cætera tibi ſimilis generis & digniora ſemper ut inſtituimus offeremus. Hoc enim animo ſumus profecto/ut ſi in hac cura atq; adminiſtratione uita noſtra tota ponatur præclare actum eſſe nobiſcum putemus nam & tuæ uirtutes præſtabiliſſimæ & noſter in te amor uehemẽtiſſimus & magnitudo tuorum erga nos mœritorum propenſiores ſane nos ſemper ad ita agendum quo ad ueſcimur aura facit/& hoc inſtituto uitæ moreq; uiuere perſuadet. Vale fœlix & tibi perſuade mihi te chariorem neminem eſſe. Iterum uale.

Explicit præfatio.



Liber Porphyrii de quinq; uocibus Ioan. Argiſopilo Byzantio: interprete.

CVm neceſſarium ſit chryſaori & ad Ariſtotelis prædicamentoꝝ doctrinam/quidnam ſit genus cognoſcere: quid differentia: quid ſpecies: quid proprium: & quid accidens: & ad diffinitiones etiam aſſignandas: atq; ad diuiſiones oĩno demõſtrationeſq; conficiẽdas. ſit hoꝝ utilis cõtemplatio/breuibus enitar tibi tradere ea: quæ a maioribus noſtris de hiſipſis ſuſcepimus: quaſi ingreſſum quẽdam tibi ad hæc oĩa demonſtrãdo. Atq; ab altioribus quidẽ contẽplationibus abſtinebo: faciliores aũt afferam: quas quidẽ nunc tibi accõmodatas eſſe coniecto. Continuo ſi genera quidẽ & ſpecies in reꝝ ſint rõne: an in ſolis nudis conceptibus collocentur: & ſi corporea ſint: an expertia corporis: & utrũ ſeparabilia ſint: an ĩ ipſis ſenſibilibus rebus/dicere nunc omittã: quippe cũ altiſſima ſit talis tractatio: & alia maiore indigeat perſcrutatione: ut de ipſis uero cæteriſq; propoſitis/magis differendi modo ueteres/horumq; maxime Peripathetici tractauere: recenſere nunc/atq; oſtendere tibi conabor.

Degenere.

VIdetur itaq; neq; genus: neq; ſpecies dici ſimpliciter. Dicitur enim genus & aliquoꝝ hominum aggregatio: qui quidem ad unum quippiam & inter ſe habent reſpectum/qua ſignificatiõe Pelopidarum dicitur genus/quo quidem ex reſpectu qui eſt ab uno ideſt Pelope & multitudine eorũ: qui inter ſe eam habent coniunctionẽ: quæ ab illo profluxit/ſic eſt nuncupatum: ut ab aliis generibus ſit ſeiunctum. Dicit̃ & alio mõ genus/uniuſcuiuſq; principium ortus tã ab eo qui genuit: q̃ a loco in quo eſt quiſpiã ortus. Sic. n. oreſtem quidẽ a Tantalo. Hylũ autem ab Hercule dicimus genus habere. & rurſus Pindaꝝ quidem thebanũ: Platonem aũt athenienſem dicimus eſſe. Patria namq; principiũ eſt generationis cuiuſq;: pinde ac pater. Hoc aũt ſignificatum in ꝓmptu eſſe uidetur: Pelopidæ namq; dicuntur qui genere deſcendũt a pelope: & Cecropidœ: qui a cecrope: & hoꝝ quoq; propĩqui. Atq; prius ſane genus eſt nuncupata cuiuſq; ortus origo: poſtea uero & multitudo eoꝝ qui ab uno principio/ceu pelope ꝓfluxerunt: quod q̃dẽ a cæteris ſeiungẽtes ac ſeparantes totum aggregatũ pelopidaꝝ diximus genus: Alio mõ dicit̃ genus id ſub quo ſpecies collocatur fortaſſe accepta ſimilitudine a prioribus uocabuli eius ſignificatis. Nam & principiũ quoddam eoꝝ quæ ſub ſe habet genus tale eſt. & præterea uidetur multitudinem oẽm amplecti: quã. ſ. infra ſeſe continet. His igitur tribus modis dicit̃ genus. De tertio uero genere philoſophoꝝ eſt ſermo. Quod & deſcribẽtes ſic aſſignarũt. genus id eſſe dicentes/quod de pluribus ſpecie differentibus: hoc ipſo quid eſt prædicat̃: ut aĩal. Eoꝝ. n. quæ prædicantur/alia de uno ſolo dicuntur: ut indiuidua/ueluti ſocrates/& hic/& hoc. alia de pluribus prædicantur: ut genera: ſpecies: differẽtiæ: propria: & accidentia cõiter: ſed nõ cuiq̃ proprie. atq; genus ẽ exempli cauſa animal. Species homo/differẽtia rationale: proprium riſibile/accidẽs album: nigrum: ſedere. Genus igit̃ ab hiſce quidem: q̃ de uno ſolo dicuntur hoc ſane differt: quod ipſum de pluribus p̄dicatur. Ab his aũt quæ de pluribus prædicantur hiſcẽ differre uidetur. Atq; a ſpecie quidem hoc: ſpecies. n. & ſi de pluribus prædicatur: non tñ de pluribus ſpecie: ſed numero differentibus prædicatur: homo namq;: qui quidem eſt ſpecies de ſocrate: & platone di

citur:qui non ſpecie:ſed numero differunt. At animal quod eſt genus de boue: equo: atq; homine prædicatur, Quæ & ſpecie non ſolum numero differunt. A proprio uero hoc/nam proprium quidẽ de una ſpecie cuius eſt proprium: & de indiuiduis hiſce/quæ ſunt ſub illa ſpecie p̄dicatur: ut riſibile de homine ſolo & de ſingulis hoĩbus dicitur. Genus autem non de una ſpecie: ſed de pluribus differentibus p̄dicatur. A differentia quoq; cõibuſq; accidentibus hoc: etenim differentiæ cõiaq; accidentia q̄q̄ de pluribus dicuntur ac differentibus ſpecie: non tñ hoc ipſo quid eſt/ſed hoc ipſo potius quale eſt, Hæc dicimus prædicari. Interrogati nãq; quale quid eſt homo/rationale dicim9: & quale q̄d eſt coruus/dicimus nigrum: quoꝝ rationale quidem eſt differentia: nigrum autem accidens. ſed cum quid eſt homo interrogamur/animal reſpondemus: quod quidem eſt hoĩs genus. quare hoc quidem de pluribus inquam dici genus/ab indiuiduis q̄ de uno ſolo prædicantur ſeiungit. Hoc uero differentibus inquam ſpecie ab hiſce: quæ ut ſpecies aut propria prædicantur ipſum diſtinguit. Illud autem hoc inquam ipſo quid eſt prædicari/a differentiis ipſum cõibuſue accidentibus ſeparat: Quæ non hoc ipſo ſane quid eſt/ſed hoc ipſo quale eſt/aut quo mõ ſeſe habet quodq; eoꝝ de quibus dicuntur prædicari ſuaptæ natura ſolent. Nihil ergo ſuperfluum deſcriptio dicta conceptus generis continet: neq; quicq̄ excludit. quod ad naturam generis ſpectat.

## De ſpecie.

Species autem dicitur quidem & de uniuſcuiuſq; forma: qua ſignificatiõe dictum eſt. Prima ſpecies digna eſt imperio dicitur autem & de eo q̄d ſub aſſignato genere collocatur: qua ſignificatione hominem quidem ſpeciem animalis dicere conſueuimus: quod quidem eſt genus. album autem ſpeciem coloris & triangulum ſpeciem ſimili modo figuræ Quod ſi genus aſſignãtes mẽtionem fecimus ſpeciei: genus id eſſe dicentes: quod de pluribus differentibus ſpecie: hoc ipſo quid eſt prædicatur: & nunc id eſſe dicimus ſpeciem/quod ſub aſſignato genere collocatur: ſciendum eſt cum & genus alicuius ſit genus & ſpecies alicuius ſit ſpecies: utriuſq; inquã utrũq; in amborum etiam rationibus ambobus uti neceſſarium eẽ. Aſſignant igitur ſpeciẽ: & hoc modo. Species eſt id quod ſubiicitur generi. Et de quo genus hoc ipſo quid eſt prædicatur. Inſuper hoc etiã pacto. Species ẽ id quod de pluribus differentibus numero hoc ipſo quid eſt prædicatur: uerum hæc quidem aſſignatio ipſius erit ſpecialiſſimæ ſpeciei: & quæ tãtũmodo ſpecies eſt. Cæteræ uero & hiſce competent. quæ non ſpecialiſſimæ ſunt. Atq; id quod dicimus hoc pacto fuerit mãifeſtum, In unoquoq; prædicamento ſunt quædam generaliſſima genera. Et quædam ſpecialiſſimæ ſpecies. Et inter hæc media quædam ſunt: quæ genera eadem ſpecieſq; dicuntur, Eſt autem id quidem generaliſſimum genus ſupra quod nullum omnino genus tranſcendit. Specialiſſima uero ſpecies ea/ſub qua nulla prorſus alia ſpecies collocatur, At inter hæc generaliſſimum inquã genus/ſpeciemq; ſpecialiſſimam ſunt alia quæ genera ſunt eadem: ſpecieſq; non reſpectu tamen eiuſdem ſed diuerſorũ. Explicetur autem id quod diximus uno in prædicamẽto dilucidumq; fiat hoc pacto. Subſtãtia eſt quoddam & ipſa genus/ut patet atq; ſub ipſa quidem eſt corpus. Sub corpore uero corpus eſt animatum: ſub quo animal cadit: ſub quo rurſus animal eſt particeps rationis: ſub quo homo cadit: ſub quo Socrates Plato Singuliq; homines collocãtur.



Horum igitur ſubſtãtia quidem gẽus generaliſſimum ẽ/ſolũq; genus. homo uero
ſpecialiſſima ſpẽs/& ſpẽs ſolũ/at corpus ſpẽs qdem eſt ſubſtantiæ: gẽus aũt corporis
animati. Animatũ uero corpus ſpẽs qdem eſt corporis: genus aũt animalis. Rurſus
animal: ſpẽs quidẽ eſt animati corporis: genus aũt aĩalis participis rõnis. particeps rõ
nis uero aĩal ſpẽs qdem eſt aĩalis: genus aũt hominis. Homo ẽt ſpecies quidem ẽ ani
malis participis rõnis: genus aũt hominũ ſingulo℞ non eſt: Sed ſpecies ſolũ/atq; om
nino id omne quod eſt ante indiuidua/& de ipſis ſine ullo medio prædicatur: ſpẽs erit
dũtaxat/& nullo modo generis rationem ſubibit. Vt igitur ſubſtãtia quia ſupremum
eſt/propterea quod nihil eſt ante ipam: genus eſt generaliſſimũ/uti diximus: ſic & ho
mo/quia ſpecies eſt ſub qua nulla ſpecies prorſus/neq; quicq̃ eorũ quæ diuidi poteſt/
in ſpẽ collocatur: ſed & indiuiduorũ ſpecies eſt (Indiuiduum eſt Socrates: Plato: atq;
hoc album) ſpecies erit profecto ſolũ: ac ultra ſpecies: ſpecialiſſimaq; ſpecies ut dixi
mus. Media uero ſpecies quidẽ eorum erunt quæ ſunt ante ipſa genera aũt eorũ quæ
ſub ipſa ſunt collocata: quare hæc quidem duos habent reſpectus/unum ad ea quæ an
tecedunt quo ſpecies illorum eſſe dicunt̃. alterum ad ea quæ ſub ſe collocata ſunt: quo
genera illorum eſſe dicunt̃. Extrema uero unũ habẽt dũtaxat: generaliſſimũ enim ge
nus/ad ea quidem quæ ſunt ſub ſe collocata reſpectum habẽt: ẽ enim genus ut patet.
Ad ſuperiora uero nullũ habet profecto/cũ ſupremum ſit gẽus & ut principium pri
mum atq; ut diximus/id ſupra quod nullum inueniri gẽus omnino poteſt. Specialiſ
ſima quoq; ſpẽs/unũ habet reſpectũ: habet enim ad ſupera: quorũ ſpecies dicitur: ad
infera uero nõ diuerſum habet: ſed indiuiduorũ ſpecies dicit̃/Atq; indiuiduorũ quidẽ
ſpecies dicitur ut cõtinens ipſa: ſuperiorũ aũt rurſus ſpecies appellat̃ ut cõtinetur ab
illis. Diffiniunt igitur: genus generaliſſimũ eſt quod genus eſt & nõ ſpecies: & rurſus
ſupra quod nullũ aliud omnino genus trãſcendit. ſpẽm uero ſpecialiſſimã hoc pacto
ſpecies ſpecialiſſima eſt quæ ſpẽs eſt: & non genus: & rurſus quæ alias in ſpecies ullas
diuidi nequit. Et iuſuper quæ de pluribus differẽtibus numero hoc ipſo quid eſt præ
dicatur. Media uero ſubalterna genera ſpecieſq; appellant: atq; unũquodq; ipſo℞ ſpe
ciem genuſq; ponunt: non reſpectu tamen eiuſdem ſed diuerſorũ. Ea enim quæ ante
ſpeciem ſpecialiſſimam ſunt uſq; ad generaliſſimum genus/genera & ſpecies. & ſub
alterna dicuntur/ut Agamẽnon/atrides/& Pelopides/& tentalides: ac tandem ulti
mo Iouis. Verum in familiis quidem ad unum uelut Iouem plærunq; principium ip
ſũ reducitur. In generibus aũt & ſpeciebus non ita res ſeſe habere uidetur non enim ip
ſum ens: unum eſt omnium genus cõmune: nec uniuerſa generis ſunt eiuſdem ſupre
mo genere uno/ut Ariſtoteles inquit. Sed ponantnr ut in prædicamentis prima gene
ra decem: quaſi principia decem prima. Et ſi quiſpiam omnia entia appellet: æquiuoce
ut dicit & non uniuoce nuncupabit: nã ſi ipſum ens cõmnne omnium genus eſſet uni
uoce: uniuerſa profecto entia dicerent̃. Cum autem ſint decem prima/communicatio
nomine tantũ eſt & non & ratione: ea quæ ad nomẽ accõmodatur. Genera igitur ſunt
generaliſſima decem. Species quidem ſpecialiſſimæ ſunt quidem in numero quodam
at non infinito. Indiuidua autem quæ ſub ſpecialiſſimis collocantur ſunt infinita. qua
propter deſcendere a generaliſſimis uſq; ad ſpecialiſſimas ſpecies Plato iubebat. ibique
ſtare. Deſcendere uero per media differẽtiis ſpecificis diuidentes. Infinita autem omit
tere. Neq; enim cadere ſub ſcientiã poſſunt. Cum igitur ad ſpecialiſſimas deſcendimus
ſpecies: tranſeamus per multitudinem diuidendo neceſſe eſt. At cum ad generaliſſima
aſcendimus genera in unum multitudinẽ ipam cõgregamus oportet. Species enim in





unam naturam cõgregat multa: & magis etiã genus. Particularia uero ac ſingularia in
multitudinem ipſum unum ecõtra diuidere ſemper uidentur. ſpeciei namq; cõicatione
cõplures homines unus ſunt homo. at unus atq; cõmunis ipſis particularibus plures.
Singulare nãq; ſemper eſt diuiſiuũ. Ipſum uero cõmune collectiuũ atq; unius eſt effe
ctiuum ſuapte natura/Aſſignato aũt genere atq; ſpecie/quidnã utrũq; ipſorũ ſit: quo
rum q̃dem gẽus eſt unũ. ſpecies uero plures. Diuiſio nãq; generis ſpecies in plures ſem
per efficitur: genus q̃dem ſemper de ſpecie predicat̃. Omniaq; omnino ſupera de infe
ris ſemper dicunt̃: ſpecies uero neq; de ꝓpinquo ſibi genere: neq; de ullo ſupero p̃dica
tur. Non enim cõuertitur: nã ut paria de paribus hinnibile de equo aut maiora de mi
noribus: ut animal de homine predicetur oportet. Minora uero de maioribus nõ opor
tet: non enim animal hominem eſſe dixeris: ut hominem animal eſſe dices/atq; de qui
bus ſpecies prædicatur: de his & ſpeciei genus: & genus etiam generis uſq; ad generaliſ
ſimum neceſſario predicabitur: nam ſi uerum eſt dicere Platonem hominem: & homi
nem animal: & animal ſubſtantiam eſſe. uerum eſt dicere Platonem animal & ſubſtan
tiam eſſe. Cum igitur ſupera ſemper de inferis prædicẽtur: ſpecies quidẽ de indiuiduo:
genus autem de ſpecie ac indiuiduo: & generaliſſimum genus de genere uel de generi
bus ſi plura media ſubalternaq; ſint: & de ſpecie: atq; indiuiduo prædicabitur. Genera
liſſimum enim de generibus & ſpeciebus ac indiuiduis omnibus prædicat̃. Genus aũt
quod eſt ante ſpecialiſſimam ſpeciem de uniuerſis ſpecialiſſimis ac indiuiduis dicitur:
& ſpecies ea quæ eſt ſolum ſpecies de omnibus indiuiduis prædicatur: & indiuiduũ de
uno ſolo particulari. Indiuiduũ autem dicitur ſocrates & hoc albũ: atq; hic accedens fi
lius ſophroniſci: ſi ſolus ipſi Socrati ſit. Indiuidua igitur ex eo talia dicunt̃ quia ex pro
prietatibus quodq; conſtat: quarum idem aggregatũ nunq̃ in alio fiet. Socratis namq;
proprietates nullo in alio particulari eædem fient. Hominis tamen cõmunis proprie
tates eædem in pluribus: imo uero in omnibus ꝑticularibus hominibus/ut homines
ſunt/fiunt atq; inueniuntur/Indiuiduũ igitur a ſpecie & ſpecies a genere continetur. ge
nus enim eſt quoddam totum. Indiuiduũ autem pars. At ſpecies totum eſt: ac etiam
pars: ſed ut pars quidem ad aliud: ut totum autem nõ ad aliud dicitur ſed in aliis. To
tum enim in ipſis partibus eſt. De genere igitur atq; ſpẽ: & quid nã ſit generaliſſimum
genus: & quid ſpecialiſſima ſpecies: & quæ ſunt eadem genera ſpecieſue: quæ præterea
ſint indiuidua. Et quot modis genus ſpecieſq; dicantur: ſatis iam explicauimus.

De differentia.

DIfferentia aut cõmuniter: proprie & propriiſſime dicitur. differre namq;
q̃ppiã cõiter dicitur cũ diuerſitate quouis mõ aut a ſeipſo aut ab alio. diſ
fert a Platone nãq; Socrates diuerſitate: atq; a ſeipſo puero uir factus: &
agente nõ agẽs differt. & ſemper hæc differentia in iis eſt ſane diuerſitati
bus: quæ cõſiſtunt in hiſce: quæ cũ interrogamus. quomodo res ſeſe ha
bet aſſignari reddiq; ſolent. Proprie uero aliqua differre dicuntur cũ inſeparabili diffe
runt accidenti. At inſeparabile accedens eſt ceruleus oculorum color: aut ſimitas: aut
cicatrix callo ex uulnere inducto. At propriiſſime quippiam a quopiam differre dicit̃
cum ſpecifica differentia differt/qualiter rationalis/omnis igitur uniuerſaliter differen
tia diuerſum facit adiuncta: ſed communiter quidem & proprie differentiæ diuerſum
per accidens faciunt. Propriiſſime uero diuerſum per ſe/Quod quidẽ & aliud dicitur.
Differentiarum enim aliæ diuerſum per accedens aliæ per ſe diuerſum. i. aliud faciunt.

illæ ſimpliciter differentiæ: hæ ſpecificæ nuncupantur. Animali nāq; differentia ratio-
nalis adiuncta aliud ſane: ac animalis ſpeciem facit. Motus autem additus diuerſum
a quieſcente tantūmodo fecit: differentiis igitur hiſce quæ faciunt aliud / diuiſiones ge
nerum in ſpecies faciunt: & diffinitiones etiam aſſignantur: quæ quidē ex genere tali-
buſue differentiis conſtant. cæteris uero diuerſitates per accidens tantum emergunt
eius quo de qualiter ſeſe habet / interrogatur. Rurſus igitur a principio differentiam di
uidentes differentiarum / alias ſeparabiles / alias inſeparabiles dicimus eſſe. Moueri nā
que atque quieſcere: & ualere ac ægrotare: & quæ ſunt ſimilis generis ſeparabilia ſunt.
Aquilinum autem eſſe: uel ſimum & rationale: & irrationale inſeparabilia ſunt. Inſe-
parabilium rurſus alias per ſe: alias per accidens eſſe rationale namq; & mortale & ſu-
ſceptiuum eſſe ſcientiæ per ſe homini cōpetunt. At aquilinum eſſe uel ſimum per acci
dens & non per ſe cōpetit. Quæ igitur per ſe competunt in ſubſtantiæ ratione ſumun
tur: ac aliud faciunt. Quæ uero p accidens competūt nec in ſubſtantiæ ratione ſumum
tur / nec aliud faciuut ſed per accidens diuerſum / ut diximus: & hæ quidem & ſi inſepa
rabiles ſunt intenſionem remiſſionemue ſuſcipiunt. Simum enim eſſe: aut coloratum
intenditur: atq; remittitur. Illæ uero non ſuſcipiunt. Neq; enim genus magis minuſue
de eo cuius eſt genus dicitur: neq; generis differentiæ quibus in ſpecies genera diuidū-
tur. Hæ nāq; ſunt quæ cuiuſq; rationem cōficiunt. At uniuſcuiuſq; ratio una eſt eadem
q; neq; intenſionem neque remiſſionem ullam ſuſcipiens. Rurſus differentiarum aliæ
per ſe ſunt eæ per quas in ſpecies diuidimus genera. Aliæ per quas ea quæ ſunt diuiſa
conſtituuntur / ueluti differentiæ per ſe animalis hæ ſunt omnes: animatum ſenſiti-
uum: rationale: ac irrationale: & mortale: & immortale. Atq; animati quidem & ſen-
ſitiui differentiæ conſtitutiuæ ſunt ſubſtantiæ animalis. Eſt enim animal ſubſtantia
animata ſenſitiua. Mortalis uero ac immortalis & rationalis ac irrationalis animalis
ſunt differentiæ diuiſe. Per has enim in ſpecies genera diuidūtur. Verum hæ quæ ſunt
generum diuiſiuæ: cōſtitutiuæ ſunt ſpecierum. nam animal per rationale ac irrationa
le: & per mortale rurſus ac immortale diuiditur. Sed mortalis quidem rationaliſue
differentiæ conſtitutiuæ ſunt hominis. Rationalis uero ac immortalis deorum. Irra-
tionalis autem atq; mortalis animalium expertium rationis. Sic & ſubſtantia ſupre-
ma per differentias animati atque inanimati & ſenſitiui una cum ſubſtantia ſumptæ
animal confecere. Animati autem atq; inſenſibilis plantam. Cum igitur eædem diffe-
rentiæ partim cōſtitutiuæ ſint: partim diuiſiuæ / uniuerſæ ſpecificæ nuncupantur. Atq;
his opus eſt maxime ad generum diuiſiones: & ad diffinitiones conficiendas. Sed non
illis aliis quas ſeparabiles eſſe aut inſeparabiles diximus. Has itaq; diffinientes differen
tiam inquiunt eam eſſe qua ſpecies genus excedit. Homo nanq; plus q̄ animal habet
rationale atq; mortale. Animal enim neq; nihil iſtorum eſt. Vnde enim differentias
ſpecies haberent: neq; omnes oppoſitas habet. Idem enim oppoſita nimirum habe-
ret. Sed ut cenſent potentia quidem omnes eas differentias habet quæ ſub ſe ſunt: actu
autem nullam. Atque hoc pacto neq; ex non entibus quicquam fit: neq; circa idem
oppoſita ſimul erunt. Diffiniunt ipſas & hoc pacto. differentia eſt id quod de plu-
ribus & differentibus ſpecie hoc ipſo quale quid eſt prædicatur. Rationale enim &
mortale de homine hoc ipſo quale quid eſt homo / ſed non hoc ipſo quid eſt præ-
dicatur. Nam ſi interrogabimur quid eſt homo / accomodate dicemus animal. At ſi
quale animal eſt interrogabimur: rationale mortaleq; accomodatiſſime responde-
bimus



bimus. Nam cum res e materia formaq; conſtent: aut ex talibus ſimilitudine ratio-
nis ut ſtatua: ex ære quidem ut ex materia conſtat: ex figura autem ut ex forma: ſic &
homo communis: qui quidem eſt ſpecies / ex genere differentiaq; conſtat: ſimlitudi-
nem rationis ſubeuntibus cum materia atq; forma: totum autem hoc animal ratio-
nale mortale eſt homo & ibi eſt ſtatua. Deſcribunt tales differentias & hoc modo.
Differentia eſt id quod ſuapte natura ea quæ ſunt ſub eodem genere ſeparat. Ratiōale
enim ac irratiōale equum & hominem ſeparat: quæ ſub eodem / ut patet / genere quod
quidem eſt animal collocantur. Inſuper & hoc modo aſſignant: differentia eſt id quo
ſingula differunt. Homo enim & equus genere quidem non differūt. Et nos enim ani
malia ſumus & ea quæ ſunt expertia rationis / ſed additum rationale / nos ab illis ſeiun
xit: dii quoq; & nos rationis participes ſumus: ſed mortale adiunctum nos ab illis di-
ſtinxit. Exactius autem ea quæ ad differentiam pertinent pertractantes: differentiam
inquiunt non quoduis eorum eſſe: quæ ſeparant ea quæ ſub eodem genere collocan-
tur. Sed id quod ad ſubſtantiam rationemq; confert: & quod pars eius eſt rei / cuius dif
ferentia dicitur eſſe. Non enim aptum ad nauigandum eſſe hominis eſt differentia: &
ſi eius proprium eſt. Dicere nanq; poſſumus animalium: alia eſſe apta: alia non eē ap
ta ad nauigandum: hominem a cæteris ſeiungentes. At aptum eſſe ad nauigandum
ad ſubſtantiam ſane non confert / neq; pars eſt ipſius / ſed aptitudo ſolum propterea q;
non eſt tale quales ſunt he differentiæ: quas ſpecificas appellamus. Erūt igitur eæ ſpe
cificæ differentiæ: quæ diuerſam faciunt ſpeciem & quæ in ratione ſumuntur. Atq; de
differentia quidem hæc ſatis ſint dicta.

## De proprio.

PRoprium autem per quatuor diuiditur modos: nam ꝓprium eſt id quod
ſoli cuipiam accidit ſpeciei / & ſi non omni: ut homini accidit mederi aut
geometrice contemplari. Et id item quod omni accidit ſpeciei / & ſi non
ſoli: ut hominem bipedem eſſe. Et etiam id quod ſoli accidit / & omni atq;
quandoq;: ut omni homini in ſenectute caneſcere. Quartum autem eſt id in quod om
nia conuenerūt: ut ſoli & omni ſemperq; accidat. Quale eſt riſibile reſpectu hominis:
nam homo & ſi non ſemper ridet riſibilis tamen dicitur: non ex eo quia ſemper ridet:
ſed quia aptus eſt ad ridendum. Hoc autem ipſi ſemper eſt īſitum. Quēadmodum &
equo ipſum hinnibile. Hæc & propria inquiunt eſſe / quia in his ipſis fit & cōuerſio. Si
eſt enim homo eſt riſibile: & ſi eſt riſibile eſt etiam homo.

## De accidente.

ACcidens eſt quod adeſt atq; abeſt ſine ſubiecti corruptione. Diuiditur au-
tem in duo. Aliud enim eſt ſeparabile: aliud īſeparabile: atq; dormire qui-
dem accidens ſeparabile eſt. nigrum autem eſſe coruo æthiopiue inſepara
biliter accidit. Mente tamen cogitatiōeue coruus albus / & æthiops non ni
ger ſine ſubiecti corruptione concipi poteſt: diffiniunt etiam & hoc pacto / accidēs eſt
quod ineſſe ac non ineſſe eidem poteſt: aut quod: neq; genus: neq; ſpecies: neq; diffe-
rentia: neq; proprium eſt: ſemper autem eſt ī ſubiecto. Determinatis autem uniuerſis
quo ſunt ꝓpoſita / genere / inquam / ſpecie / differentia / propriæ / & accidēte / dicendum
eſt quæ nam communia: & quæ propria ipſis inſunt.

## De communibus atq; propriis quinq; uniuerſalibus.

COmmune hoc itaq; omnibus ineſt de pluribus prædicari: ſed genus quidem de omni ſpecie ſua: & de indiuiduis quæ ſunt ſub unaquaq; ſpecie prædicatur: & differentia ſimili modo. Species autem de indiuiduis quæ collocantur ſub ipſa. Proprium uero de ſpecie & indiuiduis ſpeciei. Et accidens de ſpeciebus & indiuiduis prædicatur. Animal enim de equis bobus atq; hominibus q̃ quidem ſunt ſpecies prædicatur. Et item de hoc equo de hoc boue atq; de hoc homine quæ indiuidua conſtat eſſe. Irrationale autem de boue de equo & de ſingulis ſimiliter p̄dicatur. Homo uero qui quidem eſt ſpecies de ſingulis ſolum hominibus dicitur. Et ꝓprium de ſpecie cuius eſt proprium. Et de indiuiduis quæ collocantur ſub ipſa: riſibile enim de homine & de ſingulis hominibus prædicatur. nigrum autẽ de coruorum ſpecie & de ſingulis dicitur coruis: atq; de ethiopibus ſimili modo: quod quidem inſeparabile accidẽs eſt ut patet. Moueri quoq; qđ accidẽs eſt ſeparabile de equo atq; hoīe &. de horum indiuiduis dici ſolet. Verum primo quidem de indiuiduis: ratione uero ſecunda de ſpeciebus etiam quæ indiuidua continent prædicatur.

Cõmunia generi cum differentia.

COmmune eſt generi ac differentiæ ſpecies continere. Cõtinet enim & differentia ſpecies: & ſi non omnes eas quas genus continet. Rationale nã q; & ſi non expertia ratiõis/ut animal. Deum tñ ac hominem quæ ſunt ſpecies continet. Quæ præterea prædicantur de genere ut genus eſt: & de ſpeciebus quæ ſunt ſub ipſo etiam prædicantur. Quæ etiã de differentia ut differẽtia eſt dicuntur de ea ſpecie/quæ ex ipſa cõſtat ſimiliter prædicãtur de aīali: nãq; quod quidẽ ẽ genus ſubſtãtia & animatum & ſenſitiuum dicto dicũtur modo. Hæc eadem & de uniuerſis quæ collocantur ſub animali uſq; ad indiuidua p̄dicantur. De rõnali quoq; quod quidem eſt differẽtia. Hoc ratione inquam uti identidem prædicatur. Atq; hoc non ſolum de rationali: ſed etiam de ſpeciebus rõnalis atq; indiuiduis p̄dicabitur. Cõmune inſuper illud ẽt eſſe patet: nam ſi genus tollatur uel differentia/uniuerſa continuo tolluntur: quæ collocant̃ ſub ipſis: etenim ut ſi nõ ſit aīal hõ non eſt/neq; etiã equus. ſic ſi non ſit rõnale nullum animal prorſus erit/qđ particeps ſit rõnis.

Propria generis: & differentiæ.

PRoprium uero generis eſt de pluribus q̃ differentia ſpecies ꝓpriũ atq; accidens prædicari. Nã animal quidem de hoīe dicitur equo: aui: atq; ſerpente. Quadrupes autem de hiſce tantũmodo dicitur quæ quattuor pedes habent. Homo uero de īdiuiduis ſolum humanis: Et hinnibile de ſolo equo ac ſingulis equis. Et accidens de paucioribus ſimili modo atq; ſumendæ ſunt eæ differẽtiæ: quibus diuiditur genus: nõ eæ ex quibus generis ſubſtantia cõſtat. Præterea genus quidem potentia differẽtiam continet. Animal enim partim particeps: partim expers eſt rõnis. At differentiæ non continent genera. Præterea genus prius eſt hiſce differentiis quibus diuidi ſolet. Iccirco ſecum ipſas tollit: ſed ab ipſis non tollitur. Nam ſi animal tollatur/rationale ſimul irrationale ue continuo tollitur. Differẽtiæ uero genus nõ tollunt: nã ſi uniuerſæ quoq; tollantur/ſubſtantia animata ſenſitiua mente cogitatione q; concipitur: quæ quidem animal eſt ut patet. Præterea genus quidem hoc ipſo quid eſt: differẽtia uero hoc ipſo quale quid eſt/ut dictũ eſt prædicatur. Præterea genus quidem unum in unaquaq; ſpecie eſt: ut eſt in homine animal: differẽtie uero plures: ut rationale: mortale: mẽtis atq; ſciẽtiæ ſuſceptiuum: quibus ab expertibus rationis animalibus differt. Genus p̄terea ſimilis eſt materiei: differentia formæ: ſunt & alia cõmunia



propriaq; generis differentiæue: Hæc tamen quæ ſunt enumerata ſufficiant.

Cõmunia generi & ſpeciei.

GEnus & ſpecies hoc habent commune/de pluribus inquam: uti diximus: prædicari: ſpecies autem ut ſpecies ſolum: ſed non ut genus quoq; ſummatur: ſi ſit idem ſpecies atq; genus cõmune eſt etiam ipſis: & iis eſſe priora de quibus dicuntur: & inſuper utrunq; totum quid eſſe.

Propria generis & ſpeciei.

HOc autem differunt: quod genus quidem ſpecies continet. Species autem continentur/& non continent genera. Genus autem ad plura q̃ ſpecies ſeſe extendit. Præterea genera præſupponantur oportet/quæ quidem & differentiis ſpecificis informata: ſpecies nimirum efficiũt. Quapropter & priora genera ſunt natura/& ſecum ſpecies tollunt/& non ab illis tollũtur: & ſi ſit quidem ſpecies/erit & genus omnino. Sin uero ſit genus/non omnino & ſpecies eſt. Et genera quidem de quaq; ſpecie ſua uniuoce prædicantur. Species autem de generibus non dicuntur. Præterea genera quidem ambitu ſpecierum quæ ſunt ſub ipſis ſpeciem quãq;. Species autem genera differentiis ſuis exuperant: præterea neq; ſpecies generaliſſimum genus: neq; genus ſpecialiſſima ſpecies unq̃ fieri poteſt.

Cõmunia generi cum proprio.

GEneri commune cum proprio eſt ſpecies ſequi: nam ſi homo eſt animal eſt: & ſi homo eſt riſibile eſt/cõmune etiam eſt prædicatio æqua. Aeque namq; genus de ſpeciebus: & proprium de indiuiduis/quorum eſt proprium prædicatur. Etenim æque bos & homo eſt animal: & Socrates atq; Plato riſibile/Commune inſuper eſt & uniuoca prædicatio. Et genus enim de ſpeciebus ſuis/& proprium de hiſce quorum eſt proprium uniuoce p̄dicatur.

Propria generis atq; proprii.

GEnus his a proprio differt. Genus enim eſt prius proprium uero poſterius. eſſe enim animal: deinde diuidi differentiis/propriiſq; oportet. Et genus quidem de pluribus ſpeciebus quarum eſt genus. Proprium autem de una ſpecie tantum cuius eſt proprium prædicatur: præterea proprii quidem fit mutua prædicatio. Generis autem non fit: neq; enim ſi animal eſt/homo eſt: neq; ſi animal eſt/riſibile eſt. Sin uero homo eſt/riſibile eſt & ecõtra. Præterea proprium quidem omni ſpeciei ineſt cuius eſt proprium: & ſoli ac ſemper. Genus autem omni quidem ſpeciei cuius eſt genus: & ſemper ineſt non tamen ſoli: præterea ſi propria tollantur: genera non tollũtur. Sin uero genera tollantur/ſpecies continuo ſimul tolluntur: quibus peremptis: & propria ſimul pereunt.

Cõmunia generi cum accidente.

g Eneri autem & accidenti commune eſt de pluribus. uti dictum eſt: prædicari ſiue accidẽs ſit ſeparabile: ſiue inſeparabile. moueri nãq; de pluribus: & nigrum de coruis æthiopibuſue/& quibuſdam etiam expertibus anima prædicatur.

Propria generis & accidentis.

PLuribus aũt genus atq; accidens differre uidentur. Genus enim ſpẽs ut patet p̄cedit. Accidens autẽ poſterius eſt: eiſdẽ etiam ſi accidens inſeparabile ſũmatur. Prius eſt enim natura id cui accidit accidẽte: & hiſce quidem quibus genus cõmunicatur: æque generis communicatio competit. Hiſce ue

ro quibus accidens communicatur non æque cōmunicatio competit. Intenſionem.n. remiſſionemue cōmunicatio accidentium ſuſcipit:generum uero non ſuſcipit. Et acci cidentia quidem in indiuiduis primo ſunt:genera uero ac ſpecies indiuiduis ſubſtātiis natura priora ſunt. Et genera quidē de hiſce quæ ſunt ſub ipſis hoc ipſo quid eſt prædi cantur:accidentia autem hoc ipſo quale quid eſt:aut quomodo ſeſe habet res p̄dican tur. Qualis eni eſt æthiops ſi īterrogatus fueris:niger dixeris:& quo modo ſeſe habet.

Socrates ambulat reſponderes aut ſedet.

GEnus aūt quonā pacto a cæteris differt iā diximus. Fit autē ut unūquodq; ēt cæterorū a cæteris quattuor differāt. Quare cum hæc quinq; quidē ſint unūquodq; uero a quattuor differat fit ut uiginti omnis ipſoꝝ defferētiæ ſint. Quater.n.quinq; numerum dictū conficiunt. Sed non ita eſt:ſed cū deinceps enumerent & duo quidem/una differant differentia:propterea ꝙ eſt ſūpta: tria uero duabus: & quattuor tribus:& quinq; quattuor: decem iſtorum uniuerſæ pro fecto differentiæ fiunt/quattuor/tres/duæ/una. Genus enim quonam pacto a differē tia/ſpecie/proprio / accidenteq; differt/iam dictum eſt. Sunt igitur hæ quatuor diffe rentiæ. Differentia uero quo pacto quidem differt a genere/dictum eſt/cum dicebat̃ quo nam modo genus ab ipſa differret. Reſtat autem ut quo nam modo differt a ſpe cie/proprio/accidenteq;/dicatur. Atq; tres hic differentiæ emergunt ut patet. Species rurſus quo quidem modo a diff erentia differt:dictum eſt cum quo nam pacto differt a ſpē differentia dicebat̃. Quo uero modo a genere differt:dictum eſt etiam/cum quo nam pacto genus differt ab ipſa ſpecie dicebatur. Reſtat igitur/ut quo nam modo dif fert a proprio/atq; accidente/dicatur:atq; duæ iam & hæ differētiæ hinc oriuntur. Pro prium igitur reſtabit/ut quonam pacto differt ab accidente dicatur: nam quo pacto a ſpecie:differentia.genereq; differt dictum eſt antea/cum illa differre ab hoc/diceban tur. Cum igitur generis ad cætera quattuor differentiæ ſumantur/ut diximus:differen tie tres:ſpeciei duæ:proprii una:quæ eſt accidens:decem omnis iſtorum profecto dif ferentiæ erunt. Quarum quattuor:quæ ſunt generis ad cætera diximus. Nūc deiceps cæteras afferamus oportet.




Cōia differentiæ cum ſpecie.

COmmūe id itaq; dif ferentiæ eſt cum ſpe cie:æque eſſe cōmu nicata. Singuli eni homines æque ſunt homīes at q; rationis participes. Eſt etiam & hoc cōmune/ ſemp iis adeſſe quibus cōmunicatur. Semper enim ſocrates rationalis eſt/ſem perq; homo.

Propria differentiæ & ſpeciei.

PRoprium differentiæ quidem eſt ſemper hoc ipſo quale quid eſt prædica ri. ſpeciei aūt hoc ipſo quid eſt prædicari:nā ſi homo/ut quale quid ſumit̃: nō tñ eſt ſimpliciter quale:ſed ea rōne:qua differētiæ generi cōiunctæ ipm



cōſtituerūt. Præterea differētia quidē in pluribus ſæpe ſpeciebus uidet̃ eſſe/ut quadru pedes pluribus animalibus ſpecie diuerſis ineſt. Species autem indiuiduis ſolis ineſt: quæ ſub ipſa ſunt collocata. Præterea differentia prior eſt ipſa ſpecie/quæ ex ipſa cōſtat: tollit enim rationale hominem ſi tollatur. At homo ſi tollatur non tollit rationale. Eſt enim deus. Præterea differentia quidem cum alia cōponitur differentia: rationale nāq; atq; mortale ad conſtituendū hoīem componūtur. Species aūt cum ſpecie non compo nitur ut alia quædam ſpecies oriatur. Quidam.n.equus cum quodā aſino ad muli ge nerationē concurrit. Equus aūt ſimpliciter cum aſino compoſitus non effecerit mulū.

Communia differentiæ cum proprio.

DIfferentia & proprium cōe quidem habent/æque communicata:his cum quibus cōmunicantur.æque.n.rationalia ſunt rationalia : & æque riſibi lia:ſūt riſibilia & ſemp ac oī ſpeciei adeſſe. nā ſi diminutus ēt fuit bipes ra tione tamen aptitudinis ſemper dicitur bipes. Quoniam & riſibile per aptitudinem ſemper dicitur tale:non quia ſemper ridet.

Propria differentiæ & proprii.

PRopria autem hæc:nam differentia quidē per ſæpe de ſpeciebus pluribus dicitur. Ratiōalis enim de deo dicitur & de homine:proprium autem de una tantūmodo ſpecie/cuius eſt proprium prædicatur. & differentia qui dem ſequitur ea quorum eſt differentia:non tamen conuertitur:in ꝓpriis uero fit mutua prædicatio:propterea ꝙ conuertuntur.

Cōmunia differentiæ & accidenti.

DIfferentiæ cum accidēte commune eſt de pluribus prædicari:& item ſemper ac omni adeſſe:modo ſit inſeparabile accidēs:& bipes cum ſemper omni ho mini competit:& nigrum omnibus ſimiliter coruis ineſt.

Propria differentiæ & accidentis.

DIfferre autem hiſce uidentur. Differentia nanq; continet ſpecies & non conti netur. Etenim rationale continet hominē atq; deum. At accidentia tū conti nent/atq; ex eo quia in pluribꝰ ſunt/tum continentur. Atq; propterea quod ſubiecta non unius ſunt accidentis:ſed plurium ſuſceptiua. Et differētia qdē expers eſt intenſionis atq; remiſſionis. Accidētia autē gradus ſuſcipiūt:ac magis talia minuſue dicuntur. Propterea contrariæ quidē differētiæ miſceri non poteſt:accidētia uero con trarie nōnunq̄ miſcentur:& ſūnt cōmunia propriaq; differentiæ ac cæterorum. Speci es autem quo pacto quidem a genere/differentiaq;/differt:dictū eſt illo in loco:in quo dicebatur:quo pacto genus & differentia ſimiliter a cæteris differunt. Quomodo ue ro a proprio accidenteq; differt reſtat deinceps conſiderare.

Communia ſpeciei cum proprio.

SPeciei itaq; cum ꝓprio eſt cōmune/mutua prædicatio : nam ſi homo eſt riſibile eſt:& ſi riſibile eſt homo ē:atq; riſibile ut aptū eſt ad ridēdū ſumē dum eſt/ut ſæpenumero diximꝰ. Eque præterea ſpecies aſſunt hiſce qui bus communicantur:& propria hiſce quorum propria eſſe dicuntur.

Propria ſpeciei ac proprii.

DIfferre autem hiſce uidētur. Species.n.& alioꝝ genus eſſe poteſt. Propriū uero aliorum proprium eſſe non poteſt. Species quidē propriū antecedit. ꝓpriū autē aduenit ſpeciei. Sit.n.homo oportet ut & riſibile ſit. Præterea ſpecies quidem ſemper actu ſubiecto adeſt. Proprium aūt interdum & po

tentia ineſt. Socrates.n.actu quidē ſemper eſt homo:nō autē ſemper ridet/q̄q̄ ſemper ad ridendum eſt aptus.præterea quoꝝ diffinitiões ſunt diuerſæ:ea etiam ſunt diuerſa. At ſpeciei quidem diffinitio eſt ſub genere eē: & de pluribus differentibus numero hoc ipſo quid eſt prædicari: & quæ ſunt ſimilia. Proprii uero ſoli & ſemper atq; omni ineſſe.

Communia ſpeciei & accidentis.

SPeciei uero & accidenti cōe eſt de pluribus prædicari:perpauca autem ſunt ea in quibus conueniunt:propterea quod plurimum inter ſeſe accidens/ & id cui accidit/diſtant.

Propria ſpeciei & accidentis

PRopria autem utriuſq; ſunt hæc. Species.n. de hiſce quonā eſt ſpecies hoc ipſo quid eſt prædicatur. Accidens aūt hoc ipſo quale ē:aut q̄uo ſeſe habet: & quæq; ſubſtantia unius quidē ſpeciei: Plurium autem accidētiū tam inſeparabiliū q̄ ſeparabilium particeps eſt/& ſpecies quidem ante accidētia mēte concipit'/etiā ſi inſeparabilia ſunt. Sit.n.ſubiectum oportet/ ut illi quippiā accidat. Accidētia autē poſteriora ſunt & aduēticia ſunt natura. Præterea ſpeciei quidē cōicatio æqua eſt. Accidentium aūt & ſi inſeparabilia ſunt:æqua nō eſt. Aethiops.n.magis aut minus niger æthiope eſſe poteſt. At.n.reſtat ut de proprio & accidente dicamus. Quo enim modo propriū a genere & ſpecie/ & differentia/differat antea diximus.

Communia proprio cum accidente.

COmmune itaq; proprio cum accidente inſeparabili eſt / ſine ipſis non eſſe ea/in quibus inſunt. Vt.n.ſine riſibili non eſt homo: ſic & ſine nigro æthiops eſſe non poteſt. Et quemadmodum omni/ſemperq; propriū adeſt : ſic & ipſum inſeparabile accidens adeſt.

Propria proprii & accidentis.

DIfferunt autem hiſce:proprium.n. uni ſoli ſpeciei ineſt / ut riſibile homini. Inſeparabile autem accidens/ceu nigrū/non æthiopi ſolum: ſed coruo etiā & pici: & hebeno cæteriſq; compluribus ineſt. Quapropter proprium quidem conuertitur cum eo cuius eſt proprium: & eſt ipſi æquale. Inſeparabile autem accidens non cōuertitur/proprioꝝ quidem communicatio æqua eſt:accidentium autem ſuſcipit gradus. Sunt & alia cōmunia hiſce quæ dicta ſunt atq; propria:uerum & hoc ad ipſoꝝ diſtinctionem/conuenientiamq; demonſtrandam ſufficiunt.

Liber Porphyrii de quinq; uocibus explicit.

Liber prædicamentoꝝ Ariſtotelis Ioan. Arg. Bizantio interprete.

De æquiuocis.

AEquiuoca dicuntur ea/quorum nomen ſolum cōmune eſt: ratio uero ſubſtantiæ nomini accommodata diuerſa: ut animal dicitur & ipſe homo: & id quod eſt pictum. Horum enim nomen cōmune tantummodo eſt:ratio uero ſubſtantiæ nomini accommodata diuerſa. Si quiſpiam enim quæ nam ſit utriuſq; ratio animalis uoluerit aſſignare; rationem utriuſq; profecto propriam aſſignabit.



De uniuocis.

VNiuoca ea dicuntur/quorum & nomen cōmune eſt: & ratio ſubſtātiæ nomini accomodata eadē eſt: ut animal dicitur/& ipſe homo: & equus: nomine nāq; cōmuni & homo & equus animalia nuncupantur : & ratio quoq; ſubſtantiæ utriuſq; eadem eſt. Si quiſpiam enim utriuſq; ratiōem uoluerit aſſignare: quæ nā ſit utriuſq; rō aīalis: eādē rōnem omnino reddet.

DEnominatiua ea dicūtur / quæ ab aliquo nominis appellationem habent differentia caſu: ut a grammatica grammaticus appellationem habet/& a fortitudine fortis.

EOrum quæ dicunt'/alia cū complexione: alia ſine cōplexione dicuntur. Illa talia ſunt/hō currit: hō uincit. Hæc iſtiuſmodi ſunt: hō: bos: currit: uincit. Eoꝝ quæ ſunt: alia de ſubiecto quidē dicunt': in nullo uero ſunt pr̄ſus ſubiecto/ut homo/de quodā homine dicitur/ut de ſubiecto : in nullo aūt eſt ſubiecto/alia ī ſubiecto qdē ſūt: de nullo uero ſubiecto dicūtur/At/q; id in ſubiecto eē dico qd' ī aliquo qdē eſt: & nō uti ps: ut ſit aūt ſeorſū ab eo in quo ineſt fieri neqt : ut q̄dā grāmatica eſt qdē ī aīa ut ī ſubiecto de nullo uero ſubiecto dr̄ /Alia de ſubiecto dicunt' & ī ſubiecto ēt ſūt: ueluti ſcīa ī aīa qdē ē/ ut ī ſubiecto: de grāmatica āt dr̄ ut de ſubiecto. Alia neq; ī ſubiecto ſūt: neq; de ſubiecto ullo dicunt'/ut qdā hō & qdā equus. nihil.n.taliū aut ī ſubiecto ē aut dicit' de ſubiecto : atq; īdiuidua ſimpliciter/& ea q̄ una nūero ſunt/ de nullo qdē ſubiecto dn̄r: in ſubiecto āt nō nulla ipſoꝝ nihil ꝓhibet eſſe, q̄dā eni grāmatica ex iis ē plane q̄ ī ſubiecto qdē ſūt: de nullo uero ſubiecto dicūt'.




Cū quippiā de quopiā p̄dicat' ut de ſubiecto: ea q̄ de p̄dicato dicūtur: dicentur etiam de ſubiecto: ut hō de quodam homine prædicatur: animal autem de homine prædicatur: Igitur animal: de quodā ēt homine prædicatur: quidā.n.homo: & hō eſt: & ēt aīal.

Eorum quæ ſunt diuerſa genere/& nō ita ſe habent ut alterum ſub altero collocetur diuerſæ ſunt ſpecies & differentiæ: ut animalis atq; ſcientiæ. Animalis nāq; differentiæ ſunt/greſſibilis: & bipes: & uolatile: degenſq; in aquis. ſcientiæ uero nulla ex his eſt differentia: non.n.hoc ſcientia a ſcientia differt q̄ ſit bipes. Eorū tn̄ generū: quorum alterū ſub altero collocatur eaſdem eſſe differentias nihil obſtat. ſupera enim de ſuis inferis prædicantur. Quare omnis differentiæ prædicati erunt etiam & ſubiecti.

Vnūquodq; eoꝝ q̄ nulla cū cōplexiōe dicunt': aut ſubſtātiā: aut quātum: aut quale: aut ad aliqd: aut ubi: aut qn̄: aut ſitū: aut hr̄e: aut agere: aut pati ſignificat. Atq; ſubſtātia qdē ē ut ſimpliciter dicamus/homo: equus: quantū aūt ut bicubitū tricubitū. quale ut albū grāmaticū. ad aliqd ut duplū dimidium maius. Vbi ut in lycio in foro. quādo ut hæri: nudiuſtertius. ſitum eſſe ut recubare ſedere. habere ut indutū: armatū eſſe. age

re ut ſecare urere. Pati ut ſecari ac uri. At qui per ſe quidē horum ſingula ſi dicant̃: nullæ ſunt affirmationes prorſus: aut negationes. Aut ſi cōplexe dicant̃ affirmatio fit aut negatio. Omnis. n. affirmatio aut negatio/aut uera aut falſa eſſe/uidetur. At nullum eoꝝ quæ incomplexe dicuntur: aut ueꝝ eſt: aut falſum: ut homo album: currit uincit.

De ſubſtantia.

SVbſtantia autem que ꝓpriiſſime & primo maximeq; ſubſtantia dr̃ ea nimirum ē quæ neq; de ſubiecto ullo dr̃: neq; in ullo eſt prorſus ſubiecto: ut aliquis homo: uel aliqs equus. ſecūdæ uero ſubſtātiæ dicunt̃ & eæ ſpecies in q̄bus eæ quæ primo dicunt̃ ſubſtantiæ/inſunt: & harū ſpecierum ēt genera: ceu in homine quidē eſt: ut in ſpecie q̄dam homo: genus aūt huiuſce ſpeciei animal eſt. ſecundæ igit̃ heæ dicuntur ſubſtantiæ: ut hō ac animal. Patet aūt ex dictis nomen eoꝝ quæ de ſubiecto dicunt̃ rationēq; de ſubiecto neceſſario predicari. Vt hō de aliquo homine dr̃ ut de ſubiecto. atq; nomen de hoc prædicat̃ ut patet: hominem. n. de quodam homine ꝑdicabis: & ratio ēt hominis de quodā homine ꝑdicabitur. quidā. n. homo & homo eſt: & ēt animal. quare de ſubiecto tā nomen q̄ ratio prædicabit̃. Eoꝝ aūt q̄ ſunt in ſubiecto in plurimis quidē neq; nomen de ſubiecto: neq; ratio prædicatur: in q̄buſdam uero nomen q̄dem interdum de ſubiecto nihil ꝓhibet prædicari: at rōnem eſt impoſſibile: ut albū quod quidē eſt in corpore ut in ſubiecto de ſubiecto prædicat̃: ut patet. corpus. n. dr̃ album. ratio āt albi nunq̄ de corpore prædicabit̃. Cætera uero omnia: aut de primis ſubſtātiis ut de ſubiectis dicunt̃: aut ſunt in ipſis ut in ſubiectis. Hoc autem ex ipſis ſingulis patet. Animal. n. de hoīe prædicat̃: igit̃ & de quodā hoīe animal ꝑdicabit̃. nam ſi de nullo ſinguloꝝ hominū prædicabit̃: neq; oīno de homine ꝑdicabitur. Rurſus color eſt in corpore. igit̃ in aliquo corpore Nā ſi in nullo eſt ſinguloꝝ corporum neq; in corpore eſt oīno. Quare cætera oīa aut de primis ſubſtātiis: aut de ſubiecto dicunt̃: aur ſunt in ipſis: ut in ſubiectis. Quæ cū ita ſint ſi primæ ſubſtantiæ non ſint: fieri nō poteſt ut quicq̄ ſit cæteroꝝ. Secundaꝝ uero ſubſtantiaꝝ ſpecies magis ſubſtātia eſt q̄ genus. nā ꝓpinquior eſt ſubſtātiæ primæ. Si q̄ſpiā. n. primā ſubſtantiā aſſignare uoluerit: qd nam ſit notius ſane atq; accōmodatius aſſignabit ſi ſpeciem reddiderit: q̄ ſi genus ueluti ſi quendam hominem uoluerit aſſignare: notius aſſignabit ſi hominem reddiderit q̄ ſi animal. Illud. n. eſt magis proprium ipſoꝝ hominum ſinguloꝝ hoc magis cōe. Et ſi aliquā arborem aſſignare uoluerit/qd nam ſit/euidentius aſſignabit/ſi arborem reddiderit q̄ ſi plantā. Præterea primæ ſubſtātiæ quia cæteris cūctis ſubiiciuntur: & oīa cætera aut de his prædicant̃ aut in hiſ ipis inſunt: ideo maxime ſubſtātiæ primæ dicunt̃. At ut ad cætera oīa ſeſe hn̄t ſubſtātiæ primæ: ſic & ſpecies ſeſe habet ad genus: ſpecies. n. aliqua ex parte generi ſubiicit̃. Nam genera quidē de ſpecie prædicantur: ſpecies aūt ecōtra de genere ſuo nō prædicant̃. Quare ex hiſce ēt patet ſpeciem magis q̄ genus ſubſtantiā eſſe. Ipſaꝝ aūt ſpecieꝝ quæ generis nō ſubeunt rationē: nulla magis q̄ alia ſubſtantia eſt. Non. n. accōmodatius hominē de aliquo reddes hoīe: q̄ de aliquo equo equū: ſimiliter & ſubſtantiaꝝ primaꝝ nulla magis q̄ alia ſubſtātia eſt. Nō. n. aliquis hō magis eſt ſubſtantia q̄ aliquis equus: iure igitur ſola genera ſpecieſq; poſt ſubſtantias primas ſubſtātiæ ſecundæ dicunt̃. Eorū. n. quæ prædicant̃ hæc ſola ſubſtātiam primā declarant: ſi quiſpiā. n. quid nā ſit quidam hō aſſignare uelit: ſpeciē quidem aut genus ſi reddiderit accomodate nimirū reddet: notiorēq; illum faciet: ſi hoīem eſſe aut animal dicet. quicquid uero cæterorū reddiderit non per propria ſed per aliēa quædam illius fecerit aſſignationē: ut ſi albū eſſe dixerit: aut currere: aut aliquid tale. quare ſit ut



dā illius fecerit aſſignationē: ut ſi albū eſſe dixerit: aut currere: aut aliqd tale. quare ſit ut hæc ſola præter cætera ſubſtantiæ iure dicant̃. Præterea primæ ſubſtantiæ ex eo ꝓpriiſſimæ ſubſtantiæ dici ſolēt/quia cæteris uniuerſis ſubiiciuntur. At ut ad cætera cūcta ſeſe habent ſubſtantiæ primæ: ſic & primarū ſubſtantiaꝝ genera ſpecieſue ad reliq̄ omnia ſeſe haber̃ uident̃. De his enim uniuerſa reliqua prædicant̃. quēdā enim hoīem grāmaticū eē dices: & ipſum igit̃ hominē & aīal grāmaticū eē dices: & in cæteris ſimili mō. Omni aūt ſubſtātiæ cōe eſſe uidet̃/in ſubiecto nō eſſe. prima nanq; ſubſtantia neq; de ſubiecto dicit̃: neq; eſt in ſubiecto. Secūdarū ēt ſubſtantiarum patet: & hoc pacto/nullā in ſubiecto eſſe. homo nāq; de quodā hoīe prædicat̃/ut de ſubiecto: in ſubiecto uero n̄ ē ꝓrſus. Non enim in quodā hoīe eſt hō/ut in ſubiecto/ſimiliter & animal de aliquo quidē homine dicit̃/ut de ſubiecto: nō eſt aūt animal in homine quodā. Præterea eorū quæ ſunt in ſubiecto: nomē quidē interdum de ſubiecto nihil prohibet prædicari: ſed rationem eſt impoſſibile. Secundarum autem ſubſtantiarum/nomen & ratio de ſubiecto prædicat̃/ut patet/rationē hominis animaliſue/de quodā homine prædicabis. Quibus efficit̃ ut ſubſtantia nō ſit in ſubiecto. uerū hoc ſubſtantiæ ꝓpriū non eſſe ur̃. ſed differentiæ etiā cōpetit in ſubiecto non eſſe. Greſſibile nanq;/bipeſq;/de homine quidē dicuntur/ut de ſubiecto: in ſubiecto uero non ſunt: hæc enim nō ſūt in homine. Ratio quoq; differētiæ de eo ſane/quo de dicit̃ differētia prædicatur: ceu ſi bipes de homine dicit̃: ratio quoq; bipedis de homine prædicabit̃: hō enim eſt bipes. Turbetur aūt nemo ſi ſubſtantiaꝝ partes in totis ſūt quaſi hoc pacto ſint in ſubiectis: ne forſitan ipſas dicere nō eſſe cogat̃: nō enim hoc pacto dicebant̃ ea quæ ſūt in ſubiecto/ut in aliquo ſint ꝑinde ac ꝑtes. Cōpetit aūt ſubſtātiis differentiiſq; uniuoca ꝑdicatio. Oēs. n. prædicatōes iſtaꝝ: aūt de idiuiduis aut de ſpeciebus efficiūt̃. A pria nāq; ſubſtantia nulla ꝓrſus prædicatio ꝓficiſcit̃: de nullo enim ipa ſubiecto dr̃: ut antea dicebatur. At ſecundarū ſubſtantiarū ſpecies quidē de indiuiduo: genus autē de indiuiduo ac ſpecie prædicat̃. differentiæ quoq; de ſpecie ſimiliter/ac indiuiduis prædicantur. ſpecierū etiam generumq; rationem ipſæ primæ ſuſcipiunt: & generū ſpecies. Quæ nanq; de prædicato dicuntur: ea de ſubiecto quoq; dicentur: eodem etiam modo ſpecies indiuidua q; rationē differentiarū ſuſcipiunt. uniuoca uero ſunt ea quorum & nomē cōe & rō eadē eſt ut antea diffiniuimus. Quare patet oēm ꝑdicationē uniuocā eſſe: q̄ a ſubſtātiis ac differētiis ꝓficiſcit̃. At q̄ſ b̄a'oīs hoc aliqd ſignificare uidet̃. In primis igit̃ ſubſtātiis hoc uerū eſſe: nullāq; cōtrouerſiā ſuſcipit: hoc aliqd inquā ipſas ſignificare. Indiuiduum. n. id unūq; nūero ē/qd' ꝑ ipſam ſignificat̃. in ſecūdis uero ſubſtātiis ob appellationis quidē figuram hoc aliquid ſimiliter ſignificare uidetur: cū quiſpiā hominē: aut animal dicit/non tamen eſt uerū: ſed quale quid potius ſignificat. Non eſt enim unum ipſum ſubiectum/ut ipſa ſubſtātia prima: ſed de pluribus ipſe homo & animal dicit̃. uerū non quale quid abſolute ſignificat: perinde ac album: nihil enim aliud albū q̄ quale ſignificat. At ſpecies & genus circa ſubſtantiā quale ipſum definiūt. Qualem enim quandā ſubſtantiam ſane ſignificant. Genere tamen plurium definitio q̄ ſpecie fieri ſolet. Qui nanq; animal dicit/is plura complectitur q̄ is qui hominē dicit. Cōpetit præterea ſubſtātiis & nihil ipſis cōtrarium eſſe. primæ nāq; ſubſtātiæ ut alicui homini/aut alicui animali/quidnam contrariū fuerit. Nihil enim prorſus his aduerſatur: at neq; ipſi homini uel animali cōtrarium quicq̄ eſſe uidetur. non tamen hoc ſubſtantiæ proprium eſt: ſed & aliis enim cōpetit ut quātitati. Bicubito enim aut tricubito nihil cōtrariū eſſe uidetur: neq; ipſis decem quicq̄ omnino: neq; taliū quicq̄ aduerſatur: niſi quiſpiam

multum pauco:aut magnũ paruo dixerit eſſe contrarium.at tamen nihil eorum quæ
definitæ ſunt quantitatis cuiq̃ prorſus aduerſari uidetur. At uero ſubſtantia nõ ſuſcipe
re gradus uidetur:ut ſit magis minuſue talis.atq; non dico ſubſtantiã ſubſtantia:non
magis ſubſtantiam eſſe (Hoc enim iam diximus ita eſſe) ſed quamq; ſubſtantiam nõ di
ci idipſum quod eſt magis ac minus eſſe:ueluti ſi hæc ſubſtantia ſit homo:nõ ẽ magis
ac minus:aut ſeipſo:aut alio:homo.Nõ enim alius alio magis eſt homo:perinde atq;
album aliud alio magis:ac minus eſt album.Corpus enim album magis album nũc q̃
prius:& calidum magis nunc calidum ac minus dicitur eſſe. Subſtãtia uero nõ magis
dicitur neq; minus:neq; homo magis nũc homo:q̃ prius dicitur eſſe:neq; cæterorum
quicq̃ omnino quæ ſubſtantiæ ſubeunt rationem.quare patet ſubſtantiam gradus ſu-
ſcipere non poſſe/ut magis ſit unq̃ id quod eſt atq; minus. Maxime uero ſubſtantiæ ꝓ
prium hoc eſſe uidetur. Idem inquam unumq; numero permanens cõtrariorũ eẽ ſuſce
ptiuũ:ad nullum enim eorũ quæ ſubſtantiæ non ſubeunt rationem. Subſtãtia autem
una eadẽq; numero cõtrarioꝝ eſt ſuſceptiua:ueluti quidã homo unus ac idẽ.interdũ fit
albus:iterdũ niger & calidus:atq; frigidus:& uitioſus ac ſtudioſus.Ad alia uero nulla
idipſum accomodari uidet̃:niſi fortaſſe quiſpiã inſtaret orationem opinionẽq; dicens
contrariorũ eſſe ſuſceptiua.Eadem enim oratio falſa ueraq; eſſe uidetur.Nam ſi uera ẽ
hæc oratio quẽpiam inquã ſedere/ſi ille ſurgat:eadẽ hæc oratio falſa erit idem & in opi
nione fieri uidetur.Nã ſi quiſpiam opinatur quẽpiam ſedere:ſi ſurgat:ille falſo nimirũ
opinabitur:qui de illo eandẽ habet opinionem/enimuero ſi quiſpiam & his illud acco
modatum dixerit eſſe/in modo/tamẽ habebit utiq; differẽtiã.ſubſtãtiæ.n.ipſæ ſui mu
tatiõe cõtrarioꝝ ſũt ſuſceptrices. Si fit.n.ex calido q̃ppiã frigidũ mutat̃ ſane.Alterat̃
.n.ut ꝑ.Et ſimiliter ſi nigrũ ex albo fit/& ſtudioſũ e uitioſo/& i cæteris ſimili mõ/unũ
q̃dq; mutationẽ ipſam ſuſcipiẽs:cõtrarioꝝ ẽ ſuſceptiuũ.In oratiõe uero atq; opiniõe nõ
ita fit:ſed ipſæ q̃dẽ imobiles pœnitus manẽt:ſi res aũt moueat̃/circa ipãs cõtraria fiũt:
oratio nãq; eadẽ manet.Quẽpiã iquã ſedere:re aũt mota iterdũ fit uera:iterdũ falſa:
eadẽ circa opinionẽ ẽt fiũt.Quare ſaltẽ cũ mõ ſubſtãtiæ ꝓpriũ erit/ipſam ſui mutatiõe
ſuſceptricẽ eẽ cõtrarioꝝ.q̃d ſi q̃ſpiã & hoc acceptet opinionẽ inq̃ens orationẽue ſuſcep-
tiua eẽ cõtrarioꝝ:ſciat idipſũ ueꝝ nõ eẽ. orõ nãq; opinioue:non q̃a ſuſcipiũt aliq̃d ideo
ſuſceptiua cõtrariorũ eſſe dñr:ſed q̃a circa quippiã aliud paſſio fuit.Ex eo nãq; uera uel
falſa oratio ac opinio dicitur eſſe:quia res ipſa eſt:aut non eſt:non quia ipſa contrario-
rũ ſunt ſuſceptiua.Simpliciter enim a nulla re prorſus aut oratio aut opinio mouet̃.
Quare non erunt ſuſceptiua ꝑfecto cõtrariorum:ſi nulla paſſio in ipſis efficiatur. At
ſubſtantia hoc ſuſceptiua contrariorum dicitur eſſe/quod cõtraria ſuſcipiat ipſa. Mor
bum enim/& ſanitatem/nigredinẽ/atq; albedinem ſuſcipit. Atq; unumquodq; taliũ
ipſa ſuſcipiens:ſuſceptrix cõtrariorum dicitur eſſe. Quare ſubſtantiæ proprium erit ip
ſam unum idemq; numero permanentem:mutatione ſui ſuſceptricem eſſe cõtrariorũ
ſed de ſubſtantia quidem hactenus.Satis enim de ipſa eſt dictum.

## De quantitate.

QVantum autẽ partim eſt continuum:partim diſcretũ:& partim ex haben
tibus poſitionẽ partibus:partim e non habentibus conſtat.Atq; diſcretũ
quidem eſt numerus atq; oratio.Continuum autem linea:ſupficies:& cor
pus & inſup præter hæc tẽpus:& locus.Partium enim numeri nullus ter-
minus eſt cõmunis/quo ipſæ copulãtur/ceu quinq;:& quinq; ſi ſint denarii partes/nul
lo cõmuni termino copulantur.Sed ſunt ſeiuncta ſimul tria/& ſeptem. Neq; omnino



fit/ut numeri partium terminus communis ullus ſumatur:ſed ſemper partes ſeiũctæ
ſunt:Quare numerus eſt diſcretum.Similiter & oratio diſcretum eſſe uidet̃.Nã quã
tum ipſam eſſe ex eo patet:quia longa breuiq; ſyllaba menſuratur.atq; eam oratiõem
dico quæ fit cum uoce.Etenim nullo partes ipſius communi termino copulantur:ſed
quæq; per ſe ſunt ſeiunctæ.Linea uero continuum eſt:ſumi nanq; cõmunis terminus
poteſt/quo partes ipſius lineæ copulantur:punctum inquã.& itidẽ ſuperficiei linea.
Plani nanq; partes cõmuni quodam termino copulãtur.ſimiliter & in corpore ſume-
re aſſignareq; communem terminum/lineam aut ſuperficiem/potes:quo partes cor-
poris copulantur.Tempus etiã & locus talia eſſe uident̃.Tempus enim præſens cum
exacto copulatur atq; futuro.Et corporis partes locũ occupant:quæ quidẽ aliquo cõ-
muni termino copulantur.Igitur & loci partes/quas quæq; pars corporis occupat/eo
dẽ ſane termino copulant̃:quo & ptes corporis copulant̃.quare locus etiam continu
us erit:quippe cum partes ipſius uno communi termino copulentur. Præterea ptim:
uti diximus/ex habentibus poſitionẽ partibus:partim e non habentibus conſtat:nam
lineæ quidem partes poſitionem habẽt.quæq; enim ipſarum alicubi ſitum habet:atq;
qua in parte plani quæq; ſita eſt:quaq; cum parte copulat̃:ſumere aſſignareq; potes.
ſimiliter & plani partes poſitionem quãdam nimirũ habẽt.ſimili nanq; modo quæq;
partium ubi iacet:quæq; cum parte copulata eſt aſſignabitur. Partes etiam ſolidi loci-
ue poſitionem identidem habent.At in numero nemo demonſtrare põt partes ipſius
poſitionem habere:aut alicubi ſitas eſſe:autq; quibus cum copulantur. Nec item in tẽ
pore.nulla enim pars temporis permãnet:quod autem nõ permanet id:quo nam pa-
cto poſitionem habebit.ſed ordinẽ habere potius dices:propterea ꝙ hæc pars ſit prior
temporis:hæc ſecũda.Et in numero ſimili modo/ex eo plane quia prius unum q̃ duo:
& duo q̃ tria:& tria q̃ quatuor numerantur.atq; hoc quidem pacto ordinem quẽdam
habent:poſitionem autem ipſarum non nimium utiq; ſumes.Oratio quoq; ſimiliter
ſeſe habere uidet̃.nulla enim ipſius pars permanet:ſed dicta eſt/atq; hæc rurſus ſumi
nõ poteſt.Quare partium ipſius poſitio/ſane non erit:cum nulla prorſus permaneat.
Quæ cum ita ſint:patet:partim ex habentibus poſitionem partibus:partim e non ha
bentibus poſitionem cõſtare.Atqui hæc ſola quæ dicta ſunt proprie quãta dicunt̃.cæ
tera uero uniuerſa ꝑ accidẽs.Ad hoc.n.aſpiciẽtes & cætera quãta dicim9/uelut multũ
albũ/Ex eo dicit̃ multũ q̃a multa ſupcies ẽ.& actio lõga motuſue:q̃a tp̃s ẽ lõgũ.nõ.n.
ꝑ ſe unũq̃dq; hoꝝ dr̃ quantũ.etenim ſi quiſpiã quãta nam ſit actio aſſignauerit:tẽpore
ſane ipſam diffiniet.Biennem dicendo aut triennem eſſe:aut alio ſimili modo:& albũ
etiam ſi quantũ ſit aſſignauerit/ſuperficie nimirum definiet.quanta enim eſt ſuperfici-
es/tãtũ dicet & album eſſe.quare ea ſola quæ dicta ſunt proprie & per ſe quãta dicun-
tur.cæterorum uero nihil per ſe:ſed per accidens dicitur quantum. Præterea quantita-
ti nihil eſt cõtrarium.Indefinitis enim quantis nullam omnino contrarietatem eſſe pa
tet:ceu bicubito:aut tricubito:aut ſuperficiei:aut alicui tali/nihil eſt omnino cõtrariũ.
niſi quiſpiam pauco multum:aut paruo magnum dixerit contrarium eſſe:at horũ ni-
hil eſt quantum:ſed potius eſt ad aliquid.Nihil enim per ſe magnum uel paruum di-
cit̃ ſed ad aliud ſane refertur:ceu mons quidem paruus dicitur:milium autẽ magnũ:
propterea ꝙ alterum ẽ maius/alterum minus/hiſce quæ generis ſunt eiuſdem.Ad ali-
ud igitur eſt ipſorum relatio:nam ſi paruum/aut magnum/per ſe diceretur:nũq̃ mõs
quidem paruum:milium uero magnum/utiq; diceretur.Rurſus in pago quidẽ mul-
tos homines:athenis aũt paucos dicimus eſſe:q tamen longe ſunt illis plures.Et i do

mo quidē multos: in theatro uero paucos: qui quidem & ipſi multo ſunt illis plures.
Præterea bicubitum quidē / atq; tricubitum / & talium unũquodq; / quantũ ſignificat.
Magnũ autem & paruum contemplatione refertur. Quare patet hæc ex his eſſe quæ
ad aliquid ſunt. Præterea ſiue quãta hæc quiſpiam eſſe ponat: ſiue nõ ponat / nihil ē ip/
ſis contrariũ. Quod enim per ſeipſum ſumi non poteſt: ſed ad aliud ſemper refertur:
ei quo nam pacto contrarium quicq̃ fuerit. Præterea ſi magnum ac paruum contraria
ſunt: fiet ut idem contraria ſimul ſuſcipiet. Et eadem ſibiipſis cõtraria ſint. Fit enim in
terdũ ut idem magnum ſit atq; paruum. Eſt enim ad hoc paruum / ad aliud magnum.
Quare fit ut idem eodem tempore magnum ſit atq; paruum. Quod ſi hæc contraria
ſint. Idem profecto cõtraria ſimul ſuſcipiet. At nihil uidetur ſimul ſuſcipere contraria
poſſe: ſubſtãtia nanq; ſuſceptrix quidem contrariorum eſſe uidetur: non tamen ualet
ſimul / atq; ægrotat: neq; ſimul album eſt atq; nigrum: neq; cæterorum quicq̃ quod cõ
traria ſuſcipit ſimul. Fit etiam ut ipſa ſibiipſis cõtraria ſint. Nam ſi magnum eſt cõtra/
riũ paruo: cum idem corpus & magnum ſit & paruum / eodem tẽpore. Maxĩe ſequẽs
uidetur ut idem quoq; ipſum ſibi contrarium fateantur: ſed fieri nequid ut quicq̃ ſit ip
ſum ſibi contrarium. Ergo nec magnum paruo contrarium fuerit neq; pauco multũ.
Quare & ſi quiſpiam hæc non ad aliquid eſſe dicet / ſed quanta: contrarium tamen nul
lum prorſus habebunt. Maxime autem cõtrarietas quantitatis circa locum eſſe uidet̃.
Superum enim infero contrarium ponunt locum / qui eſt in medio: inferum eſſe dicẽ/
tes. Propterea ꝙ maxima diſtantia medii eſt / ad fines ipſius mũdi. Cæterorum quoq;
diffinitionem cõtrariorum ab his afferre ac aſſignare uidentur. quæ nanq; plurimum
inter ſeſe ſub eodem genere diſtant ea contraria eſſe dicunt. At qui quanto non compe
tit magis ac minus eſſe / ut bicubito. nõ eſt enim aliud alio bicubitum magis: neq; tria
magis q̃ quinq; / tria uel quinq;: nec econtra dicuntur. neq; tempus aliud alio magis di
cit̃ tẽpus. neq; in eorũ ullo omnino quæ dicta ſunt magis minuſue dicitur. quare quã/
to non competit magis ac minus eſſe. Proprium autem quãtitatis eſt / maxime æqua/
litas & inæqualitas / ut hac æquale uel inæquale dicatur. Vnumquodq; enim eorũ quæ
rõnē ſubeunt quãtitatis / æquale ac inæquale dicit̃: ut corpus æquale ac inæquale dicit̃.
& nũerus & tp̃s æquale ſimiliter dr̃ inæqualeue: & de cæteris q̃ iã dicta ſunt ſimili mõ.
Reliqua uero quæ nõ ſunt quãta: nõ nimiũ æqualia ac inæqualia uidebunt̃. Veluti diſ
poſitio æqualis & inæqualis nõ nimium dicitur: ſed ſimilis potius: atq; diſſimilis. & al
bũ itidem nõ æquale nimiũ ac inæquale: ſed ſimile dici atq; diſſimilis ſolet. Quare quã
titati maxime propriũ erit: ut æquale ac inæquale dicatur.

## De ad aliquid.

EA uero dicunt̃ ad aliquid: quæ id quod ſunt aliorum eſſe: aut ad aliq̃d ali/
quo alio modo dicuntur: ueluti duplex id quod eſt: cuiuſpiã dicit̃ duplex:
& maius id qd̓ eſt alio dicitur maius: aliquo nãq; dicitur maius. Similiter
& cætera quæ iſtiuſmodi ſunt. Sũt & hæc etiã ex hiſce quæ ad aliq̃d ſũt: ut
habitus diſpoſitio: ſenſus: ſcientia: atq; poſitio. Vniuerſa enim hæc id qd̓ ſunt aliorũ
eſſe / aut aliud aliquo alio modo dicuntur. Et non aliud quicq̃. Habitus. n. cuiuſpiã ha/
bitus: & ſcientia alicuius ſcĩa: & poſitio alicuius poſitio dicitur eẽ: & cætera ſimili mõ.
Ea igit̃ ſunt ad aliquid / quæ id quod ſũt alioꝵ eſſe. Aut ad aliquid aliquo alio mõ dicũ
tur ceu mons magnus ad aliud dicitur. Ad aliquid enim magnus mons dicitur. Simi/
le quoq; cuipiam ſimile dicitur: & cætera etiam talia ad aliquid eodem modo dicuntur.
ſunt autem & recubatio / & ſtatio / & ſexio / poſitiones quædam. Poſitiões uero ad aliq̃d



ſunt. Recubare autem: aut ſtare: aut ſedere poſitiões non ſunt: ſed a dictis poſitiõibus
denominatiue dicũtur. Eſt aũt & cõtrarietas in hiſce quæ ad aliquid ſunt. uirtus nanq;
uitio contrariũ eſt: quorum utrunq; ad aliquid eſt. & ignorationi ſcientia. non tamen
uniuerſis contrarietas ineſt: duplo nãq; nihil contrarium eſt: & triplo & ſimilibus. Vi
dentur etiã ea quæ ſũt ad aliquid & gradus ſuſcipere: ut magis minuſue talia ſint: ſimi/
le nãq; & magis & minus dr̃: ſimile & diſſimile: & æquale: & inæquale. Similiter quoq;
utraq; ad aliquid ſunt. Quippe cum ſimile cuidam ſimile: & diſſimile cuidam diſſimi/
le: & inæquale cuidam inæquale dicatur: non uniuerſa tamen hanc ſubeunt legem: du
plum enim nõ magis minuſue dicit̃ duplum / neq; quicq̃ talium ullum. At qui uniuer
ſa quæ ſunt ad aliquid / ad ea dicũtur quæ cõuertuntur: ſeruus enim hæri dicit̃ ſeruus:
& hærus ſerui dicit̃ hærus. & duplum dimidii duplum: & dimidum dupli dimidum di
citur. & in cæteris ſimili modo. q̃q̃ interdũ dictio caſu differt. Scientia enim ſcibilis ſciẽ
tia: & ſcibile ſciẽtia ſcibile. & ſenſus ſenſibilis ſenſus: & ſenſibile ſenſu ſenſibile dicitur.
Verum interdum conuerſio fieri non uidebitur: ſi ad id ad quod dicitur non accomo/
date fuerit aſſignatum: ſed qui aſſignat errauerit: ueluti ſi ala auis fuerit aſſignata: non
cõuertit̃ auis alæ. nõ enim primo accomodate eſt aſſignata ala auis: nam nõ hoc ala ip
ſius dicitur quo eſt auis: ſed quo eſt ales. compluriũ enim & aliorũ ſunt alæ / quæ aues
non eſſe conſtat. quare ſi accomodate fuerit aſſignata fiet conuerſio ſane: ueluti ala ali
tis ala: & ales ala eſt ales. Atq; interdum & nomen facere neceſſe eſt: ſi nõ ſit poſitum
nomen / ad quod accomodata fuerit aſſignatio: ceu ſi clauus nauigii aſſignabit̃: non ac
comodata ſit aſſignatio. non enim eo clauus ipſius dicitur quo nauigium eſt. ſũt enim
nauigia quoꝵ claui nõ ſũt. Sed forſitã accomodatior aſſignatio fuerit: ſi clauus clauati
clauus: aut aliquo alio ſimili modo dicatur: non eſt enim poſitum nomen / atq; cõuerti
tur: ſi accomodate fuerit aſſignatio. clauatum enim clauo eſt clauatũ. Idem fuerit in
cæteris modus: ueluti caput accomodatius fuit aſſignatum / ſi capitati caput: q̃ ſi aĩalis
eſſe dixerimus: nõ enim eo caput habet quo animal eſt. complura nanq; aĩalium capi/
te uacant. Hoc autẽ pacto facillime quippiã eoꝵ noĩa ſumet q̃bus noĩa poſita nõ ſũt:
ſi a primis illoꝵ noĩa ponat: ut ĩ prædictis intueri licet: ubi ab ala ales eſt aſſignatus: &
a clauo clauatũ: uniuerſa igitur ea quæ ſunt ad aliq̃d / ſi accomodatis aſſignentur ad ea
ſane dicunt̃ quæ cõuertunt̃: nã ſi ad quoduis unũq̃dq; / & nõ ad id ad quod dr̃ aſſignet̃
nõ fit ſane cõuerſio. Neq; enim quicq̃ eorum quæ ſine controuerſia ad ea dicunt̃ / quæ
conuertuntur: nomenq; habent conuertitur: ſi non ad id quod dicitur: ſed ad acciden/
tium aliquid aſſignetur: ueluti ſi ſeruus nõ hæri: ſed hominis / aut bipedis / aut cuiuſpiã
ſimilium fuerit aſſignatus: non fuerit ſane cõuerſio. non enim accomodata eſt aſſigna
tio. præterea ſi accomodate ad id quod dicit̃ fuerit aſſignatum: ſublatis quidē cæteris
omnibus / quæ ſunt accidẽtia / relicto autem eo ſolo / ad quod eſt aſſignatũ accomoda/
te ad illud ſane dicet̃: ceu ſi ſeruus ad hærum dicatur. Sublatis quidem cæteris uniuer
ſis quæ accidũt hæro: bipede inquã: ſcientiæ ſuſceptiuo: ac homine relicto autem tan/
tũmodo hæro: ſeruus ad ipſum ſemp dicet̃: ſeruus enim hæri dicitur ſeruus. Quod ſi
non accomodate ad id ad quod tandē dicitur / fuerit aſſignatum: cæteris quidem ſubla
tis / eo uel ſolo relicto / ad qd̓ eſt aſſignatum: non ad ipſum ſane dicet̃. Aſſignatus eni
ſit ſeruus hominis: ala q; auis: atq; ab homine hærus auferatur / non ad hominem ſane
ſeruus dicet̃: nã cũ nõ ſit hærus neq; ſeruus eſt ſane. Similiter & ab aui ales auferat̃: nõ
ulterius ala profecto ad aliquid erit. cum enim non ſit ales: neq; erit ala cuiuſq̃. Quare
quodq; aſſignetur: ad id ad quod tandem dicitur accomodate oportet. atq; ſi ſit quidē

poſitum nomen : facilis aſſignatio fit. Sin uero non ſit noīa fortaſſe ponantur neceſſe
eſt. quod ſi hoc aſſignenť modo: ea quæ ſunt ad aliquid uniuerſa ad ea ſane dicentur q̃
conuertunť / ut patet. At uero ea quæ ſunt ad aliquid ſimul natura eſſe uidenť atq; ĩ plu
rimis quidem uera eſt hæc ſnīa. Simul enim duplum eſt & dimidium. & ſi eſt dimidiũ
duplum eſt: & ſi eſt ſeruus: eſt ēt hærus: ſimiliter & in cæteris & mutuo ſeſe hæc interi-
munt. Nã ſi duplum non eſt / dimidium nõ erit. & ſi dimidium nõ ē: duplum nõ erit:
idem eſt & in cæteris modus / quæ ſunt ſimilis rõnis. Non tamen in uniuerſis quæ ſunt
ad aliquid uerum hoc eſſe uideť: ſimul inquã ea eſſe natura. Scibile nãq; ſcientia prius
eſſe uidebitur. Plærũq; enim rerũ quæ antea ſunt ſcientias nos accipimus. In paucis. n.
aut nulla in re prorſus ſcientiam fieri quiſpiam cũ ſcibili ſimul uidebit. Præterea ſi ſcibi
le tollatur tollitur & ſcientia: ſcientia uero ſi tollatur: nõ tollitur ſcibile. nam ſi non ſit
ſcibile / ſcientia non eſt. Nullius enim prorſus ſcientia erit. Si uero ſcientia nõ ſit nihil ꝑ
hibet / ut ſcibile ſit: quadrationis enim circuli / ſi ſcibilis eſt: ſcientia quidẽ nondum eſſe
uidetur: eſt aũt ſcibilis ipſa. Præterea aīali ſublato ſcientia quidẽ non erit: cõplura uero
ſcibilia eſſe poſſunt. Sic & in ſenſu res ſeſe habere uideť: ſenſibilis. n. antecedere ſenſum
uideť. ſi ſenſibile nãq; tollatur tollitur & ſenſus. at ipſum non tollitur ſi ſenſus auferať.
Senſus enim circa corpus & in corpore ſunt: atq; ſenſibili ſublato: corpus e medio tol-
litur. eſt enim & ipſum corpus ſenſibile. ſi corpus uero nõ ſit: & ſenſus etiam aufertur.
Quare fit ut ſecũ ſenſibile ſenſum auferat: at ſenſus non ſecũ ſenſibile tollit. nam ſi ani-
mal tollatur: tollitur quidem ſenſus: ſenſibile uero nõ tolliť. eſt enim ſenſibile corpus:
ut calidum: frigidum: dulce: amarũ: & cætera omnia quæ ſũt ſimilis generis. Præterea
ſenſus quidẽ cum ſenſitiuo ſimul emergit. nã una cũ animali & ipſe ſenſus efficitur. Sẽ-
ſibile aũt eſt & antea q̃ ſenſus ſit ortus. Eſt enĩ ignis & aq̃ cæteraq; talia: ex q̃bus aīal cõ
ſtat & antea q̃ ſit oīno aīal aut ſenſus q̃re ſenſibile prius ipõ ſenſu uidebiť eſſe. Exiſtit ãt
hoc loco dubitatio quædã: utrũ nulla ſubſtãtia dicatur ad aliqd queãdmodũ & uideť.
An hoc in aliquibus ſubſtantiis ſecũdis cõtingat: in primis nãq; ſubſtãtiis neq; tota ne
q; partes ad aliquid ſane dicuntur. Quidam enim homo nõ dicitur cuiuſdã quidã ho-
mo: neq; quidã equus cuiuſdã qdã equus. Et itidẽ in partibus: quædã. n. manus nõ cu-
iuſdam q̃dam manus: ſed cuiuſdam dicitur manus. Et quoddam caput non cuiuſdam
quoddã caput: ſed cuiuſdã diciť caput. Eadẽ & in pluribus ſecũdis ſubſtantiis dici poſ-
ſunt: homo nãq; nõ cuiuſdã diciť homo: nec equus alicuius diciť equus. nec lignũ ali-
cuius diciť lignũ: ſed alicuius poſſeſſio dr̃. Talia igiť patet nõ ad aliquid eſſe. In quibuſ
dam aũt ſecundaꝝ ſubſtãtiaꝝ eſt dubitatio: caput. n. alicuius dr̃ caput. & manus alicu
ius dr̃ manus: & unũquodq; tale eodẽ mõ dicitur. quare hæc uidebunť ad aliqd eſſe. Si
igiť eoꝝ quæ ſunt ad aliqd diffinitio eſt aſſignata aut nimiũ ẽ difficile aut impoſſibile:
nullã ſubſtantiã ad aliqd eẽ oſtendere. Sin uero nõ ſufficienter eſt aſſignata: ſed ea ſunt
ad aliqd quoꝝ eſſe idẽ eſt: Quod hoc ad aliq̃d inquã aliquo mõ ſeſe habere: Fortaſſe ad
hæc aliq̃d dici põt. Prior aũt diffinitio ſequiť quidẽ ea quæ ſunt ad aliqd: non tamẽ idẽ
eſt. Ipſoꝝ eſſe quod hoc ipſa inquã id quod ſunt alioꝝ eſſe dici. Ex his igitur patet ſi quiſ
piam aliqd eoꝝ quæ ſunt ad aliqd diffinite ſcit. Et id cum eo quod diciť: illud definite
ſcire. Hoc aũt patet quidẽ ex his ipſis. Nã ſi ſcit quiſpiã hoc aliquid eſſe. eſt autem eorũ
quæ ſunt ad aliquid eſſe idem quod illud ad aliquid aliquo modo ſe habere: Et illud ꝑ-
fecto ſcit ad qđ hoc aliquo modo ſe hẽt. Si enim neſcit oīno id ad quod hoc aliquo mo
do ſe habet: neq; ſi ad aliquid hoc modo ſe habet ſciet. Patet aũt & ex ſingulis: nã ſi qſ-
piam hoc ſcit definite duplũ eſſe. & id cuius duplũ eſt cõtinuo definite ſcit. Nã ſi nul-



lus definite duplũ ſcit illud eſſe: neq; ſi eſt duplũ oīno ſcit. ſimiliter & hoc ſi ſcit præſta
bilius eſſe. Et quo præſtabilius eſt definite: Ob hæc eadem ipſum ſcire neceſſe eſt. atq;
non definite ſciet. Hoc præſtabilius eſſe deteriore. Tale enim opinatio eſt: nõ ſcientia.
Non. n. exacte deteriore præſtabilius eſſe ſciet: nam ſi forte fuerit nihil eſt deterius ip-
ſo. Quare patet neceſſariũ eſſe. quicq̃d eoꝝ quæ ſunt aliq̃d quiſpiã ſciuerit definite: &
id idẽtidẽ ſcire ad qđ dr̃ illud. Fit enim ut caput & manus & quacũq; taliũ q̃ ſubſtantiæ
ſunt: id qđ eſt ipſum definite ſciatur. At non fit neceſſario / ut id ad quod diciť definite
ſciať. Cuius. n. hoc caput: aut cuius ẽ manus / nõ fit ut definite ſciatur. quare hæc nõ ad
aliqd erunt. Quod ſi hæc nõ ſunt ad aliqd: uere dicere licet nullã ſubſtantiã ad aliquid
eſſe. Difficile aũt eſt fortaſſe pro talibus uehementer aſſerere: non perſæpe cõſideratio-
ne de ipſis præmiſſa. Circa tamẽ unumquodq; ipſoꝝ non eſt inutile dubitaſſe.

## De qualitate.

QValitatem aũt eam dico: qua quales quidam dicunť. Eſt aũt qualitas ex hi
ſce quæ multis modis dicunť: atq; una quidem ſpẽs qualitatis habitus di-
ſpoſitioq; uoceť. differt aũt habitus a diſpoſitione: nã magis ꝑmanet atq;
diuturnior eſt. Tales ſunt ipæ ſcientiæ & uirtutes. Scia nãq; ex eoꝝ nume
ro uideť eſſe quæ ꝑmanent: & cũ difficultate dimouenť: ēt ſi quiſpiã mediocriter ſcien
tiam ſumat: niſi magna mutatio a morbo aut alio quodã ſimili fiat. Similiter & uirtus
ut iuſtitia tẽperantia: & quæq; talis / nõ facile dimoueri neq; mutari uideť. Diſpoſitiões
aũt eæ ſũt q̃ faciliter dimoueri mutariq; poſſunt. ut caliditas: frigiditas: morbus: & quæ
ſunt hiſce ſimilia: Nã his ipſis homo aliquo mõ diſpõitur: & facile quoq; mutať: ex ca
lido frigidũ ſubiens: & ex ualitudine morbũ: & in cæteris ēt ſimili modo. Niſi & harũ
ipſaꝝ aliqua ob diuturnitatẽ uerſa iam in naturã ſit: dimouerĩq; nequeat: aut ſũma cũ
difficultate mutari poſſit. quã quidem hac rõne quiſpiã habitũ nũcupauerit. Patet aũt
ea hoĩes habitus dicere uelle quæ ſũt diuturniora: neq; dimoueri facile poſſunt. Eos. n.
q ſcientias nõ nimiũ detinent: ſed facile eas amittere poſſunt / habitũ non hr̃e dicunt: &
ſi ſcientia aliquo modo deterius aut melius diſponunť. quare dicto modo a diſpoſitio-
ne habitus differt. Illa nãq; facile dimoueri poteſt: habitus autem diuturnior eſt: cũ dif
ficultateq; dimouetur. Sunt aũt habitus quidem & diſpoſitiones. diſpoſitiões uero nõ
neceſſario habitus. qui nãq; habent habitus / ii aliquo modo etiam diſponuntur. atqui
diſponuntur ii nõ omnino & habitus habẽt. Aliud aũt qualitatis eſt genus: quo ad mi-
litandum aliquos / aut ad curſum aptos: aut bonæ ualitudinis: aut malæ dicimus eẽ: &
ſimpliciter ea quæ per potentiam naturalẽ impotentiam ue dicuntur. Nõ enim unum-
quodq; ex eo dicitur tale: quia aliquo diſponitur mõ: ſed quia naturalem potentiam ha
bet ut facile quippiam: aut faciat: aut nõ patiatur. Primi nãq; ex eo tales dicuntur: quia
aliquo ſunt diſpoſiti modo: ſed q̃a naturalẽ habent potentiã ut non a q̃buſuis facile pa
tiantur eiuſdẽ generis eſt & durũ ac molle. Durum enim ex eo dicitur quia potentiam
habet ut non facile diuidať. Molle autem ex eo quia eiuſdẽ impotentiam habet. Terti-
um qualitatis eſt genus: qualitates paſſiuæ ac paſſiones quæ quidẽ talia ſunt: ut dulce-
do / amaritudo / & ea quæ ſunt generis ſimilis. caliditas præterea / frigiditaſq; & albedo /
atq; nigredo: heæ igitur qualitates quidem eſſe perſpicuũ eſſe uidetur. Ea nãq; quæ hæc
ſuſceperunt: qualia ſane dicuntur: ut mel ex eo diciť dulce: q̃a dulcedinẽ ſuſcepit. & cor
pus ēt albũ q̃a ſuſcepit albedinẽ. Similiter & in cæteris res ſe hr̃e uideť. Qualitates aũt
paſſiuæ dicuntur non ꝑpterea q̃ ea quæ ſuſceperũt: paſſa aliq̃d ſunt. Neq;. n. mel ex eo
quia paſſum aliquid ẽ: dulce dicitur: neq; cæterorũ talium quicq̃. ſimiliter & caliditas /

& frigiditas/ nõ ex eo paſſiuæ qualitates dicuntur: quia ex quæ ſuſceperunt aliq̃d paſſa ſunt: ſed quia quæq; qualitas dicta paſſionis in ſenſibus eſt effectrix. Dulcedo nãq; paſſionem quandã in guſtu facit: & caliditas in tactu: cæteræq; ſimili modo. Albedo autẽ & nigredo/ cæteriq; colores/ non eodẽ mõ qualitates paſſiuæ dicunt᷑: ſed qa a paſſione ſunt factæ. Atq; patet mutationes per paſſionem fieri cõplures colorꝝ. Puduit. n. quempiam atq; erubuit quiſpiã atq; palluit. Quare quiſpiã ẽt natura talium paſſionũ aliquã ex aliquo ſubiit aſu: ſimilem colorẽ ueriſimile eſt illũ hr̃e. Quæ nãq; nunc dũ pudet diſpoſitio circa corpus emerſit: eadẽ & in naturali cõſtitutiõe diſpoſitio fieri põt: ut & color natura ſimilis fiat. Quæ igitur taliũ caſuum initiũ ab aliquibus ſumpſerunt paſſiõibus: quæ permanent cũ difficultateq; dimouent᷑: paſſiuæ qualitates dicunt᷑. Siue enim in naturali cõſtitutione pallor aut nigredo ſit orta: ſiue ob diuturnum morbũ aut calorem/ hæc eadẽ acciderint: modo nõ facile diſſoluantur: aut per uitam ꝑmaneant. qualitates ſane dicunt᷑ cum hiſce quales dicamur. Qui uero ab hiſce fiunt quæ facile diſſoluuntur: paſſiões dicunt᷑ nõ qualitates. nõ enim per haſce quales dicunt᷑: neq;. n. erubeſcens ob uerecundiã rubeus: neq; pallens ob timorẽ pallidus appellat᷑: ſed aliquid paſſus potius dicit᷑ eſſe. quare paſſiones hæc & nõ qualitates dicunt᷑. Similiter & in anima qualitates paſſiuæ paſſioneſq; dicunt᷑. Quæ enim in generatione cõtinuo a paſſiõibus quibuſdã/ quæ ſine difficultate dimoueri nõ poſſunt ſunt orta/ qualitates dicuntur: ut inſania/ iracundia/ & quæ ſunt ſimilis generis. quales enim ob hæc ipſa dicuntur: ut iracundi: atq; inſani. Similiter & quæcunq; mentis egreſſiones non naturales: ſed a qbuſdam aliis caſibus factæ ſunt quæ ſine difficultate dimoueri nõ poſſunt. aut & oĩno ĩmobiles ſunt: qualitates itidẽ & tales dicunt᷑: quippe cũ hiſce quales dicantur. Quæ uero ab hiſce fiunt quæ facile diſſoluuntur atq; expirant: paſſiones dicuntur: ueluti ſi dolens quiſpiã iracundior fuerit. Nõ iracũdus dicitur qui tali in perturbatione iracũdior ẽ: ſed potius aliquid paſſus dicitur eſſe. quare paſſiones talia non qualitates dicuntur. Quartum qualitatis eſt genus/ figura & ea quæ circa unumquodq; eſt forma: & inſuper rectitudo & curuitas. & quicquid eſt hiſce ſimile. Horum enim uno quoq; quale quippiam dicitur. ex eo nanq; quia triangulus: aut quadratum quippiam eſt: quale quid dicitur: & quia rectum identidem eſt aut curuum: forma etiam quodq; dicitur quale. Rarũ autem & denſum: & aſperum atq; lene/ quale quidem ſignificare quid uidebuntur. a qualitatis tamen diuiſione remota eſſe uidentur. partium enim potius poſitionem uident᷑ quandam ſignificare. Etenim denſum quidem ex eo quippiam eſt: quia partes ipſius ſibi ipſis propinquæ ſunt. Rarum autem ex eo quia a ſeſe diſtant. lene etiam eſt ex eo qa recte partes ſunt ſitæ. Aſpetum uero ex eo quia quædam partium eminent: quædã humiles ſunt. Atq; forſitan quidem & alius quiſpiam qualitatis modus uidebitur eẽ. Qui tamen maxime dici ſolent tot fere ſunt. Ea igitur quæ diximus ſunt qualitates ut patet: qualia uero ſunt ea quæ denominatiue ab ipſis aut alio aliquo modo dicuntur. In plæriſq; igitur quin potius fere in omnibus denomĩatiue dicũtur. Vt ab albedĩe alb9: a muſica muſicus: & a iuſtitia dicitur iuſtus: & ĩ cæteris ſimili modo: ſed in quibuſdam ex eo quia nõ ſunt nomina qualitatibus poſita: non fit ut ab ipſis denominatiue dicantur: ut aptus ad militandum aut ad curſum: qui quidẽ naturali potentia talis dicitur: a nulla qualitate dicitur denominatiue. Potentiis enim hiſce qbus hi quales dicunt᷑/ non ſunt nomina poſita: ſicut artibus quibus militaris aut curſores ob diſpoſitionem dicũtur. Militaris enim dicit᷑ ars: & curſoria: atq; ab his ii qui diſponũtur denominatiue dicuntur. Interdum etiam eſt & poſitum qualitati nomen: non tamen id quod ipſa dici-



tur quale nomine illius dicitur denominatiue. A uirtute nanq; dicitur quiſpiam ſtudioſus. ex eo ſane quia uirtutem habet: ſed nõ denominatiue dicitur a uirtute: non tamen in multis idipſum fit. Ea igit᷑ qualia dicũtur: quæ a dictis qualitatibus denominatiue: aut aliquo alio modo dicuntur. Atqui cõtrarietas in qualitate eſſe uidet᷑: iuſtitiæ nãq; contrarium eſt iniuſtitia: & albedini nigredo: & cætera eodem modo. ea etiam quæ ipſis qualia dicuntur: contraria eſſe uidentur: ut iniuſtũ iuſto & nigrum albo. non tamen in omnibus hoc eſſe uidetur. flauo enim aut fuſco aut talibus coloribus: quæ qdem ſũt qualia/ nihil eſt contrarium. Atqui ſi contrariorũ alterum qualitas eſt: & reliquum omnino qualitas erit. hoc autem ita eſſe patet ex ſingulis. Nam ſi iuſtitia contrarium eſt iniuſtitiæ: atq; iuſtitia qualitas eſt/ & iniuſtitia. ergo qualitatis ratiõem ſubibit. Nullum enim prædicamentorum iniuſtitiæ: neq; quantum: neq; ad aliquid: neq; ubi: neq; cæterorum quicq̃ omnino: niſi qualitas tm̃ accomodatur. Eadem & in cæteris quæ ſunt in qualitate contrariis dici poſſunt. At uero qualia ipſa gradus ſuſcipiunt: ac magis talia minuſue dicũtur. Album enim aliud alio magis minuſue dicitur. At iuſtũ alio magis minuſue. & ipſa etiam intenſionẽ ſuſcipiunt. Fit enim ut album albius ſe euadat: nõ tamen omnia ſed plurima conditionem hãc ſubire uidentur: Nam dubitauerit quiſpiã ſi magis minuſue iuſtitia dici poſſit: & diſpoſitionibus etiam cæteris ſimili modo. ſunt enim qui de talibus contendũt. Atq; iuſtitiam quidem magis iuſtitia minuſue: ſanitatemq; ſanitate nõ nimium inquiunt dici. Minus tamen quippiam magis q̃ aliud ſanitatem iuſtitiamq; & grãmaticam idẽtidem cæteraſq; diſpoſitiones habere dicunt. At tamen ea quæ hiſce qualia dicuntur gradus ſine controuerſia ſuſcipiunt: magiſq; talia atq; minus dicuntur. Iuſtior enim & ſanior alius alio dicitur: & in cæteris ſimili modo. Triangulus autem & quadratum cæteræq; figuræ non uidentur talem cõditionẽ ſubire. nam ea quidem quæ triãguli rationem circuliq; ſuſcipiunt: triãguli ſũt ſimiliter aut circuli uniuerſa. Eorũ uero quæ non ſuſcipiunt: nihil alio magis minuſue tale dicetur. non enim quadratum magis q̃ altera ex parte longius circulus eſt. quippe cum neutrum circuli ſubeat rationem. atq; ſimpliciter ſi non ſubeant propoſiti rationem: alterum nõ magis altero tale minuſq; dicetur. Non ergo omnia qualia gradus ſuſcipiunt: ut magis talia minuſue dicantur. Eorum igitur quæ dicta ſunt neutrum propriũ qualitatis eſſe uidetur. Similia autẽ diſſimiliaq; per qualitates ſolas dicuntur. Simile enim quippiam cuipiam nulla alia profecto ratione eſſe uidetur q̃ ea qua quale eſt. Quare ꝓprium qualitatis erit hac ipſa ſimile atq; diſſimile dici. Non autem perturbari oportet: Si quiſpiam nos dixerit de qualitate tractantes complura eorꝝ quæ ſunt ad aliqd cum qualitatibus ipſis enumeraſſe. Habitus enim & diſpoſitiones ad aliquid eſſe dicimus. Etenim in omnibus fere talibus genera quidem ad aliquid eſſe dicuntur: ſingulariũ uero nihil. Scientia nanq; quæ quidem eſt genus/ hoc ipſum quod eſt alicuius dicit᷑ eſſe: cuiuſdam enim ſcientia dicitur. Singularum uero ſcientiarum/ nulla idipſum quod ẽ alicuius dicit᷑ eſſe: ut grammatica non dicitur alicuius grammatica. neq; muſica cuiuſpiam muſica: niſi generis ratione ad aliquid & ipſæ dicantur. Grãmatica enim alicuius ſcientia dicitur: non alicuius grãmatica. Et muſica cuiuſdam ſcientia: non cuiuſpiam muſica. Quare ſingulæ non ſunt ut patet ad aliquid. At quales dicimur ſingulis quippe cum has ipſas & habeamus. Scientes enim ex eo dicimur. quia ſingulariũ aliquas ſcientiarum habemus. Quare ſingulæ erunt qualitates: quibus & quales qui eas hñt dicuntur: At hæ nõ ſunt ad aliquid uti diximus. Præterea ſi hoc idem quale atq; ad aliquid ſit: non abſurdum in utriſq; ipſum generibus collocari atq; enumerari.

De agere:& pati & reliquis prædicamentis.

SVſcipit & ipſum agere patiue contrarietatem. Calefacere nanq; & frigefacere:& calefieri & frigefieri:& uoluptate affici doloreq; cõtraria ſunt. Quare contrarietatem ſuſcipiunt:gradus quoq; ſuſcipiunt/ut magis atq; min9 dicantur. Fit enim ut magis quippiam minuſue calefaciat:& itidem calefiat:& doleat:magis minuſue:quare agere patiue gradus ſuſcipiũt uti diximus: De his igitur tot a nobis ſint dicta.

Dictũ eſt aũt & deſitum eſſe in hiſce quæ diximus de hiſce quæ ſunt ad aliquid:denominatiuũ ipſum a poſitionibus dici. De cæteris uero ut de quãdo:de ubi & de habere:quia ſunt manifeſta:nil aliud dicitur q̃ ea quæ in principio diximus. Habere quidem indutũ atq; armatum eſſe ſignificare:ubi uero in licio eſſe:& cætera quæcunq; de ipſis ſunt dicta. De generibus ergo propoſitis ea quæ ſunt dicta ſufficiunt.

De oppoſitis.

DE oppoſitis autẽ quot modis opponi ſolent deinceps dicendum eſſe uidetur. Oppoſita nãq; modis quattuor opponi dicũtur. Aut ut ea quæ ſũt ad aliquid:aut ut cõtraria:aut ut hitus & priuatio:aut ut affirmatio atq; negatio. Atq; ut in ſũmã dicam. duplum & dimidium/ut ea quæ ſunt ad aliqd bonum & malũ/uti contraria cæcitas atq; uiſus/ut habitus & priuatio. ſedere & non ſedere/ut affirmatio atq; negatio opponunt᷑. Quæ igit᷑ ut ea quæ ſunt ad aliquid opponuntur:ita id quod ſunt oppoſitorum eſſe:aut aliquo alio modo ad illã dicũtur:ut duplum dimidii:id quod eſt alicuius dicitur duplum. et ſcientia ſcibili eodem opponitur modo. atq; ipſa id quod eſt ſcibilis dicitur eſſe:& ſcibile etiam id quod eſt ad oppoſitũ ipſam inquam ſcientiam dicitur:ſcibile nanq; aliquo id eſt ſcientia dicitur ſcibile. Quæ igitur ut ea quæ ſunt ad aliquid opponũtur/ipſa id quod ſunt alioꝝ eſſe aut aliquo alio modo uiciſſim dicũtur. Ea uero:quæ ut contraria opponuntur:nullo pacto legẽ hanc ſubeunt. neq; enim bonum mali dicitur bonum ſed contrarium:neq; album nigri dicitur album ſed contrarium. quare oppoſitiones hæ differunt. At qui contraria quidem ea quæ talia ſunt/ut ipſorum alterum neceſſario rebus iis inſit/in quibus aptum ẽ fieri:aut de quibus prædicatur:nullum prorſus medium habent. Quorum autem alterum nõ neceſſario eſt ineſſe:inter hæc aliquid omnino medium cadit/ueluti ſanitas ac morbus in animalis corpore fieri apta ſunt:atq; alterum inſit in corpore animalis:ſanitas ĩquam aut morbus neceſſe eſt. De numero quoq; prædicatur par atq; impar:& alterum inſit nũero neceſſe eſt par aut impar. atq; nullum inter hæc:aut inter par & ĩpar:aut ĩter ſanitatem ac morbum medium cadit. At album & nigrum in corpore aptum eſt fieri:& non neceſſe eſt in corpore alterum horum ineſſe:non enim omne corpus:aut album eſt:aut nigrum. Vitioſum quoq; ſtudioſumq; de homine quidem cæteriſq; cum pluribus prædicatur:at non neceſſe eſt alterum illis ineſſe de quibus hæc prædicari poſſunt. non enim omnia aut uitioſa ſunt/aut ſtudioſa. atq; eſt inter hoc mediũ ſane:fuſcũ quidem & flauum cæteriq; tales colores inter ſe album & nigrum. Id autem quod neq; uitioſum eſt neq; ſtudioſum:inter uitioſum ac ſtudioſum. In quibuſdam igit᷑ nomina nomen habent. ut fuſcum: pallidum :rubeum: cæteriq; tales colores qui media ſunt inter albũ & nigrum. In quibuſdam uero nomine quidem non eſt facile medium aſſignare:utriuſq; tamen extremorum negatione ipſum medium definitur:ut id quod neq; bonum eſt:neq; malum:neq; iuſtum:neq; iniuſtum. Priuatio autem atq; habitus dicitur quidẽ circa quippiam idẽ/ut uiſus:& cæcitas circa oculum:ut uniuerſaliter autem dicam in quo aptus eſt habitus fieri/circa id utrunq; ipſorum dicitur. atq; priuatum eſſe dicimus unumquodq; eorum quæ ſuſceptiua ſunt habitus. cum nõ eſt habit9 ullo modo in eo in quo aptus eſt eſſe:& quando illud aptum eſt ipſum habere. Edentulum enim nõ ex eo dicimus quia dentes non habet:& cæcum itidem non ex eo quia uiſum non habet:ſed quia non habet cum eſt aptus habere. ſunt enim quæ orta nõ cõtinuo uiſum denteſq; habent. at nõ edentula aut cæca dicuntur. Priuatũ autem eſſe/habitumq; habere/non eſt priuatio atq; habitus. Nam uiſus quidem eſt habitus:cæcitas uero priuatio. at habere uiſum nõ eſt uiſus:neq; cæcum eſſe/eſt cæcitas:etenim hæc eſt priuatio quædã. cæcũ autẽ eſſe/eſt priuatũ eſſe:& non priuatio. Præterea ſi cæcitas idẽ eſſet ac cæcum eſſe:utraq; profecto de eodem prædicarentur. at homo dicitur quidem cæcus:cæcitas autem nullo dicitur pacto. Et ipſa tamen priuatũ inquam eſſe habitũq; habere:perinde ut priuatio atq; habitus opponi uidentur. Modus enim idem eſt oppoſitionis. Nam ut cæcitas & uiſus:ſic & cæcum eſſe ac habere habitum opponuntur. At enim neq; etiam ea quæ ſub affirmatiõe ſunt negationeue affirmatio eſt:atq; negatio. affirmationem nanq; negationemue orationem eſſe conſtat. alteram affirmatiuã alteram negatiuam. at nihil eorum quæ ſub affirmationem negationemue cadũt oratio eſt/ut patet. Dicuntur tamẽ & hæc ipſa pinde opponi atq; affirmatio negatioq; opponuntur. & in his enim idem oppoſitionis eſt modus. Nam ut affirmatio: ueluti ſedet negationi ceu nõ ſedet opponit᷑:ſic & res quæ ſub utrunq; cadũt. ſedere inquam & non ſedere ſibi mutuo aduerſantur. At uero priuationẽ ac habitum non eſſe oppoſita:ut ea quæ ſunt ad aliquid patet. non enim ipſum id quod eſt oppoſiti dicit᷑ eſſe. Viſus enim non eſt cæcitas uiſus:neq; ullo alio ad illam dicitur modo. ſimiliter neq; cæcitas uiſus cæcitas diceret᷑:ſed cæcitas ipſa priuatio quidem dicit᷑:cæcitas autem uiſus non dicitur. Præterea uniuerſa quæ ſunt ad aliquid ad ea ſane dicuntur quæ conuertũtur. quare ſi cæcitas ex iis eſſet quæ ſunt ad aliquid:& illud ad quod ipſa dicitur profecto conuerteretur:at non conuertitur:non enim uiſus cæcitas dicitur uiſus. At qui neq; perinde atq; contraria priuationem ac habitum oppoſitionem ſubire:ex eo perſpicuum fore uidetur. Contrariorum enim quæ medio uacant:Alterum in his quibus apta ſũt eſſe/aut de quibus prædicantur ineſſe ſemper/neceſſe eſt. Inter enim ea mediũ nullum cadere diximus:quorum alterum ineſſe ſuſceptiuo neceſſe eſt. ut in ſanitate:ac morbo & in pari:ac impari intueri licet. Quorum autem eſt aliquid medium nunquã horũ alterum neceſſario cuilibet ineſt. Neq; enim album aut nigrum neq; calidũ aut frigidũ eſſe ſuſceptiuũ omne neceſſe eſt. Nam ut inter hæc medium aliquod cadat nihil ſane prohibere uidet᷑. Et inſuper ea diximus medio uacare:quorum alterum non neceſſe ẽ eſſe in ſuſceptiuo:niſi in hiſce:in quibus unum ineſt natura:ut igni caliditas ineſt & niui albedo. In his enim alterum definite nõ utrumuis inſit ſuſceptiuo ineſſe:ſed illis tm̃ quibus unum ineſt atq; unum non utrumuis:ſed alterum definite. In priuatione autẽ atq; habitu neutrum dictorum eſt uerum:neq; enim alterum ipſorum ſemper ĩeſſe neceſſe eſt. Quod enim nondum aptum eſt uiſum habere:id neq; cæcum dicitur neq; uiſum habere. Quare non ex iis erunt contrariis quæ mediis uacant:& omni ſuſceptiuo ipſorum alterum inſit neceſſe eſt. Cum enim eſt aptum uiſum habere:tunc aut cæcũ:aut uiſum habere dicetur. Atq; horum alterum nõ definite ſane: ſed utrumuis ſine diſcrimine ullo dicetur. At in hiſce cõtrariis quæ medio nõ uacant:nunq̃ fit ut alterum inſit omni:ſed quibuſdam:atq; hiſce alterum definite. Quare patet neutro modo priuationem & habitum perinde atq; contraria oppoſitionem ſubire. Præterea in contra-

riis quidem mõ ſit ipſum ſuſceptiuũ fieri uiciſſim mutatio poteſt: niſi unum ipſorum
natura cuipiam inſit: ut caliditas igni. Poteſt enim ſanũ ægrotatiõem ſubire: & frigidũ
calidum: & albũ effici nigrũ: ex ſtudioſo quoq; uitioſus: & e uitioſo ſtudioſus euadere
poteſt. Vitioſus enim ſi moribus præſtabilioribus præceptiſq; inſtituatur: paꝝ ſaltem
in probitate incrementi ſuſcipiet. Quod ſi parũ incrementi ſemel ſuſceperit: patet aut
penitus illum mutari: aut incrementa ſuſcipere poſſe. Semper enim habilis magis fit
ad cõſequendam ipſam uirtutem ſumpto paruo ẽt incremento. Quare ueriſimile ẽ ma
iora quoq; illum incrementa ſuſcipere: quod ſi ſemp efficiatur in contrarium penitus
habitum deducetur: niſi tempore fortaſſe ꝓhibeatur. In habitu uero priuationeue fieri
non põt ut uiciſſim mutatio unq̃ efficiatur: & habitu nãq; fit ad priuationem mutatio:
ad habitum ex priuatione fieri nequit. Nõ enim quiſq̃ cæcus factus uiſum unq̃ recupe
rauit: neq; caluus factus comã: neq; edentulus ullus dentes emiſit. Atq patet & ea q̃ ut
affirmatio negatioq; opponunt: nullo dictoꝝ modo oppoſitionẽ ſubire. In his. n. dũ-
taxat alterũ uerũ: alterũ falſum eſſe neceſſe eſt. neq; enim in contrariis neq; in relatiuis:
neq; in habitu priuationeue neceſſe eſt: ſemper alterũ uerũ: alterum falſum eſſe: ſanitas
enim ac morbus cõtraria ſunt: & neutrũ ipſoꝝ uerũ eſt: aut falſum. Similiter & duplũ:
& dimidiũ: relatiue quidem opponunt: neutrũ tamen uerũ eſt aut falſum. Cæcitas eti
am atq; uiſus habitus qdem & priuatio ſunt ut patet: at neutrũ uerũ eſt aut falſũ. Om
nino aũt nihil eorum quæ nulla cũ complexione dicunt uerum eſt: aut falſum. At uni
uerſa quæ dicta ſunt ſine complexione dicunt. Verũ idipſum in hiſce contrariis maxi-
me accidere uidebitur/quæ cũ cõplexione dicunt. Valere enim ſocratem & ægrotare ſo
cratem cõtraria ſunt: at neq; in hiſce neceſſariũ eſt: alterum falſum eſſe. Nam ſi ſit qui-
dem ſocrates uerum alterum falſum erit. Si uero non ſit: ambo falſa erunt: ut patet. Si
enim ſocrates omnino nõ ſit neutrũ erit uerũ: neq; ægrotare ipſum: neq; ualere. In pri-
uatione quoq; ac habitu ſi omnino non ſit/neutrũ uerũ erit. Sin ſit: non ſemper alterũ
erit uerũ: alterum falſum. Viſum enim habere ſocratem: & cæcũ ſocratem eſſe ut habi
tus atq; priuatio opponuntur. Et ſi ſit non neceſſe eſt alterũ uerum alterũ falſum eſſe.
cum enim non eſt aptus habere: utrũq; eſt falſum. Sin omnino ſocrates nõ ſit: falſum
etiam erit utrũq; & uiſum ipſum habere: & cæcũ eſſe. In affirmatione uero negatiõeue
ſemper ſiue ſit: ſiue nõ ſit: alterũ erit falſum: alterũ uerum. Horũ enim ægrotare inquã
ſocratem: & non ægrotare ſocratem: ſi ſit. & ſi non ſit ſocrates: alterũ uerum: alterũ fal
ſum etiã patet. Si enim non ſit ægrotare illum eſt falſum: nõ ægrotare uerũ. Quare hi
ſce ſolis hoc cõpetit: alterũ inquã ipſorũ uerũ eſſe: alterũ falſum: quæ ut affirmatio atq;
negatio opponuntur. At uero malũ quidem bono neceſſario cõtrariũ eſt. quod qdem
eſſe patet inductione. Morbus enim ſanitati: & iuſtitiæ iniuſtitia: & fortitudini timidi
tas aduerſatur: & in cæteris ſimili modo. At malo interdũ bonum: interdũ malum cõ-
trarium eſt. Defectui enim qui quidem eſt malum: exuperatio quæ qdem & ipſa malũ
eſt contrariũ eſt. Similiter & mediocritas quæ qdem eſt bonũ utriq; aduerſatur: ut pa-
tet: In paucis tamẽ idipſum eſſe uidet. ſed in plurimis malo bonũ ſemper cõtrariũ eſt.
Præterea nõ neceſſariũ eſt ſi cõtrariorũ alterũ ſit & reliquũ eſſe. Nam ſi oẽs ſint ſani: ſa-
nitas qdem erit: morbus uero nõ erit. ſimiliter ſi ſint omnia alba: albedo quidem erit ni
gredo uero nõ erit. Præterea ſi ſocratẽ ualere cõtrariũ eſt huic ſocratẽ ægrotare: fieri uero
nõ põt ut ambo ſimul eidẽ inſint: Impoſſibile ẽ ſi cõtrarioꝝ alterũ ſit: & reliquũ etiã eẽ.
patet etiã & circa idem aut ſpecie: aut genere contraria fieri eſſe apta. Etenim morbus q
dem & ſanitas in animalis corpore. Albedo autem & nigredo in corpore abſolute. iuſti



tia quoq; & iniuſtitia in hominis anima fiunt. Contraria inſuper omnia aut eodẽ in ge-
nere: aut contrariis in generibus eſſe: aut ipſa genera eſſe neceſſe eſt. nam album quidẽ
& nigrum eodem in genere ſunt. color enim ipſorum eſt genus. Iuſtitia uero ac iniuſti-
tia ſub generibus contrariis collocantur. alterius enim uirtus: alterius uitium ẽ genus:
ut patet. at bonum & malum nõ ſunt in genere: ſed aliquoꝝ ipſa genera ſunt.

De priore.

PRius qppiam alio: quatuor dicitur modis. Atq; primo quidẽ & propriiſſi
me tpe. Quo pacto quippiã antiquius aliquo & uetuſtius dici ſolet. quia
nãq; plus eſt tpis ideo antiquius atq; uetuſtius dicitur. Secũdo uero ut id
a quo non cõuertitur eſſendi cõſequentia: quo pacto unũ duobus ẽ prius.
nam ſi ſint duo/ & unũ cõtinuo ſequit eſſe. at ſi ſit unum nõ neceſſario ſequit duo eẽ.
Quare ab uno cõſequentia nõ conuertit ut reliquũ ſit: prius aũt id eſſe uidet a quo nõ
cõuertitur eſſendi cõſequentia. Tertio modo ordine quodã dicit prius: ut in ſciẽtiis at
q; orationibus intueri licet. In demõſtratiuis enim ſcientiis prius eſt nimirũ atq; poſte
rius ordine. elemẽta nãq; priora ſunt deſignatiõibus: ordine quippe: cũ principia prio-
ra ſint ordine cõcluſionibus contẽplandis. & in grãmatica ſyllabis priora ſunt elemen
ta. in orationibus ẽt exordiũ ſimili modo narrationẽ ordĩe antecedit. Præterea id quod
eſt ꝓſtabilius honorabiliuſue prius natura eſſe uidet. Plæriq; ẽt eos q̃ ſunt honorabilio-
res: quoſq; magis amant dicere priores cõſueuerunt. Hic tñ modoꝝ pene oĩum remo-
tiſſimus eſſe uidet: tot igitur fere ſunt modi prioris qui dici ſolent. Videbitur aũt & ul
tra iam dictos alius quidã eſſe prioris modus. Eorũ enim quæ eſſendi conſequentia cõ
uertunt: alterum qđ eſt cauſa quouis modo/ut alterũ ſit/prius natura nõ incõgrue di
ci poteſt. Atq; eſſe quædam talia patet. Eſſe. n. hominẽ ad orationẽ de ipſo uerã: eſſendi
conſequẽtia ſane conuertitur. Nã ſi ſit homo uera eſt ea oratio: qua homo dicit eſſe: &
econtra/homo profecto eſt: ſi uera eſt ea oratio: qua hominẽ dicimus eſſe. Atq; oratio
quidẽ uera ut res ſit/nullo pacto eſt cauſa. res tamẽ aliqua ex parte ut ſit oratio uera cã
eſſe uidet. Ex eo nãq; quia res eſt aut non eſt/oratio uera dicitur aut falſa. Quare fit ut
quinq; modis ipſum prius dicatur ut patet.

De ſimul.

SImul aũt ea ſimpliciter/propriiſſimeq; dicunt: generatio. quorũ eſt tẽpore
in eodem: neutrũ enim ipſoꝝ prius aut poſterius eſt. Atq; hæc tempore ſi
mul dicuntur. Natura uero ea dicunt ſimul: quæ eſſendi quidẽ cõſequen-
tia conuertunt: neutrum tñ cauſa eſt/ut ſit alterũ: ut in duplo dimidioq;
intueri licet: hæc enim cõuertunt. nã ſi duplũ eſt dimidiũ eſt & ſi dimidiũ eſt duplum
eſt: neutrũ tñ eſt cauſa ut alterũ ſit. Ea præterea quæ ſub eodẽ genere ſunt/cõtra ſeſe di-
uiſa: ſimul natura eſſe dicunt. Atq; ea dicunt cõtra ſeſe diuiſa: quæ in eadẽ ſunt diuiſiõe
qualia ſunt uolatile greſſibile atq; in aquis degens. hæc. n. ſub eodem genere contra ſe
ſunt diuiſa. quippe cum animal ut hæc ut patet diſtribuat & nihil horũ poſterius eſt:
aut prius: ſed natura talia ſimul eſſe uident. Diuidi ẽt unũquodq; taliũ in ſpecies rur-
ſus poteſt. atq; erunt & illa ſimul natura: quæ ſub eodẽ genere collocata in eadem ſunt
diuiſione. genus tñ ſpecie prius eſt ſemp: non enim in cõſequentia fit ab illo conuerſio:
nã ſi uolatile eſt aĩal eſt: at ſi animul eſt nõ neceſſe eſt uolatile eſſe: ſimul igitur dicũtur
natura ea: quæ in eſſendi quidẽ cõſequentia conuertunt: nullo tñ pacto alterum cauſa
eſt ut alterũ ſit. Et ea quæ ſub eodẽ genere collocata contra ſeſe ſunt diuiſa. Abſolute au
tem ſimul ſunt ea: generatio quoꝝ eodem in tẽpore eſt: ut prius eſt dictum.

## De motu.

MOtus ſpecies ſunt ſex. generatio: corruptio. Accretio: decretio. Alteratio ea mutatio quæ loco accomodatur/ atq; cæteri q̃dē motus/ ut patet/ diuerſi ſũt. nõ ē. n. corruptio: generatio. neq; accretio ē decretio: neq; ea mutatio quæ loco accomodatur: cæteriq; motus ſimiliter. De alteratione uero dubitatio quædam exiſtit: ne forſitã neceſſarium ſit id quod alteratur aliquo reliquorum motuum alterari: hoc autem uerum non eſt. Fere enim omnibus in paſſiõibus aut plurimis nos accidit alterari: nullo motuum cæterorum cõmunicante: neq; enim incremẽta neq; decrementa ſuſcipere neceſſe eſt: id quod paſſione mouetur: & in cæteris modo. Quare alteratio diuerſus eſt a cæteris motus: nam ſi eſſet idem continuo: id quod alteratur: creſcere aut decreſcere/ aut aliquo alio moueri cæterorum motuũ oporteret: aut non neceſſarium eſt profecto. Similiter & id quod augetur: aut aliquo alio motu mouetur: alterari oporteret. Aut ſunt quædã quæ augentur & non alterantur. Quadratũ enim circumpoſita norma creuit quidem: at non alteratum ē. ſimiliter & in cæteris rebus huiuſcemodi fit. quare diuerſi ſunt hi motus omnes ut diximus. Atqui ſimpliciter quod motus contrarius eſt quieti: ſingulis autem ſinguli aduerſantur. Generatio quidem corruptio. Accretio uero decretio: & mutatiõi accomodatæ loco: quies in loco: & maxime ut uidetur ea mutatio: qua ad contrarium locum itur opponitur: ut ei motui quo ſurſum itur/ is motus quo deorſum itur: & econuerſo. At aſſignatorum motuum reliquo non eſt facile aſſignare quid nam contrariorum ſit. Atq; nihil ipſi contrarium eſſe uidetur: niſi quiſpiam & in hoc quietem in qualitate dicat opponi: & mutationi/ quæ eſt ad qualitatem oppoſitam: & mutationem eam/ quæ eſt ad qualitatem contrariam perinde atq; in mutatiõe loco accomodata quietem in loco: & mutationẽ quo ad contrarium locum itur: contraria diximus eſſe. Alterationem nãq; mutationem eē in qualitate conſtat. Quare motui in qualitate/ quies in qualitate oppõitur: aut ea mutatio qua ad qualitatem contrariam itur. quo pacto hæc opponuntur. Album quippiam fieri & nigrum quippiam fieri. Alterantur enim hæc atq; in qualitates cõtrarios terminos mutatio fit/ ut patet.

## De habere.

HAbere pluribus dicitur modis: aut enim ut habitum diſpoſitionemq;: uel aliquam aliam qualitatem: ſcientiam enim habere aliquam dicimur atq; uirtutem. Aut ad quantum uelut eam quiſpiam magnitudinem habet: nã cubitorum trium uel quatuor habere magnitudinem dicitur. Aut ut ea q̃ circa corpus ponuntur: ut ueſtem/ tunicam/ & gladium/ & ſimilia. Aut in parte: uelut in manu annulum. Aut ue partem: ut manum uel pedem. Aut ut in uaſe: ut modiũ habere triticum dicimus: aut dolium uinum. hæc enim habere ut in uaſe dicũtur. Aut poſſeſſionem: habere enim dicimur domum/ fundumue: dicit̃ & uir uxorem/ & uxor uirum habere: qui quidem remotiſſimus omnium habendi modus eſſe uidetur: nihil enim aliud dicendo uirum habere uxorem ſignificamus q̃ uirum una cum uxore habitare. Forſitan & alii quidam habendi modi eſſe uidebuntur: ſed qui dici ſolent/ omnes fere ſunt nunc a nobis enumerati.

Prædicamentorum Ariſtotelis liber explicit.



## Hermolai Barbari ex Giberto porretano de ſex initiis.

RAtio ſiue forma: eſt id quod ſuperuenit cõpoſito: ſimplici cõſtans & inuariabili eſſentia. Nec enim ipſa cõpoſitum eſſe poteſt. quando quidem a natura cõpoſiti ſecernitur. Nam compoſitum cõpoſito ſuperueniens/ acceſſiõe ſua maius efficitur: forma cõpoſito ſuperueniens/ maiorem miſcellam acceſſione ſua non reddit. Nec enim corpus candidũ maius minuſue ſe ipſo eſt nõ cãdido. neq; ſi cogitatur eſſe non candidũ: propterea compoſitio uel pernities uel detractio magnitudinis contingit: ſed ĩmutatio dũtaxat. Et q̄a uideri poteſt hoc: & aĩs cõpetere. Iccirco eſſentiam eius inuariabilem eē diximus. Quo uerbo a diffinitiõe noſtra ſeparantur animæ. Quas conſtat affici motibus cõtrariis: nunc lætitiæ: nũc mœroris. Et q̃m philoſophi ſunt qui putent aĩam eſſe mundi quandam inuariabilem atq; ſimplicem: diſcludi uolens eã a mentione noſtra adieci cõpoſito ſuperueniens. Quãobrem finis ille numeros oẽs habet: nihil ut ſit: uel q̃d deſideres: uel quod redũdet ſi quis eum ſubtiliter exploret. Sed quæri põt: & qui hoc perpetuum ſit/ ut oĩs forma prohibeat̃ inuariabilis/ alioquin plures uident̃ eſſe uariabiles: nã & oratio e uera cõmeat in falſam: & candor e lucido ſubobſcurus & tenebroſus fit: & opinio ueritatis eadem & mẽdacii capax eſt. An non eſt ita: ſed candorem dici lucidũ nihil aliud eſt q̃ ſtratum candoris ipm̃ dici lucidum. Item nec oratio uel opinio contrariis ipſæ ſunt obnoxiæ: ſed uerba notæ impreſſionum earum ſunt: quæ in aĩo habentur. Verum de his alibi dictũ eſt. Eſſentiale appello quicquid ſuum rebus eſſe confert: quacũq; compoſitura iunctis atq; cõditis ex maiore parte: quod nec abeſſe q̃dem ullo modo poteſt. ut ſenſus & ratio: & q̃ ſunt his ſimilia cõtinens & diſcretũ. Eſſentiale porro aliud materiæ uicem præfert: aliud formæ. quemadmodũ in homine materia corpus ē: animus forma: quapropter utrũq; futurum eſſentiale eſt: & animus corpori/ & rationale homini: ſed hæc in libro p̃dicamentis dicato fuſius explicata ſunt. E formis aliæ per naturã ſunt: aliæ per artem: rõ per naturam eſt: calor & alia quæ affectio per artem: aliq̃ ſunt in quibus ambigitur: per naturam ortum habeant/ an per artem: ut effigiatio ſectionum/ ubi nulla fit acceſſio: ſed diductio ſola partium. An effigiatio quidē ipſa naturæ fertur accepta. ſed ut ſenſu percipiatur hoc artis opus eſt: nam forma partium iũctione coaleſcit ſine dubio cõſiſtit ꝑ artē/ ſed hæc perſpicua: illud ſpiſſius: nũquid formæ illæ q̃ uerſari dicunt̃ in pluribus ꝑ naturam exiſtere uideant̃: an per artem. ꝑ artem nõ poſſunt cũ nulla eſſe uideat̃ actio: q̃ poſſit ad formã in pluribus cõſtitutã attingere. Per naturã nõ uident̃: ꝙ ea q̃ ꝑ naturã efficiunt̃ ab aliqua re condita & creata prĩcipiũ cæpere. At uero cõditæ res nõ ſunt/ nec. n. põt rõ ulla reddi quãobrẽ ſint huiuſmodi. An natura eſt ipſa q̃ formas illas molit̃ inꝑſpicue uidelicet/ & occulte: nã queãdmodũ ꝑtibꝰ cõiũctis pluribꝰ: uniuerſitas q̃dã cõſurgit: quæ magnitudinẽ ꝑtis cuiuſq; ſuperat: ita ex ſingulis quæ ſeorſum habent̃: una quædam forma concipitur quæ oĩa illa quaſi ambit: & prædicatione ſua trãſilit: quo fit ut omnis uniuerſalitas a natura conſtet. Quippe quæ prodeat ex ſingulis & ipſa ſic dixerim ſingularitas cõdituræ pariter incedat atq; congruat. Si quis uero diligenti ſubtilitate id exigat: inueniet quemadmodum natura uires ſuas exercet in actionibus clã nobis. ita & cõditorem naturæ ſuas in ipſa natura ꝓmere id quo ex opibus cognoſcit̃. q̃m quidem naturã ipſe numero certo ſanxit. hactenus de his nãq; alterius inſtituti ſunt.

Forma quædam & in ſubiecto eſt: & de ſubiecto prædicatur: ut ſcientia quæ tũ in ſub-
iecto collocatˀ/anima/tum de ſubiecto prædicatur/grãmatica. Quædam in ſubiecto ẽ
quidem: ſed de ſubiecto nullo redditur: ut ſocratis/caluitium/ & oĩno quicqd tale nu-
mero unum eſt. Aliæ de ſubiecto prædicãtur/& in ſubiecto non habẽtur: ut mortale/
rationaleq;. Ex iis quæ in ſubiecto ſunt & de ſubiecto dici nõ poſſunt: aliæ ſenſiles: aliæ
inſenſiles. Senſiles uocãtur quæ ſenſu cõpræhenduntur/ut candor: ſtrepitus: odor: ca
lor: uerbera: dulcedo. Inſenſiles quæ mente percipiuntur/ut diſciplinæ. Item quæcũq;
de ſubiecto prædicantur aliquo: ſenſiles appellari nõ poſſunt. Ex his quæ dicta ſunt cõ
ſtat alias eſſe formas quæ aliquo loco uideri ſitæ poſſunt: ut nigritia in oculo. alias eiuſ
modi: quas difficile ſit oſtendere ubi nam collatæ ſint ut ſcientia: ſeruitus: dominium.
Relatio qua pater eſſe dicitur. Relatio qua filius: niſi quis in ipſa temperatura gignen
tium & condẽtium ſtatuatˀ. omnes porro formæ quas prætextui ſolitariæ/hoc eſt citra
complexum & ſeriem loquendi repræſentatæ/per notas quæq; ſuas/ſignificant uel ſub
ſtantiam uel accidens: ſiue ſuperueniens. Earum quæ ſupueniunt extantibus: aliæ ſim
pliciter intra ſubſtantiam ſpectantur: ut linea: ſuperficies: corpus. aliæ ueniunt extrin-
ſecus: ut facere: ut pati: ut compoſitum eſſe: ut ubi: ut quando: ut habere. De his q̃ ſub
ſiſtunt per ſe. Item de his quæ ſubiectum ſolum in quo locentur/deſiderant: in opeqđ
prædicamenta inſcribitur diſputatum eſt: de cæteris nunc agendum.

Actio ſiue factio eſt forma per quã in materiam ſubiectam denominamur agere uel fa
cere/uerbi gratia. Qui ſecat in eo ꝙ ſecat denominatur ſecare. Actio alia corporis eẽ di
citur: Alia pertinet ad animum. Differt hæc ab illa: quod actio corporis neceſſario mo
uet ipm corpus in quo eſt. Idẽ enĩ corpus & agens eſt/ & mobile. Sed actio animi ſiue
functio nõ hoc mouet in quo eſt ipſa: ſed coniunctũ. nam animus dũ agit quieſcẽs eſt/
& imobilis. & q̃q̃ mouet ſubinde corpus/ipſe tñ (ut dixi) permanet imobilis: quando q
dem nec per locũ: nec per alium quẽuis motum aĩus agitari cernitur: niſi ꝙ alteraſcit.
Ac primũ quidem neq; motũ ſentit auctionis: neq; minutionis: neq; delationis per lo-
ca: locus. n. corpus eſt: anima corpus nõ eſt. Quod aũt non ſit corpus q poteſt moueri
per corpus: quapropter aĩa nulla eſt: quæ mutare locũ ex loco poſſit. Solũ. n. corpus
de loco in locũ mouetur. Dicat aliqs. Nonne ſpeculis manẽtibus reſpondẽs in iis ima-
go cõmeat aduerſo obiectæ rei motũ. Aut igitˀ ſolui q̃ſtio non poterit/ſimul atq; fatea-
mur imaginẽ q̃ cõparet ẽt reuera in ſpeculo cõſiſtere. aut ſi hoc negemus: error uulgo ĩ
tolerabilis extiturus eſt. Etiã ſi cõmodius futurum ſit ita dicere: cæterum ſcire oportet
in actione eſſe qcqd ubiq; in motu ẽ: nihil. n. aliud eſt moueri/q̃ actio: ꝓinde quicquid
mouetˀ obiter quoq; agit: nam & oĩs actio in motu eſt: & oĩs motus in actione poſitus
intelligitˀ: quocirca ꝓprium actionis eſt eſſe in motu: ſicut motus quoq; ꝓpriũ uˀ eẽ in
actione. hoc aũt quemadmodũ uerũ eſt in actionibus per quas creantˀ & excitantur ali
qua: Sic dubiũ uidetˀ in actionibus ꝑ quas euerti cõtingit aliqua uel corrumpi. Qui. n.
demolitur aliqđ: is in motu eſt quidem: ſed agere tñ nihil uidetˀ: quippe ſi per eũ nihil
efficitˀ: ſed qđ factum eſt euertitˀ. An actio: non quã rem agat: ſed in quã agat: requirit
& ſpectat. neq; uero motũ ſpẽs actionis eſt: ſed qualitas: ꝓpterea ꝙ & quies ipſa quoq;
in qualitatis genus refertˀ. prorſus quæcũq; ſunt inter ſe contraria: hæc eiuſdem generis
p̃dicationem recipiunt. illa ſane maxima ꝓprietas actionis eſt ut paſſionẽ materiæ quæ
ſubiicitur afferat & inurat. Omnis enim actio paſſionis eſt efficiens. Et quicquid paſſio
nem inferre poteſt hoc actio eſt. Ac poteſt quidem contingere ut ex actione fiat & infe
ratur actio. Nã actio alicuius quod per ſe mouetur effectrix eſt actionis eius: quæ per
aliud



aliud inuehitur: ut actio uerbi gratia quã aĩal inuſſit alteri ab ea quã primã aĩal idẽ edi
dit excitata principium ſumpſit. Equidem nihil intereſt principium dicatˀ actio fuiſſe
an paſſio animalis eius: quod actionem impreſſit alteri: aut ſi actio principium quidẽ
ipſa perhibeatur ſincerum & impromiſcuũ: paſſio promiſcuum. Quo circa functio ſi
ue actus ille primus & actionis & paſſionis efficiens fuiſſe dicendus eſt. ipa uero q̃litas
e ſeſe gignit id quod eſt facere. Nam calor ipſe quẽ qualitatem eſſe cõſtat. Hanc actio-
nem de ſe progenerat quæ dicitur calefacere. Quantitates quoq; particulares efficiun-
tur ab eo genere: quod compoſitum eſſe cognominauimus: a quo & qualitates non-
nullas manare conſpicuum eſt. eiuſmodi ſunt aſperitas atq; leuor & ſimilia: quæ cer-
tum eſt qualitates eſſe. Item linea: ſuperficies: atq; corpus/& ſubſtantiam & ortum ha
bẽt ab ipſo poſitu. Sed & quantitas quantitatis: & qualitas qualitatis efficientes ſunt.
Nam & linea longitudinẽ procreat: & planicies latitudinem & corpus craſſitudinem.
item calor calorem: ipſum quoq; poſitum actio & paſſio molitur. ad poſitum enim gi
gnendum: quidam ſimplicium quaſi ortus: hoc eſt collocatio partim: & digeſtio ne-
ceſſaria eſt. Omnis uero talis ortus in actione geſtioneue componẽtis & collocãtis ea
conſtat. Ipſum quando proficiſcitur a tẽpore: ubi a loco. Hoc autem quod dico habe-
re conſtituitur a corpore. haberi enim ſola ea quæ corpori circundata ſunt dicũtur. cor
pus indiuiduorũ quæ ſubiecto nullo conſtant: exitium & occaſus in primis eſt: ſed or
tus in iis quæ ꝓxima ſunt a primis. Quæcunq; porro de ſingulis prædicantur: hæc ab
iis quæ nullo modo prædicantur exiſtunt & coaleſcũt: ut a ſingulis hominibus homo
in commune ꝓdit. cæterum facere atq; pati recipiunt contrarium. Item pluris mino-
riſq; diſcrimina: nã & huic qđ dico cædere cõtrariũ ẽ conſerere. Item huic qđ dico am-
burere: contrariũ eſt aſpergere. Calefieri quoq; plus & minus aliqua dicũtur: itẽ refri-
gerari: ſiccari: humeſcere: lætari: mœrere.

PAſſio effectus eſt & inuſtio quædam ignis: atq; continens actionis: quam
alia propenſius accipiunt. Alia contumaciter reſpuũt. Quãobrẽ animan-
tius (fere dixerim) aliud alio cognoſcitˀ: ut bruta: frutice: homo brutis: : quæ
cũq; uero de actiõe dicta ſunt eadem conuenire pñt in paſſionẽ uocabulo
tm̃ mutato. Paſſionis uerbum ſignificatus plures habet: nam & functiões animæ paſ-
ſiones uocãtur: quaſi genere tñ actionis locauimus: ut ſunt amor/odium/lætitia/mœ
ſtitia: quod genus qualitates interim actiones animæ patibiles appellant. Paſſiões di
cuntˀ: & quæ ſalutem hominis ĩfeſtãt: ut lãguores: atq; morbi: & cæteræ qualitates hu
iuſmodi: quas alıubi ꝓditas & digeſtas habemus. Ac paſſio quidem ipſa (quemadmo
dum ſumus teſtati) primũ opus eſt/quod ab actione proficiſcatur atq; gignatˀ. nõ ta-
men in ipſo agente poſita: ſed in eo cui ꝓallinitur: & quod natam a faciẽte motionem ac
cipit: nec enim id quod percutit ipſum pati dicitur: ſed ſubiecta percutiẽti materia. ha
ctenus de his. Si quis alia deſiderat relegãdus eſt ad tractatũ de actione.

VErbum quando rationem ſignificat ex temporis inſidẽtia relictam nõ tem
pus ipſum: q̃q̃ affinia plane ſunt & germana: proindeq̃ñ nec præteritum
tẽpus eſt: ſed euentus eius & quædam (ut ita dicam) offectio rebus allita
ꝑ quã dicũtur aliq̃ fuiſſe. Nec tp̃s coniunctũ ut pote ꝑ qđ æquales aliqui
ſiue cõtra ꝓhibeantˀ. Sed tẽporis eſt affectio per quã aliq̃ dicũtur eẽ in cõiũcto: ſed nec
tp̃s cõſequẽs idẽ eſt qđ q̃ñ: ſed id qđ neceſſario futuꝝ & extituꝝ ẽ: a quo res hẽnt ut di-
cantˀ futuræ uel craſtino die uel perẽdino uel aliter. Ergo unũ q̃ñ eſt qđ manat a præ-
terito: alteꝝ ꝓdit ex cõiũcto: tertiũ ex futuro. Dictũ uero in prædicamẽtis eſt præteri

tū & futurꝝ: quātitates eſſe cōtinuas: quippe quæ uinciant̃ ad inſtātiā nō ꝙ præteritū permanētē habeat eſſentiā: ſed ꝙ in exitu ſuo ſiue collinitio qua nectit̃ cū inſtāti: utiq; non præteriit nec elapſum oīno eſt: futurꝝ quoq; non ideo cōtinuū eſſe diximus: quaſi maneat & cōſiſtat ſed eo ꝙ ꝓrſus: & neceſſario paritur & extitur uideatur. Quod quidem perinde eſt atq; oīno præſens eſſet. Nec enim in hoc reſpectu diſcrimen ullum eſt inter illa tria præteritum: inſtans: futurꝝ. Quāobrem plærūq; de futuris agit̃: deq; iis: nō temere aliter q̃ de p̄ñtibus decernit̃. Et uocabula eoꝝ q̃ re ſubſiſtūt accomodāt̃ etiā nū futuris. Orietur ſol perēdie. Prœlium nauale fiet cras: quēadmodū & præteritis: ut pridie ſocrates deceſſit. Item aliqua prædicantur in futurꝝ euaſura neceſſario quaſi nata de præſenti: ut diſputaturus: nō diſputaturus eſt craſtino die callias: nam uerbū diſputaturus actionem futurā ſignificat: cuius tñ nihil aliud adhuc eſt in re. Diſtāt quādo & ubi/ ꝙ in quacūq; re tp̄s ipſum/uel eſt/uel fuit uel erit/in ea quoq; ſuū qñ uel eſt uel fuit uel erit ab eo tp̄e profectum uidelicet: ad qđ quidq; ſeorſum reſpōdet: illud autem qñ quod in rebus quæ ſunt ſpectat̃ ſemp cum ipſo præſenti momento eſt & utrūq; in eodē ſubiecto conſtat. Sed illa quādo/quæ ortum habent a tempore præterito & futuro: nunq̃ ſimul cū præterito & futuro ſuo ſunt. At ipſum ubi/& locus/a quo fit ipſum ubi: nunq̃ in eodem ſubiecto cōſtāt: quandoquidem ipſum ubi/ poſitum eſt ī eo: quod circunſcriptum & compræhēſum eſt a loco. Sed locus in eo quod circūſcribit & compræhendit. Quādo natum ex præterito: differt ab eo quod naſcitur ex futuro: qđ natum ex præterito poſterius eſt futuro: natum ex futuro prius ex præterito: quod ſi unum & idem quando cæperis/inuenies ipſum protinus a futuro fluere. deinceps ab inſtanti: poſtremū a præterito. Quemadmodum tempus ipſum primo eſt futurum: Deinde præſens: ultimo præteritum. Sicut porro tempus aliud ſimplex eſt: atq; punctū: aliud compoſitū atq; fuſum ſimplex eſt: quod ſimplicem actionē cuius comes aſſidet metitur. compoſitum quod compoſitam. Ita aliud quando ſimplex eſt: ut in puncto eſſe uel mométo: aliud cōpoſitum/ut eſſe in hora/die/menſe/anno/ſimilibus. Iam quemadmodū partes ipſæ temporis nunq̃ morantur: ita & partes ipſius quādo continenter & ꝑpetuo labuntur: nam quando genitum a præterito religatur & nectitur ad inſtantiam cum eo quando: quod a futuro gignitur. Cæterum inter quādo: & tempus intereſt. Quod aliqua tempora menſurari poſſunt: ut ornum & anniculum bimum trimum. Eodem pacto motus aliquis multus eſſe dicitur: quaſi multo tempore perſtet: ſed per ipſa quando menſurari nihil contingit: etiam ſi res aliquæ dicuntur: uel eſſe uel fuiſſe: uel fore aliquando: prout ipſa quando in rebus quarum aſſecla tempus: & comes eſt euariat. Ipſum quando non accipit plus & minus: quia nec annus ipſe nec anniculus magis ānus eſſe poſſe uel magis anniculus uidet̃. Itē/nec annus anno: nec anniculus anniculo plus minuſue dici poteſt. Sed ne contraria quo recipit ipſum quando: quippe ꝙ unum & idem quando/quemadmodum diximus/e futuro præſenti præterito profiſcitur: neq; fieri poteſt: ut idem inſecabile contraria duo capiat: quæ prædicentur de ipſo. iam contraria quæ ſunt in eodem ſimul haberi ſtrato/ſō poſſunt. At omnia tria: quando/coniuncti/exacti/conſequentis/in eodem conſtare pariter atq; ſimul intelliguntur. Eandem enim rem quæ ſuperſtes modo ſi & ſtetiſſe retro & in poſterum ſtaturam eſſe uerum eſt. At contraria nec in eodem indiuiduo conſtare: nec prædicari poſſunt eodem tempore. Ipſum quando in omni re cōſiſtit orta. Proinde corpus hominis uniuerſum aliquando eſt uidelicet in tempore. Sentit enim tēporum diſcrimina ueris: æſtatis: hiemis: autumni: ſentit hæc & animus: unde fit ut alii p



hiemem: alii per æſtatem: nonnulli melius uere: uel autumno lucubrentur pro ſua quiq; tēperatura corporis. Nā aīa corpori coniuncta naturā & concreaturā eius effingit. Quibus enim corporatura contigit arida: uel gelida ii p autūnū plærūq; mētē habent plus ſolito commotā. Quibus uero ſanguis redūdat: hii uerno plus tentātur. Hoc ipſum in cæteris aſpicitur pro ut cū tēpoꝝ cardinibus animantiū naturæ uel cōgruūt uel diſcrepāt. Ita fit ut quodcūq; tēporis uices audit: & ad illius momenta uertit̃ atq; mutat. Hoc in tēpore, neceſſariū ſit eſſe: cuiuſmodi ea ſūt quæ diximus: nec alia magnopere comperias: de quibus hoc & uerius & illuſtrius affirmari poſſit.

Ipſum ubi circūſcriptura corporis eſſe dicitur: & circūſcriptiōe loci ꝓdiēs: ipſe uero locus in corpore capiente/circūſcribēteq; cōſtitutus eſt: ꝑinde in loco uř eſſe qcq̄d & loco circūſcribitur. Ita cōſtat nō idē loco ſtratū eſſe qđ huic: quod appellant ubi: nā locus in corpore continetur ambiente. Ipſū ubi poſitum eſt in corpore quod ambitur: neq; uero ſuum quibuſq; rebus ubi uidetur adiunctum eſſe: nam anima nuſq̃ eſt utpote quæ locum nec occupet: nec impleat: locus enim in quo dicatur anima conſiſtere poterit animantem aliam capere. locus uero quem alia quæ res occupet & īſideat: occupari ab alia re non poteſt utiq;: niſi digrediatur atq; migret alia. Granum enim tritici modio ſuperfuſum admittti ñ poſſet quādiu aeris qui modiū replebat incubaret: eliſo quidem aere: granum illico ſuccedit & infertur. itaq; nec eūdem locum obſidere duo poſſunt nec unum quid diuerſos. Quamobrem nec anima circūſcribi loco poterit: nec aliud omnino/quod alienum cē uideatur a ratione corporis. Dicat aliquis: nōne poteſt una res in pluribus eſſe poſita. quando quidem uox ipſa manens una: excipitur a diuerſis: quæ ſiue aer eſt/ ſiue nō eſt quidem: ſed ſine aere non conſiſtit: omnino aer idem futurus eſt in multis: quare corpus idem in diuerſis locis eſſe putandum erit. ſiquidem uox cum una ſit ad numerum: in diuerſas ptes aeris diſtributa credi non poteſt: ut ita demum in aures multorum ceu diſſiliat. Ergo qui concedunt unam & eandem uocem accidere multorum auribus neceſſario cōfitendum habent: eandē quoq; portionem aeris ſubire multorum aurem: quod quidē fieri nullo modo poteſt: quare cum alterum adeundū ſit ut uel diuerſa fateamur eſſe: quæ ſentiunt̃ a diuerſis/uelut unū: & idē corpus in pluribus: locis eſſe cēſeamus: Eligēdū eſt qđ minus ledit: nō eandem uocem eſſe quæ ſentiat̃: ſed diuerſas & inuicem ſpiritaliter ſe gignētes & exprimētes. Ita cōcedi poteſt: aliquā eē uocē ab animali nō editam: nā ea quæ ſpiritaliter reſultat & ad primæ ſimilitudinē effingitur: aīalis uox nō eſt qppe quæ ab aīali non eliditur. Alioquin uox omnis ab animali promit̃: quis enim unq̃ uocē percepit ullā in animaliū ſilentio: proīde uoces animalis eſſe ꝓhibēt̃: quæ uidelicet ex ipſius ore ꝓdeūt: ita uox ad multos unius utiq;: ſed nō una ptinebit.

De Voce

Vbi aliud ſimplex aliud compoſitum. ſimplex ex ſimplici loco naſcitur. cōpoſitū ex compoſito. Locus ſimplex initium & origo cōtinuorum eſt. Compoſitus is eſt: qui finitur ab Ariſtotele cuius ptes ad eundem terminū iunguntur: ad quem partes ipſæ corporis iūctæ ſunt. corporis uero partes ad pūctum loci coeūt. Ita loci particulæ particulas corporis includūt: Loca enim ſimplicia minimi corpus obtinent. Quocirca neq; locus ullus ſine ſuo corpore: neq; corpus ullum ſine loco futurū eſt. Sed reuocat hoc in dubium poſtrema cœli facies: extra quam nihil eſt: nec uero dici poteſt ꝙ ipſa ſibi locus ſit ut ueteres exploratū facere: quando id quod ambitur alterum & diſiunctum ab eo eſt quod ambit. Quare ſi globum illum extimum cōceſſuri ſumus in loco eſſe: diffiteri non poterimus quin aliquod præterea corpus ſit in quo cœli facies extre-

De celo an ſit in loco



Confitendum habent

ma coerceat᷑. At enim præter ea nihil eſt: Igitur nec in loco facies illa fuerit: ſed ſuper
his decernere: cũ ĩperſpicuũ eſt: tum infrequẽs & utiq; contra ſenſum Ipſum ubi nec
remitti nec intẽdi poteſt: non enim dici poteſt alterũ altero plus minuſue in loco eẽ:
q̃q̃ maiorẽ uel minorem locum poſſidens porro plus & minus: nec in ipſo ubi nec in
quãtitate cernitur. At in qualitate cernitur genus hoc & contrariis carebit. quia neq;
locus habet cõtrarium: nec enim locus loco contrarius adhiberi poteſt: in cæteris qui
dem ubi nemo dubitat. Illud diſceptationẽ habet ꝙ hæc duo ſurſum eſſe. deorſũ eſſe
uidentur inter ſe cõtraria: nam ea quæ in ſummo agunt ab hiis quæ in imo ſũt diſtare
plurimum noſcũtur. Sicut & locus ſupernus ab inferno quamobrẽ illa duo ubi: ſur-
ſum eſſe deorſum eſſe: queadmodũ ipa quoq; loca ꝑiclitãter eſſe cõtraria. cæteꝝ q̃ con
traria ea faceret: Is in eodẽ ſubiecto cõtraria ſtatueret: nam hæc quæ dico ſurſum eſſe:
Deorſum eſſe in eodem haberi poſſunt. Eadem enim res: & ſurſum & deorſum eẽ di
cit᷑ tñ nõ ad idem relata: ut minæ turrium comparatæ ad nos ſurſum erũt. ad cœli fa-
cies deorſum. Item futurum eſt ut idem ipſum ſibi cõtrarium fiat. Si enim poteſt idẽ
& ſurſum & deorſum eẽ ꝓtinus q̃ ponuntur hæc inter ſe cõtraria: idem ipſum ſibi cõ-
trariũ efficitur: per hæc quæ dicta ſunt: id quod eſt in loco eẽ liberũ a cõtrariis aſſerit᷑.
Poſitus eſt collocatio quædã partium: & ea quam facit ortus ipſe/digeſtio: per quam
dicuntur aliqua uel ſedere uel ſtare uel cubare: item uel aſpera uel leuia uel aliter cõpo
ſita: nã ſedere ſtare cubare ipſa nõ ſunt poſitus: ſed denomĩatiue ab iis dicũtur. Sed q̃
ri ſolet de recto: curuo: ſcabritia: leuore: q̃drangulo: bicubito: tricubito: magno: ꝑuo:
breui: longo: ſimilibus: quaſi poſitum quendã partium: nec magnopere aliam natu-
ram ſignificare uideant᷑. Hoc enim aſperum ſiue ſcabrum eſſe dicit᷑ cuius partes aliæ
prominẽt: aliæ reſiliunt. leue cuius partes indirectum omnes & æqualiter cõplanatæ
ſunt. Hoc & in cæteris inuenias. An poſitus non ſunt omnia ea: ſed q̃litates circa poſi-
tũ uerſantes. Ex eo enim ꝙ partes hoc uel hoc diſpoſitæ iunctæ ſunt atq; cõditæ: iudi-
cat ea ſenſus eſſe uel aſpera: uel leuia: bicubita: uel tricubita: ñ ecõuerſo. Hoc ipſum in
cætera id genus decerni conueniet: quare ſingula ea non poſitus haberi: ſed qualitates
ex poſitu profectas: & circa poſitum conſtitutas neceſſe eſt. Et uidetur quidem genus
hoc agnoſcere cõtraria. Duo enim illa ſedere ſtare contraria ſuſpicari poſſumus utiq;
ſi cõtraria ea ſunt: quæ non eodem tempore contineri poſſunt in uno aliquo: ſed uici-
bus alternant: is autem qui ſedet/illico ſtare poteſt: & qui ſtat ſedere. non tamen eo-
dem tempore. An ſi contraria decernimus ſedere: ſtare protinus adeundum eſt ĩcom
modum: ut nõ uni unum contrarium: ſed uni plura contraponantur: nam illo qui-
dem argumento non plus contraria probantur: ſedere: ſtare: q̃ ſedere: accumbere. cũ
nemo ſit qui ſedere: ſtare accumbere poſſit: eodem pũcto temporis non poſſit per ui-
ces. Quare conſtituendum eſt poſitus eiuſmodi contrarios inter ſe nõ eſſe. Quanquã
fortaſſe nõ inſolens oĩno ſit: ut contraria quandoq; unius plura compareant. quippe
ſi pallori contraria noſcũtur: & cãdor & nigritia: nam & ſub idem genus funguntur:
& mutuo quoq; commeant. An contraria pallori candor & nigritia non ſunt. quan-
do pallor & cæteri colores intermedii conſiſtere nõ poſſunt impromiſcui: ſed ex nigri-
tia cãdore temperantur omnes: & cõfundũtur. Quamobrem ubicũq; uel pallor / uel
color alius huiuſmodi cõſpicitur: in ibi tũ nigritiam tum cãdorem/intelligi neceſſariũ
eſt. Iam contrariorum eſt circa idem naturæ genus uerſari: ſedere accumbere non uer-
ſantur. Quoniam ſedere præcipuum eſt hominibus accumbere trãſlatitium. Nam &
ad muta quoq; pertinet: nihilo enim minus recũbit ſiue cubat equus q̃ homo. Poſitus



nec intendi nec remitti poſſunt: quia neq; poſitus magis uel minus eſt ſedere q̃ recum
bere: nec ſedens aliquis uel recumbens plus minuſue ſedens eſt: uel recumbẽs q̃ alter:
illud uero peculiare poſitus omnis eſt: ꝙ inter formas extrinſecus accidentes proxime
pertinent ad ſubſtantiam: nihil enim aliud uidetur eſſe poſitus q̃ uel naturalis parti-
um ſubſtãtiæ digeſtio: cuiuſmodi eſt ea quæ rebus quibuſdã ſtatim ab ortu cõuenit ut
aſperis & leuibus: hirſutis: atq; glabris: uel naturalis quidẽ nequaq̃: ſed ex frequẽti quo
dã & cõſuetudiario naturæ motu nata collocatio cuiuſmodi ſũt recubitus atq; ſeſſus:
quãobrẽ efficitur/ut quicquid extrinſecus ſuperuenit: & proxime ꝑtinet ad ſubſtãtiã:
id omne poſitus ſit oporteat. Et retrorſum quicquid poſitus eſt: id omne ſupueniat ex
trinſecus: & ad ſubſtãtiam proxime pertineat.

HAbitus eſt & corporis & eorũ quæ circa corpus ſunt applicatio: ꝑ quã hoc
habere. illa uero haberi denominãtur: quæ quidẽ non ex corporis uniuerſi
circũiectu: Sed ex amictu ſolo partiũ dicũtur: ut bracatũ/armatũ eſſe/cal
ceatũ: & petaſatũ eſſe. Cæterum talia nominibus appellata nõ ſunt primi
geniis & ſimplicibus. Sed riuatis & factitiis. armatura: calceatura: ſoleatura: quæ quo-
tiens uſu ueniũt ad eãdem ſimilitudinem fingenda ſunt habitus recipit plus & minus
nam & armatior uidetur cataphractus eques eẽ q̃ ferentarius atq; ueles. Et calceatior
qui galliois utitur & calceo: q̃ qui uel calceo tñ uel galliois ſunt etiam quæ nõ recipiũt
plus & minus: ut ueſtitum & tunicatũ eſſe. Sed nec habitus eſt habitui contrarius: ut
armatura: calceatura: cæteraq; huiuſmodi: quãdo quidẽ unus & idem homo armatus
& calceatus: & manicatus eſſe poteſt. Propriũ habitus eſt in pluribus exiſtere. Hoc eſt
tã in corpore q̃ in iis quæ circum corpus ſunt. Eſt enim habitus ut dixi corporis & eoꝝ
quæ circa corpus ſunt applicatio: nõ quidem ex uniuerſo co: ſed ex amictu ſolo partiũ
uocatus: hoc autem diſcrimen admodum pauca ſunt quæ ferant: ut quantitas & rela-
tio duntaxat: nam & ſimilitudo diſſimilitudoq; in ſimilibus & diſſimilibus multis cõ-
ſiſtunt. Et numerus idem in pluribus numeratis uerſatur. Subinde creſcẽs acceſſiõib9
monadũ multiplicibus: ut nihil omnino ſit qd' ĩ plura q̃ nũerus diſtributum eẽ uidea
tur differẽtia tamẽ ea ꝙ hoc nec oĩs quãtitas: nec oĩs relatio cõe ſentit: habitus oĩs ſen-
tit ut idem ſit uidelicet in pluribus. Quicquid ergo & in corpe cõſiſtit: & in iis quæ cor
pus ambiũt: hoc habitus uocat᷑: quocirca maxime propriũ erit habitus: ꝙ & in corpo-
re & in iis quæ per partes corpus amiciũt tãq̃ in pluribus quibuſdã ineſt. Verbum hr̃e
multis modis capitur. Nã & qualitas haberi dicit᷑ ut albedo nigredo. Itẽ quantitas: at
q; mẽſus: ut craſſitudo: ꝓceritas. Nihil enim aliud eſt nigredinẽ uel craſſitudinẽ habe-
re q̃ nigrũ & craſſum eſſe. Dicuntur & uaſa quod continent habere: ut triticum ſexta-
rius. habent᷑ & in partibus plæraq;: ut annulus in pollice: quod quidẽ aliud non ſignifi
cat q̃ ꝙ in annulo pollex eſt. habet & uir uxorẽ: & uxor uirum. Sed modus hic haben-
di peregrinus eſt & inſolẽs: ut qui habet: idem haberi quoq; perhibeatur. At hoc aliud
nõ indicat q̃ ꝙ eſt uxori cum uiro contuberniũ. Ita perſpicuum eſt celebratiſſimos hu
ius uerbi ſignificatus intra qninarium cõſiſtere: At notari fortaſſe poſſunt alii: ſed ſoler
tiæ ueſtigantiũ relinquẽdi ſunt. De ſex initiis ad hanc finem dixiſſe contenti ſimus: ſi-
qui cætera deſiderant ad librum qui analytica inſcribitur remittendi ſunt.

ALiqua recipe plus & minus uno triũ modorum putantur. quidam inten-
ſionẽ & remiſſionem conſtare dicũt: & incremento ſubiectorum: & decre
mento quidam ex incremento rerũ/& decremento: quæ capiunt᷑ & conti-
nẽtur in ſubiectis. Alii cauſã faciũt utrũq;. De ſententiis tribus q̃ ſit ueriſſi

ma diſceptabimus. Illud ſcire oportet prima & ſecūda euerſis: cōtinuo euerſum iri ter tiam. Quæ duarū ſocietate coaleſcit: primum crementa ſubiectorum / & decrementa facere quo res aliqua cum diſcrimīe pluris uel minoris dicatur tueri nullo modo poſſu mus: alioquin futurum eſt ut hominem affirmātibus: uel animal: uel ſubſtantiam hu iuſmodi recipere plus & minuus occurri nō poſſit. Vtrīq; ſi de ſubiectorum cremētis & decremētis / intēſionem & remiſſionem exiſtere fateamur: item equus & augeri poteſt & minui: proindeq; uel maior uel minor qui lapis eſſe perhibebitur. Cui tamen nunq̄ uel auctio uel minutio cōtigerit. Mons quoq; maior alio mōte dicitur. Quorum neu ter utiq; nec increſcit nec decreſcit. Item unio candidior equo dicit̄ alterum pedem can dido. Atqui dubium nō eſt quin equum unio magnitudīe nō ſuperet. Itaq; ſtabit hæc complexio uel unionem equo cādidiorem eſſe per magnitudinem unionis & paruita tem equi uel temere iactari: unionem equo candidiorem eſſe: uel nihil omnino capere plus & minus ex magnitudīe ſubiectorum: & paruitate cremēto decremētoq;. At nec primum nec ſecūdum eſt: relinquitur ergo tertiū. Nihil eſſe omnino quod capiat plus & minus ex incremento ſubiectorum & decremento. Sed ne ſecunda quoq; opinio de fenditur: quæ credit intēſionem & remiſſionem conſtare per magnitudinem & parui tatem earum rerum quæ capiūtur & cōtinent̄ in ſubiectis. Si enim ex magnitudīe can doris aliud alio cādidius eſſe poſſet. Tunc & homo & equus unione candidiora perhi berentur. Ipſum enim candoris æquor & amplitudo maior in unione q̄ i equo eſt. De inde ſi plus & minus ex ſubiectorum modo nō cōſtant: ut probauimus ex accidētium modo qui cōſtabunt. Modus enim eius quod recipitur. Intra modum ſubiecti ſui con ſtat & arcetur. Neq; poteſt ultra porrigi. Nam ſuus cuiuſq; modi terminus atq; limes fere ipſum corpus eſt. Magnū aūt atq; paruum appellatione modi ueniūt. Quare par uitas / ut ita dicam / attēdi nō pōt ultra q̄ corpus ipſum paruū. ꝓpterea quātū in ſtrato demit̄ tātūdem mō quoq; deperit. Ex iis apparet diſcrimina pluris & minoris: neq; p ſubiecti neq; p accidētis / incrementū & decremētū exiſtere. Quod ſi hoc ꝑfecto nec p utrūq; iunctū ꝓinde ratio nobis alia prodēda. Quāobrē & intēdi aliqua & remitti poſ ſe uideātur. Hæc autē ſūt ea quibus ipſum aduenticiæ alicuius formæ nomē habere cō tingit. Nō ex ſubiecti magnitudīe: ſed ex eo ꝙ uel ꝓpriora ſūt illi formæ: cuius nomē ſortita ſūt: uel lōgius ſubmota. Vt plus dicatur quo ad rōnem uocabuli acceſſerit: mi nus quod receſſerit: exempli gratia / cādidū abſolute dicitur: in quo purus cādor inſit: quo quidq; offectum albo propius ad hāc nominis uim acceſſit: eo cādidius eſſe dici tur. At paruum & exiguum cōparatiōe ſola cōſtat. Quicquid enim collatū ad alia ſta turæ modo uincitur hoc paruū & exiguū uocamus. Quicquid ergo utrūq; ſuperatur amplitudīe cōtinuo peruius atq; breuius decernitur: ſimiliter hoc in cæteris. Sed quæ ritur unde fiat ut hæc recipiant plus & minus ſubſtātiæ nō recipiāt: An uocabula ſub ſtātiis impoſita nō hiant: Sed res ī fine ſemper & ut ita dixerim in faſtigio cōſtitutas indicāt: ultra quod procedere nulla poteſt: ſūt & accidētia quæ nō capiunt plus & mi nus: ut quadrāgulū: triāgulū ſimilia: cōtingit hoc uel eo quod in ſubſtātia deſcriben da repræſentātur. Nā & corpus ipſum & quātitatē utrūq; triāgulū uocamus / uel eo qd ſubſtātiæ modo: ſemper in fine ſūt ultra quā progredi n̄ pn̄t id ꝙ inſup poſitiuis quoq; cernitur. Cādidiſſimus enim & nigerrimus liberi diſcriminibus pluris & minoris uidē tur propterea ꝙ potiti ſumma ſūt & termino quē trāſgredi prodeūdo non pn̄t. Ex eo enim quod poteſt eſſe: nō ſequitur quod nō poteſt eſſe. proinde ſi puncta omnia iūgā tur amplitudo nulla cogitur: ꝙ puncta punctis addita cumulo nihil afferūt / ſimplex



ortus: & ſimplex occaſus agit̄: nō acceſſu uel digreſſū corpuſculorū in ſecabiliū: quas atomos appellāt: ſed eo ꝙ aer exempli gratia totus in aliud totū cōmeat atq; tranſit. Duas enim res ſubiectū habet omne: materiā: atq; formā. Quotiēs hæc mutant̄ am bo: tūc ꝓprie ſimplex ortus: & ſimplex occaſus agitur: q̄q̄ ortus ignis ēt nū ſimplici or eſt q̄ terræ. Ignis enim rōnē quaſi formæ cōtinet: terra ꝓprior eſt materiæ. At cum muſicus uir quaſi occidere: ſiue corrūpi dr̄: & muſicus quaſi oriri ſiue gigni: ſubiectū manet ipſum hō. Alioquin ſi q̄litates hæc nō forēt: Muſicū dico & īmuſicū: ſed ſubſtā tiæ tūc & ortus eoꝝ & occaſus plane ſimplex futurus eēt. At q̄litates hoīs & affectio nes quædā ſunt nō ſubſtantiæ. Ita fit ut tā ortus q̄ occaſus hominis muſici & īmuſici nō ortus & occaſus abſolute: ſed quidā quaſi ortus ſiue genitus: & quidā quaſi occa ſus ſiue interitus eſſe uideātur. qn̄ quidē muſicū uel īmuſicū affectionē ut dixi: ſūt ho minis & ſuperſtitis & manētis. Nec huiuſmodi mutatio uel genitus uel interitus ap pellāda eſt: ſed alteratio dūtaxat. Materia ſane ipſa ꝓprie genitus & īteritus ſubiectū eſt. At quare is qui docetur in eo ſimpliciter effici: ſiue gigni nō dicitur: ſed doctus ef fici: ſiue doctus gigni dr̄. An explicatū eſt in uolumine quod prædicamēta inſcribit̄: Alia ſignificare hoc aliquid & ſubſtātiā. Alia quātitatē: Alia qualitatē. Ergo quæcūq; ſubſtātiā nō ſignificāt: hæc ſimpliciter nec occidere: nec oriri prohibebūtur: Sed qua dam tenus accidentia tamē ſunt nōnulla: quæ ſubſtātiis ex natura cuiuſq; ſua cōpetūt ut impetus ad inferna terræ: ad ſuperna ignis.

Finit Liber ſex principiorum Giberti Porretani: interpræte Hermolao Barbaro.

Perihermenias Ariſtotelis Liber incipit.

Primo definire oportet quid nam ſit nomē: & quid uerbum deinde quid negatio: quid affirmatio: quid enunciatio: quid deniq; oratio ſit. Ea igitur quæ in uoce cōſiſtūt: ſigna ſunt af fectum qui in anima ſunt. & ea quæ ſcribuntur: notæ ſunt eo rum quæ in uoce conſiſtunt. atq; uti non eædem ſunt apud omnes homines litteræ. ſic neq; uoces eædem ſunt. Affectus tamē quorum hæc ſigna ſunt: primo / apud omnes homines ſunt. res quoq; quarū hi ſimilitudines ſunt / eaſdē itidem eſſe cōſtat. uerum de his in libro de aīa dictū eſt: ad aliā enim fa cultatē huiuſcemodi cōſideratio pertinet. Queādmodū aūt in aīa cōceptus eſt īterdū ſine ueritate aut falſitate: interdū eſt talis ut horū alterū ei neceſſario cōpetat. ſic & in uoce eſſe ur̄: nā uerū falſumq; in cōpoſitiōe diuiſioneq; cōſiſtit. Ipſa igit̄ noīa uerba ſi milia ſane ſūt ei cōceptui: qui ſine cōpoſitione diuiſioneq; eſt: uelut hoc nomē album uel hō: cū nihil additur ipſi: nōdū. n. uerū eſt / aut falſum / cuius quidē hoc indiciū eſt: hippocentaurus. n. aliquid quidē ſignificat: at nōdū uerū eſt aut falſum: niſi eē aut nō eſſe additum: aut ſimpliciter aut reſpectu temporis fuerit.

De nomine.

NOmē igit̄ uox ē ſignificatiua ex īſtituto ſine tp̄e: cuius nulla ps ſignificat ſeparata: nā hoc ī noīe equiferus nihil p ſeipſū equus ſignificat: ſicut hac in orōne equus ē ferus: ueꝝ nō ut ē ī ſimplicibus noībus: ſic & ī cōpoſitis ē: in illis. n. nullo pacto pars eſt ſignificatiua: in cōpoſitis uero uidet̄ qdē ni

hil tñ ſepata ſignificat: ut in exẽplo patet antea dcõ: ex iſtituto aũt diximus: q̃a nullum nomẽ ẽ ſignũ natura: ſed cũ ẽ poſitũ: nã ſignificãt & ii ſoni q ſcribi nõ pñt: ut beſtiarũ quarũ nullũ ẽ uomẽ. Hoc aũt nõ hõ/nõ dico eẽ nomẽ. At neq; nomẽ ẽ poſitũ: quo ipſum appellare oportet. neq;. n. ẽ oro. neq; negatio ſed ĩfinitũ nomẽ uocet᷑: qm̃ & qd ẽ: & qd non eſt in rõne rerũ ſine diſcrimĩe ullo ſignificat. Hoc ẽt philones aut philoni & hiſce ſimilia nõ noĩa ſunt: ſed noĩs caſus. Atq; rõ eius in cæteris quidẽ ẽ. Illo aũt differt. Si enim addideris eſt: uel erat: uel erit: hoc quidẽ neq; uerũ: neq; falſum euadet: nomen aũt ſemper ueluti philonis eſt: aut nõ eſt: nõdũ enim uerum eſt aut falſum.

De uerbo.

VErbũ autem eſt/id quod inſuper tempus ſignificat. & cuius nulla ps ſeorſum ſignificat: atq; ſemper eorũ quæ de alio dicũtur ẽ ſignũ. Dico aũt ipm inſup tp̃s ſignificare: quia ualitudo quidẽ ẽ nomẽ: ualet aũt uerbũ. Significat enim ĩſup nũc eſſe: atq; ſemp eorũ quæ de alio dicũtur eſt ſignũ. Vt eorũ quæ de ſubiecto dicũtur. aut eorũ quæ ĩ ſubiecto dicimus eſſe: nõ ualet aũt: & nõ ægrotat nõ dico uerbũ eſſe: nã inſup quidẽ tp̃s ſignificat: ſempq; de aliquo dr̃. At differentiæ nullũ nomẽ eſt poſitũ. Sed uerbũ infinitũ uocetur. Quoniã de quocũq; & de eo quod eſt & de eo qd nõ ſimiliter dicit᷑: ſimili mõ ualuit atq; ualebit: nõ uerba: ſed uerbi caũs appello. Quoniã illud quidẽ præſens ſignificat tp̃s: nec aũt id quod eſt circa præſens exactum inquã atq; futurũ. Ipſa igitur uerba cũ per ſe dicũtur nomina ſunt: & aliquid ſane ſignificãt. nam qui dicit/mẽtem utiq; affirmat: & q audiuit quiuit. Sed ſi eſt: aut nõ eſt nõdum ſane ſignificãt. nec enim eſſe/aut nõ eſſe ſignum eſt rei: neq; ſi ipſum qd eſt per ſe dixeris nudum. Ipſum enim nihil eſt. Significat autem ĩſuper cõpoſitionem quãdam: quæ quidem ſine compoſitis intelligit nequit.

De oratione.

ORatio eſt uox ſignificatiua: cuius ptiũ aliqua ſeparata ſignificat: ut dictio ſed nõ affirmatio uel negatio: hõ nãq; ſignificat quidẽ aliqd: at nõ eſſe: aut nõ eſſe. ſed erit affirmatio aut negatio ſi aliqd ipſi addideris. Vna uero ſyllaba hominis nihil ſignificat. nec enim hac in dictione muſica: mus ſignificat aliqd: ſed uox tm̃ eſt. In cõpoſitis aũt ſignificat qdẽ ſed nõ per ſe: ut antea diximꝰ. At uero omnis oratio ſignificatiua quidẽ eſt: at nõ ut inſtrumẽtũ: ſed ut ĩſtitutio: quẽadmodũ dicimus: nõ omnis aũt enũciatiua: ſed ea tantũ quæ uera eſt: aut falſa: quod qdẽ nõ oĩbus orationibus cõpetit: nã fit qdẽ oratio cũ qſpiã optat: nõ tñ uera eſt: aut falſa: orõnes igitur cæteræ omittant᷑. Ad oratoriã eni artẽ aut poeſim illarũ magis cõſideratio pertinet. Enunciatiua uero præſentis eſt ꝓpria cõtẽplatiõis. Eſt itaq; una prima enũciatiua oratio: affirmatio: deinde negatio. Cætere uero oẽs coniunctione ſunt una. neceſſe eſt aũt enũciatiuã omnẽ oratiõem: ex uerbo aut caſu uerbi cõſtare. Etenim & ipſa hoĩs ratio niſi eſt: uel erat: uel erit: aut aliquid tale addideris/nondũ eſt enũciatiua ſane oratio: quia unũ quid eſt: & nõ multa: animal/greſſibile bipes. Nõ enim q̃a partibus cõiũctis pronũciata eſt/erit una. uerũ id pertractare ad aliã ptinet facultatẽ. Eſt autem enũciatiua una oratio aut ea quæ unum ſignificat: aut ea q̃ cõiunctione eſt una. Plures uero eæ quæ plura & nõ unum ſignificãt: aut eæ quæ carent cõiunctione: nomẽ igitur aut uerbum dictio tm̃ uocetur. quippe cum fieri nequeat ut is qui aliquid nomine uel uerbo ſignificat. Sic dicat ut enũciet: ſiue ĩterrogatus fuerit: ſiue nõ: ſed ex ſeſe uolueirt dicere. Harum autem alia erit enũciatio ſimplex, aliqd inquam dicens de aliquo aut aliqd ab aliquo remouẽs: alia autem ex his compoſita: ueluti compoſita iã



eſt oratio quædam. atq; ſimplex enũciatio eſt/uox ſignificatiua/eſſendi quippiam: uel nõ eſſendi: uti tẽpora ſunt diſtincta. Affirmatio uero eſt de aliquo alicuius enũciatio. Negatio aũt enũciatio: qua aliquid ab aliquo dimouet᷑. Quoniã aũt fieri põt/ut quod cõpetit enũciet᷑: ut nõ competens. & ecõtra/quod nõ competit uti cõpeteret: & qd non cõpetit uti nõ competens. & circa ea tempora quæ ſunt extra præſens ſimiliter. fieri ſane poteſt ut oẽ quod affirmauit quiſpiam negetur: & q̃ negauit quiſpiã affirmet᷑. quare patet cuilibet affirmatiõi negationem: & cuilibet negationi affirmationẽ eſſe oppoſitam. Atq; hoc ſit contradictio: affirmatio inquam & negatio quæ opponũt᷑. Opponi autem eam dico quæ eiuſdem de eodem & non equiuoce. & quæcunq; alia determinauimus ad ſophiſtarum mœleſtias euitandas.




Particula ſecunda.

CVm autẽ rerũ aliæ ſint uniuerſales aliæ particulares: atq; uniuerſale dico qd de pluribus aptũ eſt p̃dicari: quale eſt hõ. Singulare aũt id qd illã legẽ ſubire nequit quale eſt callias. ſicq; neceſſe interdũ uniuerſaliũ: interdum ſingulariũ cuidã aliqd ineſſe uel nõ ineſſe enũciare. Si quiſpiam uniuerſaliter quidẽ de uniuerſalibus enũciat cõpetere inquã: aut nõ competere quippiã: erunt enunciatiões iſte cõtrariæ. atq; de uniuerſalibus uniuerſaliter enũciare quẽpiã dico hoc mõ ut eſt oĩs hõ eſt albus. nullus hõ eſt albus. Quãdo aũt in uniuerſalibus nõ uniuerſaliter: ut nõ ſunt cõtrariæ. Quæ aũt ſignificant᷑ eſt eẽ aliqñ cõtraria. Dico aũt nõ uniuerſaliter enũciare in his q̃ ſunt uniuerſalia: hoc mõ homo albus eſt: hõ albus nõ ẽ: homo quidẽ eſt uniuerſale at ille nõ utit᷑ ut uniuerſali ipſa enũciatione. Omnis enim non ſignificat ipm uniuerſale: ſed uniuerſalis p̃dicationis eſt nota. Ei uero qd uniuerſaliter p̃dicat᷑ ſi uniuerſalis p̃dicationis addideris notã enũciationẽ nõ efficies uerã. Nulla. n. erit affirmatio uera: in qua p̃dicationis nota uniuerſalis ei adiũgitur qd uniuerſaliter p̃dicatur: ut oĩs homo eſt oẽ animal. Affirmationẽ igit᷑ & negationẽ opponi contradictorie quidẽ dico/cũ uniuerſaliter altera ſignificat de eodẽ: ut oĩs homo albus eſt: non omnis homo albus eſt: nullus hõ albus eſt: quidã hõ albus eſt. Cõtrarie uero cum uniuerſaliter utraq; ſignificat de eodẽ: ut oĩs homo albus eſt/nullus homo albus eſt.

Omnis homo albus eſt — Contrarie — Nullus homo eſt albus




Aliquis homo albus eſt — Subcontrarie — Non omnis homo albus eſt

Quapropter fieri quidem nõ põt ut hæ ſimul ſint ueræ. At fit ut his oppoſitæ ueræ nõnunq̃ ſint de eodem: ueluti non oĩs homo albus eſt: & aliqs homo albus eſt. contradictiones igit̃ eæ quæ uniuerſaliũ uniuerſaliter ſunt ita ſeſe habent ut altera pars earũ ſit neceſſario uera: altera falſa: eandẽ cõditionẽ & in ſingularibus eẽ cõſtat. ut ſocrates eſt albus: ſocrates nõ eſt albus. At eæ quæ uniuerſalium nõ uniuerſaliter ſunt: non ita ſe habent: ut ſemper altera pars ipſarũ ſit uera. altera falſa: Hæ nãq; ſimul ſunt ueræ. homo albus eſt: homo albus nõ eſt. homo pulcher eſt. homo pulcher non eſt. ſi enim turpis ſit homo: pulcher nõ eſt. & ſi quippiam fit id profecto nõ eſt. At enim abſurdũ illico cuipiam hoc eẽ uidebitur: ꝑpterea ꝙ hæ homo albus nõ eſt/ & nullus homo albus eſt idem ſignificare uidẽtur. at nec idem ſane ſignificant: nec ſunt ſimul neceſſario ueræ. Patet aũt & unius affirmationis unam eẽ negationem. idem enim oportet negationem negare: quod affirmauit affirmatio ipſa: & ab eodẽ: ſiue ſingulare ſit: ſiue uniuerſale: aut uniuerſaliter: aut nõ uniuerſaliter ſumptum. Quod ſi quippiam aliud ab eodẽ negauerit: aut idẽ ab alio: nõ erit hæc illi ſed alia ſane oppoſita. Huic enim ſocrates eſt albus illa aduerſatur profecto ſocrates nõ eſt albus. Et huic omnis homo albus eſt: illa nõ omnis homo albus eſt. Et item huic aliquis homo albus eſt illa nullus homo albus eſt: & huic rurſus homo albus eſt: illa homo albus nõ eſt. Dictum eſt igitur unam affirmationẽ uni cõtradictoriæ opponi negatiõi: & quæ nã ſint illæ: & contrarias alias eſſe: & quæ ſint ẽt illæ. & itẽ omnis cõtradictionis alteram partẽ ueram: alterã falſam eẽ. Et cur ita fit: & qñ rurſus uera eſt: aut falſa. Ea aũt una ẽ affirmatio: & itẽ una negatio: q̃ unũ de uno ſignificat: ſiue ſit/ ſiue nõ ſit uniuerſaliter uniuerſale: ut oĩs hõ albus ẽ: nõ oĩs hõ albus ẽ: hõ albus ẽ: hõ albus nõ ẽ: nullus hõ albus ẽ: q̃dã hõ albus ẽ: mõ albũ unũ ſignificet. qđ ſi duobus nomẽ ẽ unũ poſitũ: ex q̃bus unũ nõ cõſtat: non ẽ una affirmatio/ nec una negatio: ueluti ſi q̃ſpiã nomẽ equo & hoĩ poſuerit nomẽ tunicã hæc orõ tunica ẽ alba: nõ erit una affirmatio/ nec ẽt una negatio. hæc. n. hõ & equus ẽ albus nihil ab illa differre uidet̃. at hæc nihil ab hiſce differt equus ẽ albus: & hõ eſt albus. qđ ſi heæ plura ſignificãt & ſũt plures: patet & primã illã/ aut plura aut nihil ſignificare. nõ ẽ. n. aliqs hõ equus. Quare nec in his affirmatõibus negatiõibuſue neceſſe ẽ alterã ue



rã: alterã falſam eẽ. In his igit̃ q̃ ſũt/ & fuerũt neceſſe ẽ/ affirmationẽ aut negationẽ uerã uel falſam eſſe: atq; earũ quidẽ quæ uniuerſales uniuerſaliter ſũt ſemp/ neceſſe ẽ alterã uerã: alterã falſam eẽ. & ſingularium ẽt: uti diximus: nã eaꝝ quæ dictæ ſunt nõ uniuerſaliter uniuerſales: nõ neceſſe eſt alterã uerã: alterã falſam eẽ. Atq; de his ẽt antea diximus. In ſingularibus aũt atq; futuris nõ ſimiliter res ſeſe hẽt. nã ſi oĩs affirmatio uel negatio uera eſt aut falſa: & oẽ neceſſe eſt/ eẽ aut nõ eẽ. Quare ſi quiſpiã quidẽ dixerit qppiam fore: alius aũt illud idẽ non fore dixerit: neceſſe ẽ: ut patet: alterũ ipſoꝝ dicere uerũ: ſi oĩs affirmatio uel negatio uera eſt aut falſa: in talibus enim nõ ſimul ambæ fuerint ueræ. Nã ſi uere quiſpiã dicit hoc albũ: aut nõ albũ eſſe: neceſſe eſt albũ: aut non albũ eſſe. Et ſi eſt albũ aut nõ album: ueꝝ utiq; dicit affirmãdo aut negãdo. & ſi omnino eſt: falſum dicit. & ſi falſum dicit nõ eſt. Quare neceſſe ẽ affirmationẽ aut negationẽ ueram uel falſam eſſe. Nihil ergo aut eſt aut fit a fortuna: neq; eſt qcq̃ qđ æque fieri ac nõ fieri poſſit: neq; erit aut ñ erit qcq̃: ſed oĩa neceſſario eueniũt: & nihil ẽ: qđ æque fieri ac ñ fieri poſſit: nã aut his dicit ueꝝ q affirmauit: aut is qui negauit: quare nõ ẽ quicq̃ oĩno talis natura. Etenim eẽt æque fieret uel nõ fieret: id. n. qđ æque fieri atq; nõ fieri põt: non magis ſic aut ſic ſeſe hẽt: aut habebit. Præterea ſi eſt nunc aliqd albũ: uere quiſpiã prius aſſeruiſſet ſi fore illud dixiſſet. Quare ſemp eẽt ueꝝ ſi diceret̃ quoduis eoꝝ q̃ facta ſũt eẽ uel fore: Quod ſi ſemp eſſet ueꝝ ſi diceret̃ hoc eſſe uel fore: fieri nõ põt ut iſtud non ſit: aut nõ oriat̃. At qđ fieri nõ põt ut non oriat̃. id impoſſibile eſt ut nõ fiat: ſed qđ impoſſibile eſt qđ nõ fiat: id fieri neceſſe eſt: uniuerſa ergo futura/ neceſſe eſt fieri. quare nihil eſt oĩno quod æque fieri/ atq; nõ fieri põt: Nec a fortuna quicq̃ eueniet: Sed oĩa neceſſario fiũt: nã ſi fortuna quippiã euenerit: id nõ neceſſario erit. At uero neq; dicere q̃ſq̃ põt neutrũ eẽ uerũ: ueluti neq; fore: neq; nõ fore. priõ nãq; cũ affirmatio uera nõ ẽ: negatio uera nõ erit. & cũ hæc ẽ falſa: fit ut affirmatio nõ ſit uera. Et iſup ſi uere q̃ſpiã dicit albũ q̃ſppiã eẽ ſimul & magnũ: neceſſe eẽ utrũq;: & ſi uere dicit cras fore: oportet illud cras fore: qđ ſi neq; erit cras neq; nõ erit: nõ erit id in rõne reꝝ: qđ æque fieri atq; nõ fieri põt: ueluti naualis pugna. oportet enim neq; fieri/ neq; nõ fieri pugnam naualẽ. ea igit̃ abſurda quæ eueniunt hæ ſunt: & iſtiuſmodi cætera. Si neceſſe eſt enunciationũ oppoſitarum tam in uniuerſalibus uniuerſaliter: q̃ in ſingularibus: alteram ueram: alteram falſam eẽ. nihil inquã in his eẽ q̃ fiunt: qđ æque fieri atq; non fieri poſſit. ſed eſſe ac fieri neceſſario cũcta. quare nec cõſultare opus eſt/ nec aggredi res agendas: ueluti ſi hoc q̃dem fecerimus/ eueniet hoc: ſi hoc uero nõ fecerimus/ nõ eueniet hoc. Nihil enim phibet & annos uſq; centies centũ/ unũ hoc fore: alteꝝ non fore dicere: ut neceſſario ipſoꝝ eueniat alterũ: quod quidẽ uere tunc diceret̃. At uero neq; quicq̃ refert ſi quipiam dixere cõtradictionẽ ipſa/ uel nõ dixere. Patet enĩ ita res ipſas ſeſe hr̃e: & ſi nõ alter qcq̃ affirmabit. alter negabit. nõ. n. q̃a affirmatio dicta ẽ: aut negatio: iõ res erit: aut nõ erit: neq; magis ſi ad annos uſq; centies cẽtũ: q̃ quanto tp̃e fore aut nõ fore dicat̃. quare ſi in oĩ tp̃e cõtradictio ſic ſe habebat: ut altera pars ipſius ſit uera: neceſſe erat hoc fieri & unũquodq; eorũ quæ fuere: ſic ſemp ſeſe habebat/ ut neceſſario fiat. nã ſi uere quiſpiã dixit/ hoc fore: fieri nequit ut nõ oriat̃ ipſum atq; eueniat: & ſi euenit atq; ẽ ortũ ſemp antea uerum erat ipſum dicere fore. Si enim hæc eſſe nequeũt: uidemus enim principium futurorũ: & deliberando quippiã atq; agendo/ & oĩno id quod ſimiliter eſſe atq; non eſſe põt/ eſſe interea quæ nõ ſemper ſunt actu: In quibus utrũq; & eẽ inquam & nõ eẽ cõtingit: quare & fieri & nõ fieri: & rerũ complures ita ſeſe habẽtes ipſis oculis cernimus. Nã ut hoc exẽplo percipiatur/ ueſtimentum hoc poſſibile eſt ſcindi: & non ſcindet̃: ſed tp̃e

poſt cõteret. ſimiliter & nõ ſcindi poſſibile eſt: nõ enim poſſet tpe poſt contritum fore: ſi ſcindi nõ poſſet. Quare & in aliis ita eſt rebus: quæcũq; talem potentiam ſubeũt. Si igitur inquã hæc fieri nequeũt: patet nõ omnia neceſſario uel eſſe uel fieri: ſed q̃dam talia eſſe/ut æque fieri atq; nõ fieri poſſint. de quibus nõ eſt magis affirmatio q̃ negatio uera. quædam eſſe huiuſmodi/ut ipſorum magis quidem & plærũq; alterum eueniat. Poſſit tamẽ & alterum euenire: alterũ uero nõ euenire. Neceſſe eſt igitur id quod eſt/quãdo eſt/eſſe: & id quod nõ eſt/quãdo non eſt/nõ eſſe: nõ tamẽ: aut omne quod ẽ/eẽ: aut oẽ quod nõ eſt/nõ eſſe/neceſſe eſt. nõ enim idem eſt omne quod eſt neceſſario eſſe/cum eſt: & ſimpliciter neceſſario eſſe: & de eo quod nõ ẽ/ſimili modo: & incõtradictione etiã rõ eadẽ ẽ. omne nãq; neceſſe eſt eſſe aut nõ eſſe: & item fore aut nõ fore: nõ tamẽ neceſſe eſt diſtincte alterũ fore: ueluti neceſſe eſt quidem pugnam naualẽ cras fore. aut non fore: non tamen fore pugnam naualem cras neceſſe: neq; rurſus non fore. at tamẽ fore/aut nõ fore neceſſe eſt. Quare cum oratiões ita ſunt ueræ: queadmodum ſeſe habent res ipſæ: patet & cõtradictionẽ ipſam quæ circa res eas efficitur quæ ſic ſe habent: ut æque fieri atq; nõ fieri: & eẽ atq; nõ eſſe poſſint neceſſario, perinde ſeſe habẽt atq; res tales ſeſe habẽt: & eãdam cum illis legẽ ſubire: quod quidẽ in hiſce fit/quæ nõ ſemper ſunt aut nõ ſemper nõ ſunt. cõtradictionis. n. rerum ipſam alteram quidẽ partẽ neceſſe ẽ ueram eẽ/uel falſam: nõ tñ hanc uel hãc: ſed utraq; cõtigerit: fitq; ut altera magis ſit uera: nõ tamẽ uera: uel falſa diſtincte: ſicuti diximus. quare patet nõ omnium affirmatioũm/& negationũ oppoſitarum alterã neceſſario uerã eẽ: alterã falſam: nõ enim in hiſce quæ ſunt/ſic res ſe habet: & in iis quæ nõ ſunt quidem: eſſe uero/aut nõ eſſe poſſunt: ſed uti diximus. ¶ Quoniã aũt affirmatio enũciatio eſt quippiam de quopiam ſignificans: hoc aũt nomẽ eſt: aut id quod noĩe caret: unũ uero id eſſe/atq; de uno dici: qđ eſt in affirmatiõe oportet. Dictumq; eſt antea quid nam ſit ipſum nomẽ: & quid ẽt id quod noĩe caret. Ipſum enim nõ homo: nõ nomẽ: ſed infinitũ nomẽ appello. Infinitum enim nomẽ unum quoddãmodo ſignificare uidetur. quemadmodũ & nõ ualet: nõ uerbum/ſed infinitum nũcupo uerbum. Omnis affirmatio profecto: aut ex nomine & uerbo: aut ex infinito noĩe uerboq; conſtabit. abſq; nãq; uerbo nulla ẽ affirmatio ſane/neq; ulla negatio. eſt enim uel erat uel fuit uel erit: & quæcũq; alia ſunt huiuſcemodi uerba/ex numero ſunt eoꝝ/quæ poſita ſunt. ſignificãt enim inſuper tẽpus. Quare prima eſt affirmatio atq; negatio: homo eſt: homo nõ eſt. Deinde nõ homo eſt: non homo nõ eſt: rurſus omnis homo eſt: nõ omnis homo eſt: omnis nõ homo eſt: nõ omnis nõ homo eſt. Eadem eſt ratio & de tempore exacto atq; futuro.

| | |
|---|---|
| Homo eſt | Homo non eſt |
| Non homo eſt | Non homo non eſt |
| Omnis homo eſt | Non omnis homo eſt |
| Omnis non homo eſt | Non omnis non homo eſt |

Particula tertia.

CVm autem ipſum eſt tertium inſuper prædicatur hoc pacto: homo iuſtus eſt. Vbi ipſum eſt tertium dico componi nomen aut uerbum in affirmatione dupliciter iam ipſæ oppoſitiones dicuntur. Quare quattuor ob id ipſum erunt hæc: quorum duo quidem ſic ſe habebunt ad affirmationem negationemue ſimilitudine rationis: ut ipſæ priuationes.



Due uero non. nam ipſum eſt/aut iuſto addetur: aut nõ iuſto: quare & negatio ſimiliter eiſdem addetur. quatuor igitur erũt. Intelligamus autẽ id quod dicit̃ ex hiſce: quæ hic ſubſcribunt̃. Homo iuſtus eſt/huius negatio eſt: homo nõ iuſtus eſt: homo iuſtus nõ eſt: huius negatio eſt: homo nõ iuſtus nõ ẽ. Hic enim ipſum eſt: & item non eſt: iuſto & nõ iuſto adiungitur. Hæc igitur ſic ordine poſita ſunt: ut in reſolutiuis dictũ ẽ.

| | |
|---|---|
| Homo iuſtus eſt | Homo iuſtus non eſt |
| Homo non iuſtus non eſt | Homo non iuſtus eſt. |

Simili mõ ſeſe habebit oppoſitio: & ſi nominis uniuerſaliter ſit affirmatio/ueluti omnis homo iuſtus eſt: huius negatio eſt: nõ omnis homo iuſtus eſt. Omnis homo nõ iuſtus eſt: huius etiam negatio eſt: nõ omnis homo nõ iuſtus eſt. Attamen non fit ut ſimiliter eæ quæ per diametrum collocantur ſimul ſint ueræ: ſed fit nonnunq̃.

| | |
|---|---|
| Omnis homo iuſtus eſt | Non omnis homo iuſtus eſt |
| Nõ oĩs homo nõ iuſtus eſt | Omnis homo non iuſtus eſt |




¶ Hæ igit̃ duæ ſunt oppoſitæ: aliæ uero duæ ſunt rurſus cũ nõ homo tanq̃ ſubiectum quoddam accipitur. Nõ homo iuſtus eſt: nõ homo iuſtus nõ eſt: non homo non iuſtus eſt: non homo non iuſtus non eſt. Atq; plures his oppoſitiones nõ erunt. Hæ uero ſeorſum ab illis: ipſæ per ſeipſas erũt: cũ hoc nõ homo tanq̃ nomine utantur: ut patet. quibus autem nõ accõmodatur eſt ipſum ut cum hæc ponũtur: ualet ambulat & iſtiuſmodi cætera: in iiſdem facit hoc pacto poſitum: ac ſi ẽ ipſum adiũgeretur: ut ualet omnis homo: nõ ualet omnis homo: ualet omnis nõ homo: non ualet omnis non homo. nõ enim dicendum eſt nõ omnis homo: ſed negationis nota ipſum non addenda eſt huic termino homo. Omnis enim nõ ſignificat ipſum uniuerſale: ſed uniuerſalis prædicationis eſt nota: quod quidem ex hiſce patet: homo ualet: homo non ualet. nõ homo ualet: nõ homo non ualet. hæc enim ab illis ex eo differunt/quia non dicunt uniuerſaliter. Quare omnis uel nullus nil aliud ſignificare uidetur q̃ affirmationem: aut negatiõem uniuerſaliter dici: cætera igitur eadem ſunt addenda. Cum autem huic affirmationi: omne animal iuſtum eſt: ea negatio ſit cõtraria quæ ſignificat nullũ animal eſſe iuſtum: patet has quidem nunq̃ eſſe ſimul ueras: oppoſitas autem his ueras ſimul nõnũq̃ eſſe: ut nõ oẽ animal eſt iuſtum. & eſt aliquod aĩal iuſtũ. at hæc: nullus eſt hõ iuſtus. ſequit̃ hanc: oĩs hõ nõ iuſtus eſt. hæc ẽt nõ oĩs hõ nõ iuſtus eſt: quæ quidem eſt illa oppoſita ſequitur illam: eſt aliqs hõ iuſtus. neceſſe eſt enim aliquẽ eẽ. Patet etiã in ſingularibus qdẽ: ſi ueꝝ eſt interrogatũ negare: affirmare ẽt uerũ eẽ: ueluti eſt ne ſocrates ſapiens: nõ ſocrates ergo nõ ſapiẽs eſt. In uniuerſalibus aũt/nõ eſt uera q̃ ſimi-

liter dicitur: ſed eſt negatio uera/ueluti: eſt ne oĩs hõ ſapiens: nõ. ergo omnis hõ non ſapiens eſt: hoc. n. eſt falſum: ſed illud eſt uerũ: ergo nõ oĩs hõ ſapiens eſt: atq; hæc q̃dem eſt ea quæ opponitur: illa uero eſt ea q̃ eſt cõtraria. uoces aũt ea quæ infinita ſunt noĩa uerbaq;: ſuntq; oppoſitæ uocibus hiſce quæ ſũt nomina atq; uerba: ut nõ hõ: nõ iuſtus & huiuſcemodi uoces ſine noĩe: uerboq; uidebunt̃ eſſe negationes at nõ ſunt: ſemp. n. neceſſe eſt negatiõem eẽ ueram uel falſam: at hiſce qui dixit/nõ hõ/nõ magis; q̃ is qui ꝓtulit homo: ſed minus potius ueꝝ uel falſum aliquid dixit: niſi quippiã ipſi addiderit. Hæc aũt/eſt omnis nõ hõ iuſtus: nihil idẽ quod nulla illaꝝ ſignificat: nec item ea quæ eſt ipſi oppoſita: non eſt inquã omnis non homo iuſtus. At hæc: omnis non homo nõ iuſtus eſt: idem quod illa ſignificat: nullus nõ homo iuſtus eſt. At enim nomina & uerba trãſpoſita idem ſignificãt: ueluti albus homo eſt. homo albus eſt: nam ſi ita non ſit eiuſdem affirmationis plures erũt negationes: ad demõſtratum eſt unam oppoſitam eſſe uni. huius enim/albus homo eſt: negatio eſt: albus homo non eſt. huius autem homo albus eſt: ſi non eſt idem quod iſta: albus homo eſt: aut hæc erit negatio: nõ homo albus nõ eſt: aut iſta: homo albus non eſt: at altera quidem negatio huius eſt: nõ homo albus eſt: altera uero negatio huius: albus homo eſt.

| | |
|---|---|
| Albus homo eſt | Albus homo non eſt |
| Homo albus eſt | Homo albus non eſt |
| Non homo albus eſt | Non homo albus non eſt |

Quare affirmatiõis unius duæ erũt negatiões. Patet igitur eandem affirmationem fieri negationemue/ſi nominis poſitio uerbiq; mutetur.

Vnum autem de multis: aut multa de uno: aut affirmare: aut negare: niſi ſit unum quippiam id quod ex pluribus illis ſignificatur: nõ ẽ affirmatio neq; negatio una. Atq; unũ dico nõ ſi nomẽ unum ſit poſitum: nõ ſit aũt quid unum ex illis: uel ut homo ẽ forſitan: & animal: & bipes: & mite: Atq; ex his etiam fit unũ quiddam: ex albo uero & homine/& ambulãte. nõ fit unum: ut patet. Qare neq; ſi unum quippiam/de hiſce quiſpiam affirmauerit: una erit affirmatio: ſed uox quidem una: plures aũt affirmationes. neq; rurſus econtra de uno dixerit hoc: ſed ſimiliter multæ. Quod ſi diſſerendi interrogatio reſpõſionis eſt poſtulatio: uel propoſitiõis uel cõtradictionis alterius partis. Propoſitio uero contradictiõis unius eſt pars: nõ erit ad hoc una profecto reſpõſio: neq; enim eſt ipſa interrogatio una & ſi eſt etiam uera. Sed de his eſt dictum in topicis. Patet etiã inſuper neq; quid eſt interrogatiõem eſſe diſſerendi: nam ut detur ex ĩterrogatiõe oportet ut eligat utram uelit ipſe contradictionis partem enunciare: ſed oportet interrogãtem: diſtinguendo interrogatiõem proferre hoc pacto. Vtrum hoc ſit homo: an non hoc. Cum autem eorum quæ ſeorſum prædicantur: alia compoſita prædicentur ut unum omnia prædicatum. Alia non prædicentur: quæ nam ſit differentia: de homine nãq; uere dicitur animal ſeorſum: & bipes ſeorſum: & hæc eadem ſimul & unum: & homo rurſus & album ſeorſum: & hæc eadem ſimul & unum: ſed nõ ſi quiſpiã ẽ ſutor: & bonus: ſutor dicẽdus eſt bonus: nam ſi quia uerum ẽ ſeorſum utrũq;: iõ & utrũq; ſimul uerum eſſe oporteat: multa ſequent̃ abſurda. De homine nãq; quopiam ueꝝ eſt dicere & ꝙ eſt homo: & ꝙ eſt ẽt albus. quare & totum: rurſus ſi album uerũ eſt dicere: & totum uere dicetur. quare erit homo albus albus/atq; hoc in infinitũ abibit. Et rurſus muſicus albus ambulãs: & hæc ſæpius cõiuncta dicentur: quorũ in infinitum



erit abitio. Præterea ſi ſocrates ſocrates dicit̃ atq; homo: ſocrates ſocrates homo dicet̃. Et ſi ipſe homo ſeorſum & bipes dicitur: & ſimul homo bipes dicetur. Patet igitur ſi q̃ſpiam ſimpliciter complexiones ipſas fieri dixerit multa abſurda inde emergere. ueꝝ dicendum eſt nunc: quonam ſint pacto ponendæ. Quæ igitur per accidẽs prædicatur aut de eodẽ/aut alterũ de altero ea nõ erunt unum: uelut homo & albus quidẽ & muſicus eſt: ſed nõ unum eſt albũ ipſum & muſicũ. accidunt enim ambo eidem: neq; ſi uere dicetur album muſicum eſſe: album muſicum unũ quid erit. album enim per accidens muſicum eſt: quare album muſicum erit quid unum. Quocirca neq; ſimon ſutor bonus dicetur ſimpliciter: ſed animal bipes: quippe cum non per accidens hæc de illo dicantur: præterea nec ſimul ea dicentur: quorum alterum alteri ineſt. Quapropter nec album ſæpius dicetur: neq; homo/homo animal eſt aut bipes. Inſunt enim hæc homini animal atq; bipes. At fit ut eadem uere coniunctim dicant̃: atq; ſeiunctim: nam aliquem hominem/hominem: aut aliquem album hoĩem/hominem atq; album dicere licet: non tamẽ ſemper: ſed cum in eo quod eſt adiũctum oppoſitoꝝ quippiam ineſt, ad quod ſequitur contradictio: cum nõ uere: ſed falſo dicetur: ut ſi mortuum hominẽ/hominem dixeris eſſe. cum uero non ineſt uere: an cum ineſt quidem/ſemper nõ uere. cũ uero non ineſt/nõ ſemper uere dicetur. ut homerus eſt aliquid/uelut poeta/eſt. Ne igit̃ Homerus/an dicendum non eſt: per accidens enim ipſum prædicatur eſt de homero: nam quia eſt poeta: ſed non per ſe de homero ipſum eſt prædicatur. Quare in quibus ꝑdicationibus/neq; contrarietas ineſt quod quidem facile diſcernetur: ſi pro nominibus rationes dicatur: in hiſce cõiunctim & ſeorſum uera prædicatio fiet. Id autem quod nõ eſt: non ex eo uere dicetur ens quippiã eſſe quia eſt opinabile. non ẽ enim ipſius opinio ipſum eſſe: ſed ipſum non eſſe.

## Particula quarta.

His autem determinatis/conſiderandum eſt deinceps. quomodo ſeſe habẽt affirmationes & negationes huiuſce generis: poſſibile eſt eſſe: non poſſibile eſt eſſe: contingens eſt eſſe: & non contingens eſt eſſe: & de impoſſibili ſimili modo/ac neceſſario. ſunt enim de ipſis dubitationes nonnullæ. Nã ſi complexionum/eæ inter ſeſe contradictoriæ opponuntur: quæ per eſſe diſponuntur atq; non eſſe. Huius enim hominem eſſe negatio eſt/hoc: hominem non eſſe: ſed non illud/non hominem eſſe. Et item huius hominem eſſe album/hoc eſt negatio: hominem album non eſſe: ſed non illud/hominem nõ album eſſe. Alioquin uere quiſpiam dixerit lignũ/hominem non album eſſe. cum de quolibet affirmatio ſit aut negatio uera. Et non ſolum in his ita fit: ſed in illis etiã in quibus eẽ non additur/idem facit id qđ ꝓ ipſo ſũmitur eſſe. nam huius homo ambulat/non eſt hæc negatio/non homo ambulat: ſed hæc/homo non ambulat: nihil enim refert hominẽ ambulare dicere: uel hominem ambulantẽ eẽ. Si hæc inquam ita ſunt: atq; ubiq; dictus modus ſeruat̃. huius etiã nimiꝝ affirmationis poſſibile eſt eſſe: hæc erit negatio/poſſibile non eẽ: ſed non illa/nõ poſſibile eſt eẽ. At idem uidetur & eſſe/& non eſſe poſſe. omne nãq; quod poſſibile eſt ſecari uel ambulare/poſſibile eſt & non ambulare & non ſecari. Atq; cauſa huius hæc eſt omne enim quod hoc pacto poſſibile eſt: non ſemper eſt actu. Quapropter ipſi cõpetet & ipſa negatio. Poteſt enim & non ambulare/quod ambulare poteſt: & non uideri/quod poteſt uideri. At fieri nequit ut enunciationes oppoſitæ de eodem ſint ueræ. non enim affirmationis huius poſſibile eſt eſſe: hæc eſt negatio/poſſibile eſt non eſſe. Fit enim ex his/ut aut idem de eodem affirmetur ſimul atq; negetur: aut nõ per eẽ atq;

nõ eſſe ea quæ adduntur affirmationes fieri negationeſue. Quod ſi illud fieri neqt: hoc erit utiq; expetendum. Huius igitur poſſibile eſt eſſe: hoc eſt negatio: non poſſibile eſt eſſe. ſed non illud poſſibile non eſt eſſe. Huius etiam: contingens eſt eſſe: hoc eſt negatio: nõ contingẽs eſt eſſe: eadẽ & de cæteris ratio/de impoſſibili inquam & neceſſario: nãq; ut in illis eſſe atq; non eſſe ſunt additiones: cætera uero res ſunt ſubiectæ: alia album: alia homo: ſic & in iſtis. eſſe quidem: atq; non eſſe fiunt ut ſubiecta. Poſſe uero & cætera additiones/diſtinguentes uerum & falſum in iis ipſis: perinde atq; in ipſis ipſum eſſe atq; non eſſe: facere ſolent. Huius autem poſſibile eſt non eſſe/negatio eſt/non illud non poſſibile eſt eẽ: ſed hoc/non poſſibile eſt non eſſe. Et huius poſſibile eſt eſſe: non hoc/poſſibile eſt nõ eſſe: ſed illud. nõ poſſibile eſt eſſe. Quapropter hæ poſſibile eſt eſſe: & poſſibile eſt nõ eſſe: ſeſe mutuo ſequi uident̃. Idem enim poſſibile eſt eſſe atq; non eſſe: nõ enim hæ poſſibile eſt eſſe/& poſſibile eſt nõ eſſe/contradictorie opponuntur: ſed iſte poſſibile eſt eſſe/& non poſſibile eſt eſſe: nũq̃ de eodem ſunt ſimul ueræ: oppoſitæ nãq; ſunt. Hæ quoq; poſſibile eſt non eſſe: & non poſſibile eſt non eẽ: nũq̃ de eodem ſunt ueræ. Similiter & huius affirmationis: neceſſe eſt eſſe: nõ hæc: neceſſe eſt non eſſe negatio eſt: ſed hæc non neceſſe eſt eſſe. Huius autem neceſſe eſt non eẽ: negatio eſt: non neceſſe eſt non eſſe: huius etiam impoſſibile eſt eſſe: non hæc. Impoſſibile eſt non eſſe: ſed illa non impoſſibile eſt eſſe negatio eſt: at illius impoſſibile ẽ nõ eſſe hæc ſane: non impoſſibile eſt non eſſe negatio eſt. Omnino aũt quemadmodum dictum eſt: eſſe quidem/ac nõ eſſe ponere oportet uti ſubiecta. Hæc autem ad ipſum adiungere atq; non eſſe/affirmationem faciendo negationemue. Atq; has oportet exiſtimare oppoſitas eſſe/poſſibile/non poſſibile: contingens: non contingens: impoſſibile/non impoſſibile: neceſſarium/non neceſſarium: uerum/non uerum. Conſequentiæ quoq; cum ratiõe fiunt: ſi hoc pacto ponantur: nam illam quidem poſſibile eſt eẽ: ſequitur hæc/contingens eſt eſſe: atq; cum illa conuertitur. Et item hæ: non impoſſibile eſt eſſe. & non neceſſe eſt eſſe. At has poſſibile eſt non eſſe; & contingens eſt non eſſe: hæ ſane ſequuntur: non impoſſibile eſt non eſſe. & non neceſſe eſt non eſſe. Illas etiam non poſſibile eſt eſſe/& non contingens eſt eſſe: hæ porro ſequuntur/impoſſibile eſt eſſe/& neceſſe eſt non eſſe. & illas inſuper non poſſibile eſt non eſſe/& nõ contingens ẽ non eſſe: hæ nimirum ſequuntur impoſſibile eſt non eſſe/& neceſſe ẽ eẽ. Atq; id quod dicitur ex hiſce quæ hic ordine ponũtur perſpi. iatur.

| | |
|---|---|
| Poſſibile eſt eſſe. | Contingens eſt eſſe. |
| Non impoſſibile eſt eſſe | Non neceſſe eſt eſſe. |
| Poſſibile eſt non eſſe | Contingens eſt non eſſe |
| Non impoſſibile eſt non eſſe | Non neceſſe eſt non eſſe |

| | |
|---|---|
| Non poſſibile eſt eſſe. | Non contingens eſt eſſe. |
| Impoſſibile eſt eſſe | Neceſſe eſt non eſſe |
| Non poſſibile eſt non eſſe | Non contingens eſt non eſſe |
| Impoſſibile eſt non eſſe | Neceſſe eſt eſſe |

Hæ igitur impoſſibile eſt eſſe: & nõ impoſſibile eſt eſſe: has cõtingens eſt eſſe: & poſſibile eſt eſſe: & non contingens eſt eſſe: & non poſſibile eſt eſſe: contradictorie quidem ſed uerſo modo/ſequuntur. Affirmatiõem enim poſſibilis: impoſſibile inquam/eſt eſſe negatio



negatio ſequitur impoſſibilis. negationem autem affirmatio. Hanc enim nõ poſſibile eſt eſſe/ſequitur hæc impoſſibile eſt eſſe: nam impoſſibile eſt eſſe affirmatio eſt: nõ impoſſibile aũt eſſe/negatio. At uidendum eſt quo modo ſeſe habent neceſſarii enunciationes. Atq; patet nõ eodem modo ſeſe habere: ſed contrarie quidem ſequunt̃. Contradictiones autem ſeorſum ſunt collocatæ. Huius enim neceſſe eſt non eſſe: non eſt hæc negatio: non neceſſe eſt eſſe: Fieri enim non poteſt ut de eodem ambæ ſint ueræ quod enim neceſſe eſt non eſſe: id non neceſſe eſt eſſe. Cauſa autẽ diſſimilitudinis huius hæc eſſe uidetur. Impoſſibile enim idem poteſt quod neceſſarium: cum contrario aſſignat̃ modo. quod enim impoſſibile eſt eſſe. Id nõ ſane neceſſe eſt eẽ: ſed neceſſe eſt non eſſe. & quod impoſſibile eſt non eſſe: id neceſſe eſt eſſe. Quaobre ſi illæ perinde ſeſe habent atq; poſſibilis & non poſſibilis: enunciationes eæ non eodem modo: ſed contrario modo ſeſe habebunt. Quippe cum neceſſarium ac impoſſibile non idem ſignificent: niſi uerſo modo fuerint aſſignata/quemadmodum diximus. At fieri nõ põt ut hoc pacto collocentur neceſſarii contradictiones. quod enim neceſſe eſt eſſe.. Id poſſibile eſt eſſe. nã ſi ita nõ ſit: ſequet̃ ſane negatio. quippe cũ neceſſe ſit affirmare/aut negare. Quare ſi non poſſibile ẽ eẽ: ĩpoſſibile eſt eẽ. impoſſibile ẽ igit̃ id eẽ: qđ neceſſe eſt eẽ: qđ qdẽ abſurdiſſimum eſſe conſtat. Atq; hanc poſſibile eſt eſſe: ſequit̃ hæc: non impoſſibile ẽ eẽ: at hanc ſequitur illa: non neceſſe eſt eſſe. quo fit ut quod neceſſe eſt eſſe: Id non neceſſe ſit eſſe: quod abſurdiſſimum eſt. At uero neq; hæc neceſſe eſt eſſe: neq; iſta neceſſe ẽ nõ eſſe: ſequitur illam poſſibile eſt eſſe: ei nanq; quod poſſibile eſt/ambo accidere poſſunt. utrauis autem iſtarum ſit uera: illa nõ erunt profecto uera. ſimul enim poſſibile eſt: & eẽ & non eſſe. Si uero neceſſe eſt eſſe: aut non eẽ: non erit poſſibile eſſe: atq; non eſſe. reſtat igitur ut hæc non neceſſe eſt nõ eſſe: hanc poſſibile eſt eſſe ſequatur. Hæc enim eſt uera profecto ſi de hac quoq; dicatur: neceſſe eſt eſſe. Hæc & contradictorie ei opponitur: quæ ſequitur illam: non poſſibile eſt eſſe. Illam nanq; ſequunt̃: hæc impoſſibile eſt eſſe & neceſſe eſt non eſſe. cuius negatio eſt hæc/non neceſſe eſt non eſſe. Sequũtur igitur & hæ contradictiones perinde atq; cæteræ. Atqui nullum prorſus abſurdum uidetur emergere ſi hoc pacto ponatur:

| | |
|---|---|
| Poſſibile eſt eſſe | Non poſſibile eſt eẽ. |
| Contingẽs eſt eẽ | Non contingens eſt eſſe |
| Non impoſſibile eſt eſſe | Impoſſibile eſt eſſe |
| Non neceſſe eſt non eſſe | Neceſſe eſt non eſſe |
| Poſſibile eſt non eſſe | Non poſſibile eſt non eſſe |
| Contingens eſt non eẽ | Non contingeus eſt non eẽ |
| Non impoſſibile eſt non eẽ | Impoſſibile eſt non eẽ |
| Non neceſſe eſt eẽ | Neceſſe eſt eẽ |

Ambiget autẽ quiſpiam ſi hanc neceſſe eſt eſſe illa poſſibile eſt eſſe ſequatur: nam ſi nõ ſequatur: ea ſane ſequet̃ quæ contradictorie illi opponitur: quæ quidẽ eſt non poſſibile ẽ eẽ: qđ ſi quiſpiam non hanc dixerit contradictorie oppoſitam illi eſſe: neceſſe eſt illũ hãc eſſe dicere: poſſibile eſt non eſſe: quarũ utraq; falſa eſt: ſi de hac dicatur ut patet neceſſe eſt eſſe: quare illa poſſibile eſt eſſe: ſequitur hanc neceſſe eſt eſſe. At uero idẽ rurſus uidetur eſſe poſſibile ſecari ac non ſecari: & eſſe atq; non eẽ. Ex quo fit ut id quod neceſſe

ceſſe eſt eſſe: ſit contingens non eſſe: quod quidem eſt falſum. Patet igitur nõ omne qđ poſſibile eſt: uel eſſe: uel ambulare: illa ẽt oppoſita poſſe. Sed eſſe nõnulla in quibus illud nõ eſſe ueꝝ uideť: ut in hiſce quæ ſine ratione pñt. quo pacto ignis calefacere põt & potentiã habet rationis expertem: potentiæ igiť eæ quæ ſunt participes rõnis/eædem plurium ſunt & contrarioꝝ. at eæ quæ ſunt rationis expertes non oẽs: ſed ignis ut dictum eſt/non põt non calefacere atq; calefacere: neq; cætera oĩa quæ ſemper ſunt actu. Aliqua tñ eorum quæ potentias habẽt rationis expertes/ſimul oppoſita ſuſcipere poſſunt. Verum hoc quidem huiuſce gratia dictum eſt: ut oſtendamus non omnẽ potentiam oppoſitorum eſſe: nec omnis eas quæ ſub eadem ſpecie collocantur: nõ nullæ autem potentiæ æquiuoce ſunt. Poſſibile enim nõ ſimpliciter dicitur: ſed aliud quidẽ ob hoc dicitur quia uerum eſt: propterea ꝙ actu eſt: ueluti poſſibile eſt quempiam ambulare quia ambulat: & omnino poſſibile eſt eſſe: quia iam ideſt actu quod dr̃ poſſe. Aliud aũt ex eo quia fuerit actu: ut poſſibile eſt quẽpiam ambulare: propterea ꝙ ambulauerit. Et hæc quidem potentia in his eſt ſolum quæ mobilia ſunt. Illa uero & in iis eſt q̃ immobilia ſunt. Atq; hoꝝ utrunq;: & id inquam quod iã ambulat/ac agit/uel eſt: & id quod ambulandi/uel eſſendi quidẽ potentiam habet: ſed nõdum ambulat aut eſt uere dicere licet: poſſibile eſſe ambulare aut etiam eſſe. Quæ cum ita ſint: idque quod hoc modo poſſibile eſt non uere dicere ſimpliciter de neceſſario poſſumus. Alterum autem uere dicere licet. Quare cum ad particulare ſequatur uniuerſale: ad id quod neceſſario eſt: ſequitur hoc profecto/poſſibile eſt eſſe: non omne tamen/ut patet atq; forſitan hæc neceſſe eſt & non neceſſe eſt: aut eſſe: aut non eſſe omnium principium ſunt. Et cæteras ad has ſequentes conſidearre oportet.

| | |
|---|---|
| Neceſſe eſt eſſe | Non neceſſe eſt eſſe |
| Non poſſibile eſt non eſſe | Poſſibile eſt non eſſe |
| Non contingens eſt non eſſe | Contingens eſt non eſſe |
| Impoſſibile eſt non eſſe | Non impoſſibile eſt non eſſe |
| Neceſſe eſt non eſſe | Non neceſſe eſt non eſſe |
| Non poſſibile eſt eſſe | Poſſibile eſt eſſe |
| Non contingens eſt eſſe | Contingens eſt eſſe |
| Impoſſibile eſt eſſe | Non impoſſibile eſt eſſe |

Patet autem ex his quæ diximus: id quod eſſe neceſſario eſt etiam actu. Quare ſi perpetua ſunt priora: actus etiam eſt potentia prior atq; eorum quæ ſunt. alia quidem actus ſunt/ſine potentia: quales ſunt ipſæ ſubſtantiæ primæ. alia uero cum potentia actus/qui natura quidem priora ſunt: tempore uero poſteriora ſunt: inſuper & quæ nunquam ſunt actus ſed potentiæ tantum.

Particula quinta.

CVm aũt affirmationi negatio: ac affirmatio aduerſentur: nam huic omnis homo iuſtus eſt: hæ/nullus homo iuſtus eſt: & oĩs homo iniuſtus eſt/aduerſantur: & itẽ huic/callias iuſtus eſt: hæ callias iuſtus nõ eſt: & callias iniuſtus eſt: conſideremus oportet utra iſtaꝝ ſit illi contraria. Atque cum ea quæ ſunt in uoce/ſequantur ea/quæ ſunt in mente. Si illic opinio contrarii/ſit contraria: ut opinio quæ dicit/omnis homo eſt iuſtus: huic opinioni: omnis homo iniuſtus eſt: neceſſe



eſt: neceſſe eſt rem ſimiliter ſeſe habere: & in affirmationibus hiſce q̃ in uoce conſiſtũt. Sin uero contrarii opinio non ſit ibi contraria: nec affirmatio affirmationi: ſed dicta negatio contraria eſt. quare conſiderandum eſt qualis nam opinio falſa opinioni uere cõtraria ſit: utrum affirmationis opinio an ea quæ cõtrarium opinatur. Dico autem hoc pacto. eſt una opinio uera de bono: bonum eſſe: alia uero falſa de eodem/bonum non eſſe. Et inſuper alia: malũ eſſe. harum igitur duarum/utra ſit cõtraria ueræ. & ſi ſit una/utra ſit ipſa contraria. Exiſtimare itaque contrarias opiniones ex eo definitas eſſe: quia ſunt contrariorum falſum profecto eſt: nam opinio qua quiſpiam opinatur bonum eſſe bonum. Et opinio qua malum opinatur eſſe malum, Eadem eſt fortaſſe ac uera: ſiue plures ſint: ſiue una. Contrariæ uero ſunt hæ. At non ex eo quia contrariorum ſunt: ſed ex eo potius/quia contrario modo ſe habent.

Bonum bonum eſt
Bonum bonum non eſt

| | |
|---|---|
| Bonum malum eſt | Bonum expetendum non eſt |
| Bonum fugiendum eſt | Bonum perſequendum non eſt |

Quod ſi ſit opinio de bono ipm̃ bonum eſſe. alia uero ipſum bonum non eſſe. Et itẽ alia quæ bono tribuit id quod ipſi nõ competit: neq; competere poteſt. cæterarum quidem nulla eſt ponenda contraria. nec earum quibus competere/quod non ineſt. nec earum quibus non ineſſe: quod competit creditur: nam infinitæ ſunt ambæ: & quibus cõpetere quod non ineſt: & quibus non competere quod ineſt exiſtimatur: ſed illæ ſunt ponendæ/in quibus ineſt ipſa deceptio. Hæ autẽ ſunt illæ ex quibus generationes proficiſcuntur: quapropter & deceptiones ex ipſis proficiſcuntur.

| Vera per ſe | Falſa per ſe |
|---|---|
| Bonum bonum eſt | Bonum bonum non eſt |
| Bonum malum eſt | Bonum malum non eſt |
| Falſa per accidens | Vera per accidens. |

Quod ſi bonũ & bonũ eſt & non malũ: & alteꝝ quidem per ſe: Alteꝝ uero per accidens cõpetit. Accidit. n. ipſi nõ malũ eſſe: atq; ea uniuſcuiuſq; opinio uera eſt magis: q̃ eſt ꝑ ſe: & itẽ falſa magis q̃ eſt per ſe. Quippe cũ & ea uera ſit magis q̃ conditionẽ hanc ſubit & horũ utraq; falſa eſt: & ea inquã quæ bonũ: bonũ non eſſe: & ea q̃ bonum malũ aſſerit eſſe. Illa quidẽ reſpectu ueræ ꝑ ſe. hæc uero reſpectu ueræ ꝑ accidens. Magis erit ea opinio falſa profecto: quæ eſt negatio boni: q̃ ea quæ ẽ cõtrarii affirmatio. Atq; is circa unumquodq; maxime opinatur falſo. qui cõtrariã habet opinionem. Cõtraria nãq; circa idẽ genus plurimum differunt. Si igitur haꝝ opinionum contraria quidem eſt: & ea quæ eſt contrarii. magis autem eſt ea contraria/quæ eſt negationis: patet hãc porro ſine controuerſia contrariam eſſe.

Bonum bonum eſt

Bonum non bonum eſt — Bonum malum eſt

Simplex opinio — Conuexa

Præterea quæ bonum malum aſſerit eſſe connexa eſt. Etenim neceſſe eſt forſitan eandem bonum non eē bonum putare. Præterea ſi in cæteris etiā rem ſimiliter ſeſe habere oporteat & hoc pacto uidebitur de hiſce dictū bene fuiſſe. Aut enim aſſit ubiq; contradictionis oppoſitio: aut nuſquā oportet. Quibus autem non ſunt contraria ea: de his eſt falſa quæ opponitur ueræ. Nam qui hominem hominem non eſſe putat. Is falſo nimirum opinatur. Si igitur hæ contrariæ ſunt & in cæteris: ſimili modo contrariæ erūt eæ quæ ſunt opiniones contradictoriæ.

| | |
|---|---|
| Bonum bonum eſt | Bonum bonum non eſt |
| Non bonum bonum eſt | Non bonum bonum non eſt |
| Non bonum malum eſt | Non bonum malum non eſt |

PRæterea opiniones hæ quarum altera quidem bonum bonum eſſe: altera uero non bonum aſſerit bonum non eſſe. Similiter ſeſe habent. Et inſuper hæ quarum altera bonum bonum non eſſe: altera nō bonum bonum aſſerit eſſe. Ei igitur quæ dicit non bonum bonum non eſſe: quæ quidem eſt ut patet uera opinio quæ nam erit contraria. non enim ea quæ non bonum malum aſſerit eſſe: hæc erit nōnunq̄ ſimul cum illa uera. nunq̄ autem fit ut uera ueræ contraria ſit: Etenmi eſt quippiam non bonum/malum. Quare fit ut iſtæ ſint ſimul ueræ: nec itē ea quæ non bonum dicit nō eſſe malum. Eſt enim & ipſa uera: nam erit nonnunq̄ & iſta ſimul. Reſtat igitur ei quæ dicit non bonum nō eſſe bonū: contrariam eam eſſe quæ non bonum bonum aſſerit eſſe. Hæc enim eſt falſa. quo fit ut ea ēt quæ bonum bonum non eſſe dicit ſit ei contraria: quæ bonum bonum aſſerit eſſe. At qui perſpicuum eſt nihil intereſſe: & ſi affirmationem ipſam ponamus uniuerſalem: nam uniuerſalis negatio contraria erit ſane. Opinioni enim quæ omnino quod eſt bonum bonum eſſe dicit/ea eſt contraria quæ nihil bonorum bonum aſſerit eſſe. Ea namq; opinio qua bonū bonum exiſtimatur/ſi uniuerſaliter bonum ſumatur/eadem eſt atque concurrit. Cum ea quæ quicquid eſt bonum bonum aſſerit eſſe. Nam autem nihil ab ea differt: quæ omne quod eſt bonum/bonum eſſe exiſtimatur ſimilis eſt & de non bono ratio. Quæ cum ita ſint ſi in opinione res ite ſeſe habet/quēadmodum diximus: affirmationes autem neq; negationes ſigna ſunt eorum quæ ſunt in anima: patet & affirmationi contrariā quidem negationē eam eſſe/q̄ eſt uniuerſaliter de eodē ut huic: oē bonū ē bonū. Aut oīs homo eſt bonus: hanc nullū bonū eſt bonū aut nullus hō eſt bonus: contradictoriæ uero oppoſitam hanc/nō omne bonum eſt bonum: aut non omnis homo eſt bonus. Patet etiam fieri nō poſſe: quo uere ſit cōtraria uera/aut opinio aut oratio ulla. Nam cōtrariæ ſunt circa oppoſita: ut idem uere opinetur atq; enunciet. Fieri.n. nō poteſt ut eidem contraria ſimul inſunt.

Perihermenias Liber explicit fœliciter.





## Ariſtotelis liber Priorum incipit.

PRima dicere oportet circa qd/& cuiuſnam ſit hæc præſens cōſideratio. Atq; eſt circa demonſtrationē: & eſt ſcientiæ demōſtrādi. deinde definire qd ſit ꝓpoſitio: qd terminus: qd ratiocinatio. & quæ nā ſit perfecta: & quæ imperfecta. poſtea uero quid ſit in toto: aut eſſe: aut non eſſe. & qd intelligimus cum de omni: uel nullo quippiā dicimus prædicari.

Eſt itaq; ꝓpoſitio oratio affirmatiua/uel negatiua/de quopiā alicuius. Hæc autem oratio aut uniuerſalis eſt: aut particularis: aut indefinita. Atq; uniuerſalem dico cum quippiam omni, uel nulli cuipiam competere dicitur. Particularem autem cum alicui ineſſe uel cuipiam non competere: aut non omni ineſſe aſſeritur. Indefinitam cum competere/aut non competere/ſine uniuerſali/aut particulari dicitur ſigno: quale eſt contrariorum unam ſcientiam eſſe: aut uoluptatem non eſſe bonum. A differendi autem propoſitione demonſtratiua propoſitio differt: nam hæc quidem partis alterius eſt acceptio contradictionis: qui nanq; demonſtrat non interrogat: ſed ſumit. Differendi uero propoſitio/interrogatio eſt contradictionis. Atq; nihil utiq; refert ad utriuſq; ratiocinationē conficiendā. Nam & hiſce qui demonſtrat: & is ēt qui interrogat ſumpto quippiam ineſſe: aut non eſſe cuipiam ratiocinatur. Quare ratiocinandi quidē ꝓpoſitio ſimpliciter eſt affirmatio de quopiā alicuius: aut negatio: quēadmodū diximus. Demōſtrādi aūt ſi uera & ꝑ primas ſumpta ſit ſuppoſitiones. At differēdi ꝓpoſitio: interroganti quidē contradictionis eſt interrogatio. Ratiocinanti uero eius eſt acceptio qđ uериſimile ꝓbabileq; eſſe uidet: ut eſt in topicis dictum. Quid igitur ſit ꝓpoſitio/& quo nā differat ratiocinādi: & demonſtrādi: differendiq; ꝓpoſitio diligentius quidē exactiuſq; poſterius explicabitur: nunc uero pro uſu præſenti ſatis eſt a nobis determinatum.

Terminum autem eum appello in quē reſoluitur ꝓpoſitio: ut prædicatum & id de quo prædicatur: ipſo eſſe aut non eſſe addito uel diuiſo.

Ratiocinatio eſt oratio: in qua quibuſdam poſitis: aliud quippiam ab his quæ poſita ſunt cum hæc ipſa ſint neceſſario euenit. Atq; per illud cum hæc ipſa ſint: ob hæc euenire dico: per hoc aūt intelligo nullo foris inſuper eſſe termino ut neceſſariū fiat. Perfectam igitur eam ratiocinationem appello: quæ nullius indiget rei: præter ea quæ ſūpta ſunt: ut ipſum neceſſario uideatur. Imperfectam autem eam: quæ unius uel plurium indiget: quæ neceſſaria quidem ſunt per terminos ipſos ſubiectos. non tamen ſunt ſumpta per propoſitiones.

In toto autem quopiam eſſe quippiam: & de omni quopiam quippiam prædicari: idem ſignificat. atq; tum de omni dicimus quippiam prædicari: cum nihil poteſt ſubiecti ſumi: de quo alterum non dicetur: idem itelligendum eſt & cum de nullo dicimus quippiam prædicari.

Cum autem omnis propoſitio ſit eſſendi: aut neceſſario eſſendi: aut cōtingenter eſſendi. Et in unaquaq; appellatione: aliæ ſint affirmatiuæ: aliæ negatiuæ. Atq; horū rurſus/aliæ ſint uniuerſales: aliæ particulares: aliæ indefinitæ. Vniuerſalem quidem negatiuam propoſitionem eſſendi neceſſe eſt uniuerſaliter terminis ipſis conuerti. Veluti ſi nulla uoluptas eſt bonum nullum/etiam bonum erit uoluptas. Affirmatiuam aūt conuerti quidem neceſſe eſt; non tamen uniuerſaliter/ſed in parte/ut ſi omnis uoluptas eſt bonum: & bonum aliquod erit uoluptas. At particularium affirmatiuam qui-

dem in parte conuerti neceſſe eſt: nam ſi aliqua uoluptas eſt bonum & aliquodbonum erit uoluptas: negatiuam autem non neceſſe eſt eodem modo conuerti: non eni ſi hō non omni cōpetit animali: & animal nō omni homini cōpetit. Sit itaq; uniuerſalis negatiua propoſitio A B. Si igitur A/nulli cōpetit eorum quæ ſunt. b. &. b. profecto/nulli competet eorum quæ ſunt A: nam ſi alicui competet: atq; ſit illud C. non erit illud profecto uerum: A/nulli competere: nam C aliquid eſt eorum quæ ſunt B: ut luce clarius extat.




Si autem A/cōpetit omni B: & B/ nimirū alicui competet A: Nam ſi nulli competet: & A/profecto nulli competet B: At omni ſupponebatur competere.




Similis conuerſio fiet & ſi pticularis affirmatiua ſit ꝓpoſitio: nam ſi A/cōpetit alicui B: &. B/ neceſſe ē cuipiam cōpetat A/ Nam ſi nulli cōpetat: & A/ pfecto nulli cōpetet. b. at alicui ſupponebat᷑ cōpetere.




Si autem A/alicui non competit B: non neceſſe eſt & B/alicui non competere. A. ut ſit B/quidem animal: A/uero ſit homo. Homo nāq; non omni competit animali ut aīal homini competit omni.






Ita res ſeſe habebit & in propoſitionibus neceſſariis. Nam uniuerſalis quidē negatiua uniuerſaliter: affirmationum autem utraq; particulariter ſane cōuertitur. Eteni ſi neceſſe eſt A/nulli cōpetere B: neceſſe eſt & B/nulli competere A. nam ſi cōtingit ut alicui cōpetat: cōtinget etiam ut A/competat alicui B.




Sin uero A/ neceſſario uel omni uel alicui competat B: & B/ neceſſe eſt cuipiam competere A. Nam ſi non neceſſario competat cuipiam: nec A/ pfecto cuipiam B/neceſſario competet.




Particularis autem negatiua non cōuertitur ob eam cauſam quam antea diximus.

At in contingentibus/cum multipliciter dicatur contingere: neceſſarium enim: & non neceſſarium: & poſſibile cōtingere dicimus: affirmatiuæ quidē in uniuerſis ſimiliter conuertētur. Nā ſi A/uel omni contingit: uel alicui competere B: & B/profecto alicui contingit competere A. Quod ſi nulli: & A/contingit nulli cōpetere b. Hoc enim antea demonſtrauimus.




Negatiuæ uero/non eodem mō ſeſe habebunt: ſed in hiſce quæ contingere dicimus: ex eo quia neceſſario non cōpetunt: aut non neceſſario competunt: proinde ſeſe habebunt ac prius: ueluti ſi quiſpiam dixerit contingere hominem equum non eſſe: aut album/tunicæ nulli ineſſe. Horum enim alterum neceſſario non competit: alterum nō neceſſario ineſt. Atq; propoſitio ſimiliter ſane conuertitur: nam ſi contingit equū nulli competere homini: & hominem contingit nulli competere equo. Et ſi album contingit nulli competere tunicæ: & tunica cōtingit nulli competere albo. Quod ſi alicui neceſſario cōpetit: & albū alicui tūicæ neceſſario cōpetet. Hoc. n. antea demōſtrauimus.




Neceſſario non competit




Non neceſſario competit

Similiter ſeſe habet & negatiua particularis/in his autem quæ ex eo dicuntur continge re quia plærunq; fiunt: ac aptitudinem habent: quo quidem pacto contingens cõſueuimus diffinire: non ſimiliter in conuerſione ſeſe habebunt: ſed uniuerſalis quidem non conuertitur: particularis autem conuertetur. Atq; hoc in ſequẽtibus patebit: cum de ipſo contingente dicemus. nũc hoc tantum inſuper pateat nobis has propoſitiões: contingit nulli aut cuidam non competere/ affirmatiuam habere figuram. Contingit enim perinde diſponitur atq; ipſum eſt: Eſt autem ipſum in quibus inſuper prædicat affirmationem ſemper omninoq; facit: ut eſt non bonum: eſt non album: aut ſimpliciter: eſt non hoc: oſtendetur autem & hoc ipſum: per ea quæ deinceps dicentur: in conuerſionibus autem perinde ſeſe habebunt ut cæteræ.

Hiſce determinatis dicendum iam eſſe uidetur per quæ/& quãdo/aut quo nam modo omnis ratiocinatio fiat: poſtea uero de demonſtratione dicemus: nam prius de rõcinatione: q̃ de demonſtratione dicendum eſſe uidetur: quippe cum uniuerſale magis ſit ratiocinatio: demonſtratio nanq; ratiocinatio quædam eſt: at non omnis ratiocinatio demonſtratio eſt.

## De prima ratiocinationis figura.

CVm igitur tres termini ſic inter ſeſe habent: ut ultimus quidem in toto ſit medio: medius aũt in toto primo ſit/aut non ſit: neceſſe eſt tum extremorum ratiocinationem eſſe perfectam. Atq; medium quidem id dico quod in alio eſt: & in quo aliud eſt. Hoc & ipſa ſane poſitione medium fit. Extrema autem ea quorum alterum eſt in alio: alterũ in quo aliud eſt.

Nam ſi A/de omni b. & b/de omni C/dicitur. neceſſe eſt A/de omni C/prædicari. Dictum eſt enim prius quo modo prædicari de omni dicitur.

Pari quoq; ratiõe ſi A/quidem de nullo b/dicitur. b uero de omni C/prædicatur. A/profecto nulli competet C.









Verum ſi primum quidem/ipſi medio competat omni: medium autem nulli extremo inſit: ratiocinatio extremorum profecto non erit: nullum enim cum hæc ſint efficitur neceſſarium. Etenim fit ut primum omni cõpetat extremo ac nulli. quare neq; particulare neq; uniuerſale neceſſarium fit. cum uero nullum eueniat neceſſarium: nulla p hæc erit ratiocinatio ſane. Atq; termini quidem eſſendi ſint hi: animal: homo: equus: non eſſendi ſumantur: animal: homo: lapis.






At neq; tum erit utiq; ratiocinatio cum neq; primum ipſi medio : neq; mediũ competit ulli. Termini eſſendi: Scientia: Linea: Medicina. Non eſſendi: ſcientia: linea: unitas ſumatur.

Scientia Linea Medicina Scientia Linea Vnitas







Patet igitur ſi uniuerſales ſumantur/hac in figura/termini quãdo erit ratiocinatio: & quando non erit. Et item ſi ratiocinatio eſt: neceſſario terminos ita ſeſe habere quẽadmodum diximus. Et ſi termini ita ſeſe habent uti diximus: continuo ratiocinatiõem conſtare.

At ſi terminorum alter ſit uniuerſalis: alter particularis ad alterum: quando uniuerſale quidem uerſus maius extremum collocatur: aut negatiuum: aut affirmatiuum: pticulare aũt uerſus extremum ponitur minus: neceſſe eſt tunc ratiocinationem eſſe pfectam: quando uero uniuerſale uerſus extremum ponitur minus: aut aliter termini q̃ diximus diſponuntur: fieri non poteſt/ut ratiocinatio cõſtet. Atq; maius extremũ id uocito in quo medium ipſum eſt. Minus autem/id quod ſub medio collocatur. nã A/quidem omni b/competit: B/autem inſit alicui C. ſi igitur id eſt de quolibet prædicari quod in principio diximus: neceſſe eſt A/cuipiam competere C.

Rurſus ſi A/quidem nulli b/competit. b/uero cuipiam inſit C. neceſſe eſt A. cuipiã C/non ineſſe: nam definitum eſt etiam quo modo de nullo dicimus quippiam prædicari. Quare ratiocinatio erit perfecta.

Animal Homo Animatum Particeps rõnis Exps rõnis Animal









Item eueniet ſemper & ſi indefinitum b/C/ſumatur: ſit modo affirmatiuum: nã eadem erit ratiocinatio ſemper: ſiue indefinitum: ſiue particulare ſumatur: ſ; ſi uerſus extremum minus uniuerſale poſitum fuerit affirmatiuum uel negatiuũ: ratiocinatio pfecto non erit: ſiue affirmatiuum ſiue negatiuum ipſum particulare aut indefinitũ ſumatur: ueluti ſi/A quidem cuipiã inſit/aut nõ inſit b/ipſum autem B/competat omni C. termini eſſendi: Bonum: Habitus: atq; Prudentia. Non eſſendi: Bonum: Habitus: in ſcientiaq; ſumãtur.

Bonum Habitus Prudentia Bonum Habitus Scientia







Rurſus ſi b/quidem nulli C/competat. A/uero cuipiam inſit/ aut nõ inſit: aut non omni competat b: nulla prorſus hoc etiam pacto ratiocinatio erit. Termini eſſendi Album: equus: ac olor: non eſſendi Album: equus: coruuſq; ſumantur. Idem ſint termini: & ſi idem A/b/indefinitum ſumatur.

Album Equus Olor Album Equus Coruus







Atqui neq; cum id quidem interuallum/quod eſt uerſus maius extremum uniuerſale eſt aut negatiuum: aut affirmatiuum. Id autem quod eſt uerſus minus extremũ negatiuũ eſt: particulare: aut indefinitum ratiocinatio ſane cõſtabit. Ceu ſi A/quidẽ omni competat b. ipſum autem b/cuipiam non inſit aut non competat C: cui nanq; medium cuipiam non ineſt: ei nimirum & omni & nulli competet primum. Subiiciantur enim hii termini: animal: homo: album. Deinde ſumantur alba/de quibus homo non prædicatur: Nix inquam: & olor. Animal igitur de altero quidem dicitur omni: de altero uero nullo prædicatur ut patet, quare ratiocinatio ſane non erit.







Rurſus A.quidem nulli b/competat.b/uero cuipiã nõ inſit c.atq; termini ſint inanimatũ:homo:ac album.deinde ſumãť alba de qbus hõ non prædicať nix atq; olor. Inanimatũ igiť de altero quidem dicitur omni:de altero uero nullo prædicatur:ut patet.







Præterea cũ hoc ĩfinitũ ſit:B/inquã cuipiã C/ nõ ineſſe:uerũq; ſit/& ſi nulli cõpetat: & ſi nõ oĩ inſit:ex eo qa alicui cõpetit:ſumptis eiuſmodi terminis:ut b/ nulli cõpetat c. rõcinatio ſane nõ fit. Hoc.n.antea dictũ ẽ.Patet igiť ſi ita ſeſe hẽant termini ñ fieri rõcinationẽ:nã ſi eẽt & ĩ iis eẽt ꝑfecto.Siľter demõſtrabiť & ſi uniuerſale negatiuũ ponať.









At uero nullo pacto etiam ratiocinatio fuerit:ſi utraq; interualla particularia/aut affirmatiua/aut negatiua/aut alterum affirmatiuum/aut alterum negatiuum / aut alterum indefinitum/alterum definitum:aut utraq; indefinita fuerint ſumpta:termini autem cõmunes omnium:eſſendi quidem animal:Album:equus.Non eſſendi autẽ:animal:album:lapiſq; ſumatur.













Patet igiť ex hiſce que diximus:ſi in hac figura particularis ſit ratiocinatio: ita neceſſario diſpoſitos eſſe terminos uti diximus. Et ſi ita ſeſe habeant termini : neceſſario fieri ratiocinationem:nam ſi aliter ſeſe habeant/nullo pacto fit ratiocinatio:patet etiã uniuerſas ratiocinationes huiuſcæ figuræ perfectas eſſe. Omnes enim per ea quæ in initio ſunt ſumpta/perficiuntur.perſpicuum inſuper eſt omnia quæ proponuntur: per hanc oſtendi figuram:quippe cum/& omni/& nulli/& alicui/atq; non omni/quippiã competere per hanc ut patuit/oſtendatur.appello autem talem figuram primam.

De ſecunda ratiocinationis figura.

CVm aũt idem alteri quidẽ oĩ:alteri uero nulli: uel utriq; oĩ/uel nulli cõpetit:talẽ quidẽ figurã appello ſecũdã.Atq; mediũ quidem id in ĩpa dico/ qđ te utriſq; diciť:extrema aũt ea de quibus hoc prædicatur:maius item extremum id nuncupo/quod ꝓpe medium collocatur minus aũt id qđ remotius a medio ponitur:atq; ipſum medium extra quidẽ extrema poniť. Eſt tñ primum

poſitione. Atq; ꝑfecta quidē ratiocinatio nō erit hac in figura. erit tñ potentia terminis tā uniuerſalibus q̄ nō uniuerſalibus ſumptis. Si igitur uniuerſales ſint termini: atq; medium ipſum alteri quidē omni: alteri aūt nulli competat: erit ratiocinatio ſane: ſiue uerſus maius ſiue minus extremum poſitum fuerit negatiuum: alio aūt modo fore nō poteſt. Nam L/de nullo quidem M: de omni uero n/prædicetur. Cum igitur negatiuum ſimpliciter conuertatur. M/ipſum profecto nulli competet l: at l/omni n/ineſſe ſupponebatur. Quare m/nulli profecto competet n/hoc enim prius eſt demonſtratum.

Rurſus ſi l/omni quidem competat M: nulli aūt inſit n. ipm ēt M/nulli ꝑfecto cōpetet n/nam ſi L nulli competit n: & n/ēt nulli cōpetet l: at l/omni M/ ineſſe ſupponebat': Quare n/nulli cōpetet m. rurſus enī prima figura eſt facta. Sed cū negatiuū ſimpliciter conuertatur: m/etiam nulli competet n. quare erit eadem ratiocinatio ſane.







Licet ēt hos modos oſtēdere deducendo ad id quod fieri minime poteſt.







Patet igit' cum ita ſeſe habent termini/ fieri quidem ratiocinationem: ſed non perfectam: non. n. ſolum ex hiſce quæ initio ſumpta ſunt: ſed ex aliis etiam ipſum efficit' neceſſariū: ut luce clarius extat. At ſi ipſum L/de quolibet m: atq; n/prædicetur: rōcinatio ſane non erit. termini eſſendi: ſubſtantia: animal: homo non eſſendi: ſubſtātia: animal: lapiſq;: ſumatur: atq; ſubſtantia in medio collocetur.









Neq; enim ratiocinatio porro conſtabit: ſi L/de nullo M: & de nullo N/prædicet': termini eſſendi: linea: animal: homo: non eſſendi: linea: animal lapiſq;/ ſumantur: atq; linea medium occupet locum.







Patet igit'/ſi in hac figura ſit ex uniuerſalibus terminis rōcinatio: neceſſariū eē ſic ſeſe habere terminos/ut in pricipio diximus: nā ſi alio diſponant' pacto nō efficit'/ut patuit neceſſariū. Sin uero mediū ipm ad alteꝝ extremoꝝ ſumat' uniuerſaliter: cū uerſus qdē maius extremum ipſum collocat'/uniuerſale/aut negatiuū/aut affirmatiuū: uerſus āt minus pticulare/atq; oppoſito mō ſumit' neceſſe ē tū rōcinationē negatiuū particularē q; ſtare. Dico aūt oppoſito mō/hoc pacto: ut ſi uniuerſale ſit negatiuū: pticulare ſumatur affirmatiuū: & ſi affirmatiuū ſit illud: pticulare negatiuū ſumat'. nam ſi L/nulli qdem M/alicui uero cōpetat n: neceſſe ē ipſum M/nō omni cōpetere n. nā cū negatiuū ut diximus conuertat': M/ſane nulli cōpetet L: at ipſum l/cuipiā n/ īeſſe ſupponebat': quare m/non omni competet n. fit enim ratiocinatio per figuram primam ut patet.

Rurſus ſi l/omni quidē M. inſit: alicui quidē nō competat n/neceſſe eſt M/cuipiam n/non ineſſe: nam ſi omni competat: & l/prædicabitur de omni M: neceſſe eſt l/ipſum omni competere n: At alicui non ineſſe ſupponebatur.







Atſi L/omni q̃dẽ N/cõpetat:nõ omni aũt inſit M/nõ erit rõcinatio ſane. atq; termi niq̃dẽ eſſendi/aĩal/ſubſtantia/coruus:non eſſendi uero:aĩal/albũ/coruuſq; ſumãtur.







Nec item ſi L/de nullo quidem n/de aliquo uero M/prædicetur. termini eſſendi animal ſubſtantia/unitas: non eſſendi/animal/ſubſtantia/ſcientiaq; ſumantur.







Cũ igitur



Cum igitur uniuerſale ac particulare oppoſito ſumuntur modo:dictum eſt/quando erit ratiocinatio/& quando non erit ratiocinatio.

Cum aũt propoſitiones qualitatis eiuſdẽ aut negatiuæ ambæ aut affirmatiuæ ſumũtur:nullo pacto ratiocinatio fieri poteſt. Sin enim primo negatiuæ ambæ:atq; uniuerſale uerſus extremũ maius ponatur:ceu L/nulli quidẽ M/competat:alicui uero nõ inſit n. Fit igit̃ ut M/oĩ atq; nulli cõpetat n. termini ñ eſſendi/nigrũ/nix/ animal/ſumãt̃.

Termini aũt eſſendi ſumi non poſſunt ſi L/cuipiam quidem inſit: cuipiam uero nõ competat N:nam ſi M/quidem omni cõpetat N:ipſum ãt L/nulli cõpetat M: ipſum L/profecto nulli competet n: At alicui ineſſe ſupponebatur.







Hoc igitur pacto fieri neq̃t/ut termini eſſendi ſumant̃:ſed ex infinito eſt oſtendendũ:nã cũ uer̃ ſit L/cuipiã nõ cõpetere n:ſi nulli ẽt inſit/atq; cũ nulli cõpetit/rõcinatio fieri neq̃at:ut antea patuit:perſpicuũ eſt neq; nũc rõcinationem conſtare poſſe.

Rurſus ſint ambæ poſitiones affirmatiuæ & uniuerſale ſimiliter collocentur: ueluti L/omni quidẽ M: Alicui uero competat n:fit igitur/ut M: & omni & nulli competat N. atq; termini non eſſendi album olor lapiſq; ſint.







e

Eſſendi uero ſumi non poſſunt ob eandē cauſam quā paulo ante diximus.







Sed ex infinito eſt oſtendendum.

At ſi uniuerſale uerſus extremū minus ponatur: atq; L/nulli quidē N: nō oī autem inſit M. fit ut ipſum M: & omni nulli cōpetat N. termini eſſendi album/animal/coruus: non eſſendi album/lapis/coruuſq; ſu mantur.







Sin uero ambæ propoſitiones affirmatiuæ ſumātur: fit ſane ſimiliter: ut ipſum M/ & omni & nulli cōpetat N. termini non eſſendi: Album/animal/nix: eſſendi albū animal olorq; ſumatur.

Album

Album









Patet ig:t̄ nullo pacto fieri rōcinationē: ſi ꝓpoſitiōes ſint uniformes: atq; altera uniuerſalis/altera ꝑticularis ſumat̄: at neq; ſi cuipiā utriq; mediū cōpetat/aut alteri inſit: alteri nō inſit: aut utriq; nō oī: aut indefinite/uel īſit/uel nō inſit: rōcinatio unq̄ cōſtabit. termini cōes oium/eēndi q̄dē/albū/aīal/hō: nō eēndi āt/albū/aīal/inaīatūq; ſumātur.















Patet igitur ex hiſce quæ dicta ſunt/ratiocinationem neceſſario fieri : ſi termini ſic ſe habeant:quemadmodum diximus:& ſi ratiocinatio ſit:ita terminos inter ſeſe diſpoſitos eſſe quemadmodum eos nos collocauimus. Perſpicuum etiam eſt omnes ratiocinationes/quæ hac in figura conficiuntur/imperfectas eſſe : uniuerſæ nanq; ſumptis quibuſdam perficiuntur:quæ quidem/aut in terminis ipſis neceſſario inſunt/aut ut ſuppoſitiones ponuntur:ueluti cum demõſtramus deducendo ad id quod fieri nequit: patet inſuper nullam prorſus hac in figura fieri ratiocinatiõem affirmatiuam:ſed omnes tam uniuerſales quam particulares extrui negatiuas.

### De tertia ratiocinationis figura.

AT ſi eidem:alterum omni:alterum nulli:aut utrunq;/uel nulli uel omni competat/figuram quidem talem tertiam nuncupo. Medium autem ĩ ipſa id dico:de quo utraq; prædicantur. Extrema uero ea quæ prædicantur: atq; maius extremum id uocito:quod a medio longius diſtat : minus autem id quod eſt eidem magis propinquum . Ipſum uero medium extra quidem extrema ponitur poſitione tamen eſt ultimum:atqui perfecta quidem neq; ac in figura fit ratiocinatio:erit tamen potentia terminis tam uniuerſalibus/q̃ non uniuerſalibus ad medium ſumptis : terminis igitur uniuerſaliter ſumptis cum R. atq; S. omni T/ competunt:neceſſario tum ipſum R/alicui competet S:nam cum cõuertatur affirmatiuum: T/cuipiam competet S : nam cum R/quidem omni T/inſit:ipſum autem T/ cuipiã competat S:neceſſe eſt ipſum R/alicui competere S: fit enim ut patet / ratiocinatio p primam figuram.

Licet etiam demonſtrationem eiuſdem facere deducendo ad id quod fieri nequit.









Inſuper deſignatiõe hoc pacto nam cũ utrunq; omni cõpetat T : ſi quippiam ſumatur ipſorum T/ ceu p: huic ꝓfecto & R/& S/competent:quare ipſum R/cuipiam competet S.

Rurſus ſi R/quidem nulli T/competat:S/ autem omni eidem inſit: erit neceſſario ratiocinatio.atq; R/non omni S/competere concludetur:idem nanq; demonſtrationis erit utiq; modus:ſi S T/propoſitio conuertatur

Deducendo etiam ad id quod fieri non poteſt:hic demonſtrabitur modus: perinde ut & præcedens eſt demonſtratus.



At ſi S/quidem nu'li T/competit: R/aũt oĩ eidẽ inſit/non erit rõcinatio ſane: termini eſſendi: animal/equus/homo: non eſſendi animal/inanimatũ/ homoq; ſumant̃.







Neq; cum utrunq; de nullo T/prædicat̃: rõcinatio fiet: termini eſſendi aĩal/equus/inanimatũ: nõ eſſendi hõ/equus/inanimatũ ſumant̃ atq; inanimatũ ĩ medio collocet̃.







Patet igitur hac ẽt in figura ſi uniuerſales ſumant̃ termini: qñ erit rõcinatio & quando non erit: nã cũ utriq; termini affirmatiui ponunt̃/erit rõcinatio ſane: atq; extremũ extremo cuipiã cõpetere cõcludet̃: ſed cũ uterq; terminoꝝ ſumit̃/ negatiuus non erit: cũ alter tñ eſt negatiuus/alter affirmatiuus: ſi maior quidem ſit negatiuus: minor uero affirmatiuus: erit utiq; ratiocinatio: atq; extremum extremo nõ omni competere cõcludetur. Sin uero econtra ponantur: non erit ut demonſtrauimus.

At uero ſi alter ſit uniuerſalis ad medium: alter particularis: ſi uterq; quidem affirmatiuus ſumat̃: neceſſe eſt rõcinatiõem fieri/ſiue maior ſit/ſiue minor uniuerſalis: nã ſi S/quidem omni T/competat: R/aũt cuipiã inſit: eidẽ neceſſe ẽ ipſum R/ competere cuipiã S. cũ enim affirmatiuũ ut diximus cõuertat̃ ipſum T/ſane cuipiã cõpetet R. quare cũ S/quidem omni T/cõpetat: ipſum autem T/cuipiam inſit R: ipſum S/profecto cuipiam competet R. quare & ipſum R/cuipiam competet S.



Licet etiam demonſtrare ratiocinationem eandem deducendo ad impoſibile: ute & præcedentes ratiocinationes demonſtrabantur.

Inſuper deſignatione/ perinde atq; antea fecimus.










Rurſus ſi S/quidem cuipiã inſit T: ipm̃ aũt R/omni eidẽ competat: neceſſe eſt R/cuipiã competere S: erit enim idem demonſtrationis profecto modus.

Licet etiam demonſtratione huiuſce facere modi/deducẽdo ad id quod fieri nequit/perinde atq; præcedentes ratiocinationes demonſtrabantur.






Et item deſignatione/perinde atq; antea fecimus.

At ſi alter negatiuus/alter affirmatiuus ſumat᷑:& ſit affirmatiuus ipſe uniuerſalis: cum minor quidem affirmatiuus eſt:erit ratiocinatio ſane:nam ſi S/quidem omni cõpetat T:ipſum autem R/cuipiam non ſit eidem:neceſſe eſt ipſum R/non omni competere S:nam ſi omni competet:& S/omni cõpetit T:ipſum etiam R/profecto omni competet T. At cuipiam non ineſſe ſupponebatur.







Oſtenditur aũt & ꝑter deductionẽ:ſi qppiã ipſoꝝ T/ſumat᷑ cui nõ cõpetit ipm R. Sed cum maior terminus eſt affirmatiuus nõ erit rõcinatio ſane ueluti ſi R/ qdem oĩ competat T:ipſum autem S/cuipiam non ſit eidem:termini eſſendi ſint/animatum/ homo/ac animal.











Non eſſendi uero ſumi non poſſunt:Si S/cuipiam inſit T:nam ſi R/quidem nulli competat S:ipſum autem S/cuipiam inſit T:ipſum profecto r/cuipiam non cõpetet T:at omni ineſſe ſupponebatur.




Præterea ſi r quidem omni T/competit:ipſum autem S/ cuipiam ineſt eidem: ipſum r/profecto cuipiam competet S:at nulli ineſſe ſupponebatur. Sed agendum eſt ut antea fecimus/nã cũ ſit infinitum cuipiam nõ ineſſe:& id qđ nulli competit uere dicere liceat/cuipiam non ineſſe. Si uero nulli inſit/rõcinatio nõ conſtet:ut antea patuit:perſpicuum eſt hoc pacto rõcinationem profecto non fore.







At ſi terminorũ uniuerſalis quidem ſit negatiuus:ꝑticularis uero affirmatiuus : cũ maior quidem eſt negatiuus:minor uero affirmatiuus:erit rõcinatio ſane : nã ſi r/quidem nulli T/competat:S/autem cuipiam inſit eidem:ipm r/profecto cuipiã nõ competet S:erit enim rurſus prima figura S T/propoſitione conueſa.

Licet etiam deductione ad id quod fieri nequit hunc demonſtrare modum: ut & antecedentes ratiocinationes demonſtrabantur.







Sed cum minor eſt negatiuus / non eſt ratiocinatio ſane. Termini eſſendi / animal / coruus: album. Non eſſendi / animal / ſcientia ac album / ſumatur: atq; album medium ſit utrorumq;.







Nec ẽt cũ uterq; ponitur negatiuus: atq; alter ẽ uniuerſalis / alter particularis: Termini cum minor eſt uniuerſalis ad medium: non eſſendi quidem / animal / ſcientia / Album: Eſſendi uero / animal: Coruus: Albumq; ſumatur.









Sed cum maior eſt uniuerſalis / minor uero particularis: non eſſendi quidẽ / coruus / Nix / Albumq; ſumatur.

Eſſendi uero ſumi non poſſunt: Si S / cuipiam inſit T / cuipiam non inſit. Nã ſi R / quidem omni cõpetat S: Ipſum autem S / cuipiam inſit T: ipſum R / profecto cuipiã competet T: at nulli ineſſe ſupponebatur.







Sed ex infinito eſt demonſtrandum.




At uero neq; ſi uterq; cuipiã ĩſit ipſi medio: aut nõ inſit: aut alter cuipiã: alter nõ oĩ competat: aut indefinite ratiocinatio ullo pacto efficiet̃. Termini cõmunes oium / animal / homo / album: Non eſſendi autem / animal / inanimatum / albumq; ſumatur.



























Patet igit̃ & hac in figura: qñ erit ratiocinatio: & qñ non erit: & ſi ita ſeſe habeãt termini queãdmodũ diximus rõcinatiõem fieri neceſſario: & ſi rõcinatio ſit: terminos neceſſario ita eſſe diſpoſitos. Patet etiã & huiuſcæ figuræ rõcinatiões oẽs imperfectas eẽ: nã uniuerſæ aſſumptis quibuſdam perficiuntur: & inſuper fieri non poſſe quo per hãc figuram: uniuerſalis unq̃ / aut affirmatiua / aut negatiua concluſio inferatur.

Ex his ẽt quæ dicta ſunt patet oĩbus in figuris cum nõ fit rõcinatio: affirmatiuis aut negatiuis utriſq; terminis / aut ẽt particularibus ſumptis nullũ penitus fieri neceſſariũ. Sũpto uero affirmatiuo ac negatiuo / ſi negatiuꝰ ſumat̃ uniuerſalis extremi mĩoris ad maiorẽ rõcinationẽ fieri ſemp: ueluti ſi A / qdẽ oĩ B: aut cuipiã inſit: b / uero nulli cõpetat C. Nã ſi conuertantur propoſitiones: neceſſe eſt ipſum C / cuipiam A / non ineſſe.




Similiter & i cæteris figuris efficit̃. Nam p conuerſionem fit ſane rõcinatio ſemp.




Contrarius

Contrarius

Patet etiam indefinitam propoſitionẽ eandem omnibus in figuris ratiocinationem efficere: poſitam loco particularis affirmatiuæ: patet inſuper ratiocinationes imperfectas omnes per figurã perfici primam: uniuerſæ enim aut recta demõſtratione aut deductione ad id quod fieri nequit perficiuntur. At utroq; modo prima fit plane figura. Nam ſi recta perficiũtur demonſtratione uniuerſæ perficiunt̃: cõuerſio uero figurã primam efficiebat. ſin uero demonſtrantur deductione ad id quod fieri nequit/ falſo poſito/ ratiocina-






tio fit per primam figuram uelut ultima in figura. Si A/& b/omni cõpetant C: ipſum A/cuipiã competit b: nam ſi A/nulli competet b: ipſum autem b. omni C/ineſt: A/ nulli competet C: At omni ineſſe ſupponebatur: idem & in cæteris fiet.

At uero licet uniuerſas ratiocinationes ad uniuerſales primæ figuræ ratiocinationes reducere. Patet enĩ per illa ſecundæ ratiocinationes figuræ perfici: quanq̃ non ſimiliter omnes perficiuntur: ſed uniuerſales quidẽ negatiuo uniuerſali conuerſo: utraq; uero pticularium deductione ad id quod fieri nequit. At particulares ratiocinationes primæ figuræ: & per ſe quidẽ ipſas; perficiuntur. Licet autem ipſas/ & per ſecundam figuram oſtendere deducendo ad id quod fieri nequit: ueluti ſi A/quidem oĩ b/competat: b/uero cuipiã inſit C: ipſum A/ſane cuipiã cõpetet C. Nam ſi nulli competet/ & ineſt cuilibet b: ipſum profecto b/nulli competet C. Hoc enim fit per ſecundam figuram.

Similis erit demonſtratio ratiocinatione etiã negatiua: nã ſi A/quidẽ nulli B/cõpetat: b/uero cuipiã inſit C: ipſum A/profecto cuipiã cõpetet C: nã ſi ipſi quidẽ cõpetet oĩ: nulli aũt ineſt b: ipſum b/profecto nulli cõpetit C: at hoc erat media ſane figura.




Quæ cum ita ſint/ cum uniuerſæ quidem ratiocinationes figuræ mediæ/ ad uniuerſales ratiocinationes figuræ primæ reducantur: particulares uero ipſius primæ figuræ ad rõcinationes figuræ mediæ reducantur. Patet particulares quoq; primæ figuræ rõcinationes ad uniuerſales eiuſdẽ figuræ ratiocinationes reduci. Figuræ uero tertiæ ratiocinationes ſi uniuerſales quidem ſint termini/ per uniuerſales continuo ratiocinationes primæ figuræ perficiuntur: ſin uero particulares ſumantur per ratiocinationes ad illas iam ſunt reductæ. Quare & ratiocinationes particulares figuræ tertiæ ad eaſdem utiq; reducuntur.

Patet igitur omnes ratiocinationes ad uniuerſales ratiocinationes figuræ primæ reduci. Ratiocinationem igitur eæ/quæ demonſtrant eſſe atq; non eẽ dictæ ſunt quomõ ſeſe habent & p ſeipſas quæ ſunt ex eadẽ figura: & inter ſeſe quæ ſunt ex diuerſis figuris.

Priorum Liber Ariſtotelis explicit.

Præfatio Ioannis Argyropili Bizantii in libro Poſteriorum reſolutiuorum Ariſtotelis ad clariſſimum uirum Coſmam medicem florentinum incipit.

IOannes Argyropilus bizantius magnifico uiro Coſmæ medici ſalutem ꝑpetuamq; fœlicitatem. Vt tibi ſemel promiſi ita facio magnifice Coſma atq; neq; munus docendi neq; calamitas generis neq; cura rei familiaris extinctæ ſtudium erga te meum diminuere poteſt: tantum apud me tua uirtus ac auctoritas poteſt. Poſt librum igitur Ariſtotelis eum quem naturalem auditũ appellant: & librum de anima tuo nomine tuaq; traductos cauſa: librum nunc eiuſdem poſteriorum reſolutiuorum eadem ratione traduxi pergratum & tibi ſane: quẽ res maxime quæq; ad hominem pertinent ſolum delectant: & uniuerſis hominibus non mediocriter utilem atq; iocundum ut puto: nam eſt quidem / ut ſcis / facultatis differẽdi finis. Atq; ob idipſum omnium librorum ipſius præſtabiliſſimus: traditq; modum ſciendi ſine quo fieri nequit ut quiſq̃ ullam ſciẽtiam aſſequatur. At cum partim ſuæ materiæ cauſa: partim neſcio quo ſtilo uehementer eſſet obſcurus ne ullo pacto uideretur eẽ latinus nunc dilucidus nunc latinus euaſit: licetq; nunc cuiq; ſententias ipſius præclaras atq; ſubtiles facile ſũmaq; cũ uoluptate percipere accedit eodem: & explicatio ſentẽtiarum per figuras modoſq; perinde atq; philoſophus affert: quod quidem ante hoc tempus philoſophia latina non uidit quod ſi liber hic & huius ætatis hominibus & poſteritati fuerit gratus / ut conſentaneum eſt rationi. Hoc ad te totũ non iniuria redigetur ut auctorẽ cuius cauſa liber hoc pacto fuerit extructus. Accidit enim perrecte ut quẽ ætas noſtra perfectiſſimum hominem ac beatiſſimum uidit & a quo profluxere plurima bona / is & rerum earum cõmunitati ſit auctor: quæ ad ipſum hominẽ maxime pertinent atq; ad bene beateq; uiuẽdum / nam ad talem hominem ſpectare profecto uidetur earum rerum adminiſtratio quibus homines bee recteq; uiuere ac fœlices tandem euadere poſſunt: quippe cum id ſit ad res gubernandas hominũ ipſe: quod eſt ipſe deus ad uniuerſa: accipe igitur hunc librum & perlege fœlix / inuenies & luciditatis in eo tantũ & elegantiæ quãtũ ipſe modus atq; materia poſcit. Vale ꝑpetuo fœlix atq; beatus.



Liber poſteriorum reſolutiuorum Ariſtotelis incipit fœliciter.

Capitulum primum.

OMnis doctria omniſq; diſciplina intellectiua / ex ãtecedenti cognitione fieri ſolet. Id ſi oẽs quo fiũt pacto cõſiderabim9 manifeſtũ ꝓfecto fiet: mathematicæ nãq; ſciẽtiæ / illo cõparantur mõ: & quæq; cæterarꝫ artiũ ſane / circa quoq; rõnes / cum ꝑ rociationes / aut ĩductionẽ ꝓcedit idẽ ſeruari modus uꝛ: in utriſq; nãq; per antea nota doctrina nimirꝫ fit: quippe cũ in altera tãq̃ a cognoſcẽtibus ꝓpoſitiones accipiãtur: ĩ altera ꝑ ſingulare iã notũ ipſum oſtẽdatꝛ uniuerſale ſimili ꝓfecto modo & oratoriæ rõnes ſuadẽt: aut enim exẽplis / qđ eſt inductio: aut enthimematibus qđ quidẽ eſt rõcinatio facultas ipſa ſolet oratoria ſuadere. Dupliciter aũt oportet præcognoſcere: quædã enim eſſe: quædã qd dictũ ſignificẽt: quædam utroq; mõ antea percipiamus oportet: ueluti de quouis quidẽ affirmationem aut negationẽ dici / uerũ eſſe triãgulũ aũt hoc ſignificare. Vnitatẽ uero utroq; mõ / & qd ſignificet / & ẽt eſſe. Nõ enim unũqđq; iſtorꝫ ſimili mõ nobis eſt manifeſtũ fit aũt ut cognoſcamus quædã prius cognoſcẽtes. Quorũdã ẽt ſimul accipientes cognitionẽ: ueluti quæcũq; ſunt ſub uniuerſali / quorũ habetur cognitio: nã oẽm triãgulum tres angulos duobus rectis æquales hr̃e antea ſciuimus. At id qđ eſt in ſemicirculo triãgulũ eſſe / ſimul inducẽtes agnouimus. Hoc enim pacto nõnullaꝫ diſcimus rerꝫ: & nõ per mediũ extremũ cognoſcimus: quæcũq; iam ſingulares ſunt: & de nullo prædicãtur ſubiecto. Antea uero q̃ ſit inductio uel rõcinatio facta / ꝑtim fortaſſe dicẽdũ eſt ſcire: partim neſcire: qđ enim nõ ſciuit ſi ſit ſimpliciter: id quo mõ ſcit / duobus / rectis æquales habere ſimpliciter. At patet hoc pacto quidẽ ſcire: q̃a uniuerſaliter ſcit: ſimpliciter uero neſcire: qđ niſi ita ſit / eueniet ea ꝓfecto quæ eſt in mẽnone dubitatio. Aut enim nihil quiſq̃ diſcet / aut ea quæ ſcit. Nõ enim ita dicẽdũ eſt / ut quidã ſoluere enituntur. ſcis ne omnẽ dualitatẽ eſſe parẽ / annuẽti uero interrogato offerũt ei dualitatẽ quãdã / quã q̃dem nõ putabat eſſe: quare nec parẽ eſſe. Soluũt igiꝛ nõ oẽm ſe ſcire dicẽtes eſſe parẽ dualitatẽ ſed eã quã ſciũt eſſe dualitatẽ. Et tñ ſciũt quidẽ id cuius hñt demõſtrationem acceperũt. Acceperũt aũt nõ oĩs eius / qđ ſciũt eſſe triãgulũ / aut numerꝫ / ſed ſimpliciter de oĩ nũero atq; triãgulo demõſtrationẽ. Nulla enim huiuſcemodi ꝓpoſitio ſumitꝛ: quẽ tu ſcis nũerꝫ / aut quã ſcis rectarꝫ linearꝫ figurã: ſed abſolute de quolibet: ſed nihil ut arbitror obſtat / ut id qđ diſcit: Sed ſi hoc pacto uelut ea rõne qua diſcit eodẽ mõ.

Capitulum ſecundum.




SCire autem unamquãq; rẽ ſimpliciter (ſed nõ ut ſophiſtæ per accidens) arbitramur: cũ cãm ob quã res eſt: & illius cãm eſſe / & fieri non poſſe / ut res aliter ſeſe habeat: cognoſcerꝛ arbitramur. Patet igitur ipſum ſcire tale quid eſſe: nã & hii qui neſciunt / & ii qui ſciunt / ita ſeſe habere putant: quorũ ipſi ſcientes: & ita ſeſe etiam habent: quare cuius ſimpliciter eſt ſciẽtia id ut aliter ſeſe habeat fieri omnino non poteſt. Si igitur & alius ſciendi ſit modus / poſterius explicabimus. At

dicimus per demonſtrationem etiam ſcire: demonſtrationem autem dico / ratiocinationem eam quæ ſcientiam efficit: eam uero ſcientiam efficere dico / qua ſcimus eam ipſam habendo. Si igiť ipſum ſcire tale eſt quale poſuimus / neceſſe eſt & demonſtratiuā ſcientiā / ex ueris & primis medioq; uacantibus & ex notioribus & prioribus ipā cōcluſione cauſiſq; eiuſdē eſſe. Sic.n.erūt & ipſa pricipia ꝓpria eius qď demonſtrať: nā rōcinatio quidē ſine is erit: demoſtratio uero nō erit: ſciētiā enim nō faciet.

Capitulum tertium.




VEra igiť eſſe oportet qa fieri neqt ut id qď nō eſt ſciať: ueluti diametrū cōmēſurabilē eſſe: ex primis aūt & indemoſtrabilibus eſſe / qa nō ſciet non habens demoſtrationē ipſoꝝ: ſcire.n.nō ꝑ accidēs ea quorum eſt demonſtratio nihil aliud eſt ſane / q̄ demoſtrationē habere. Cauſæ ēt ſint oportet & notiora ac priora. cauſæ / qa tū ſcim9 / cū cognoſcim9 cām: priora ſiquidē & cauſæ ſunt & antea cognita / nō illo mō ſolū q̄d ſignificēt: ſed altero ēt mō. Dupliciter aūt ſunt priora notioraue. Non enī idē eſt pri9 natura / & noſtra ex pte prius: neq; noti9 / & nobis ēt noti9. Atq; ea quidē a d nos priora notioraue dico / quæ ꝓpinquiora ſenſui ſunt. Ea uero ſimpliciter priora notioraue / q̄ a ſenſu lōgius diſtāt. Sūt aūt remotiſſima quidē ea: q̄ ſunt uniuerſalia maxīe: ꝓpinqſſima uero ſingularia ipſa. Atq; hæc inter ſeſe opponunť: ex primis aūt eſſe nihil aliud eſt q̄ ex propriis principiis eſſe. Idem.n. primū atq; principiū dico. Eſt aūt demōſtrationis principium ꝓpoſitio medio uacans. ea uero medio uacat / q̄ nulla eſt alia prior. Propoſitio altera enūciationis eſt pars unū de uno cōplectēs. Differēdi qdē / q̄ utrāuis accipit. demōſtrā di uero / q̄ definite alteꝝ qď ē ueꝝ. Enūciatio ē cōtradictiōis utraq; ps. cōtradictio ē oppoſitio: cuius nullū ꝑ ſe mediū ē. cōtradictiōis ptiū: ea qdē qua qppiā cuipiā adiungiť affirmatio diciť. ea uero qua qppiā a quopiā ſemoueť negatio nuncupať. Principiorū aūt rōcinādi uācātiū medio: id q̄dē qď fieri neqt ut demōſtreť: quodq; nō neceſſe eſt eū habere q̄ diſcendo quoduis eſt ꝑcepturus dignitas appellať. Sunt enim talia q̄dā quæ ex ſeſe affert hiſce qui diſcit ad unam quanq; ſciētiā ꝑdiſcendam. Atq; talibus hoc potiſſimū nomē tribuere cōſueuimus. Rurſus ea quidē poſitionum quæ utrāuis enunciationis accipit partē eſſe inquam quippiam: aut nō eſſe ſuppoſitio dicitur. Ea uero quæ eſt ſine hoc ipſo diffinitio eſt. Diffinitio nāq; poſitio quidem eſt: Ponit enim arithmeticus unitatem quātitate indiuiſibilem eſſe. Sed ſuppoſitio ſane non eſt: nam quid eſt unitas / & unitatem eſſe / non eadem ſunt. cum autem credere ſcireq; rem oporteat talē ratiocinationem habēdo: quam demonſtrationem uocamus: hæc uero ſit quia ſūt ea ex quibus extruitur ratiocinatio / neceſſe eſt nō ſolū antea prima ipſa uel omnia / uel aliqua cognoſcantur / ſed etiam magis noſcantur: ſemper enim illud eſt tale magis ob qď unumquodq; eſt tale. Veluti magis ideſt dilectum / atq; amatum / ob qď amam9 atq; diligimus. Quare ſi ob pria ſcimus ac credimus: & illa ſane ſcimus ac credimus magis quoniā ob illa & ipſa ſcimus poſteriora: fieri autem non poteſt ut ea magis quiſq̄ quæ neſcit / & circa quæ non melius diſpoſitus ē / q̄ ſi ſcierit: q̄ ea quæ cognoſcit credat atq; aſſentiť. At eueniat id ꝓfecto: ſi nō prius cognouerit pricipia quiſpiā q̄ ea quæ ꝑ demō



ſtrationē crediť. Magis enim principiis aut oībus aut qbuſdā credere q̄ concluſioni neceſſe eſt. Atq; ei qui per demōſtrationem ſciētiam eſt habiturus: non ſolū ipſa principia magis nota magiſq; credita ſint: q̄ id quod ex ipſis oſtendiť: ſed ēt nihil ꝓrius eorū quæ principiis opponūtur ex qbus erit rōcinatio falſa uereq; cōtraria: credibili9 ſit aut notius principiis ipſis oportet: quippe cū eū qui ſimpliciter eſt ſcientiā cōſecutus: nunq̄ ab ea ꝑſuaſione ulla dimoueri oporteat. Sunt autē quibus nō uř eſſe ſciētia ꝓpterea q, ipſa pria ſciātur oportet. ſunt ēt quibus eſſe quidē uideť demonſtrationes tñ omniū eſſe: quoꝝ neutrū ſane uerū aut neceſſariū eſt. Qui nāq; ſcientiā nō eſſe omnio ponūt. hii cenſent aſcēdēdū eſſe in infinitū: ꝓpterea q, poſteriora nō ſciunť: ob ea priora quoꝝ prima nō ſunt. Recte quidē dicentes: fieri enim nō pōt ut infinita quiſq̄ ꝑtranſeat. Quod ſi ſtatur ac principia ſunt: hæc incognita dicūtur eſſe cū ipſorū nō ſit demōſtratio: qď quidē ſolū inquiūt eſſe ſcire: qď ſi fieri nō pōt ut pria ſciātur / neq; fieri poſſe dicūt ut ea quæ proficiſcūtur ex illis ſciātur ſimpliciter ꝓprieue: ſed ex ſuppoſitione dūtaxat ſi illa ſint. At ſecūdi de mō quidē ſciendi conſentiūt: ꝑ demōſtrationē enim ſolum eſſe ſcientiā dicūt uerū omniū demonſtrationē eſſe / nihil inquiunt prohibere. Fieri enim poteſt ut demōſtratio circuli mō uerſetur: omniaq; mutuo demōſtrētur. Nos aūt dicimus nec omnē ſcientiā eſſe demoſtratiuā: ſed eorum quæ mediis uacāt idemōſtrabilem eſſe: quod quidē neceſſariū eſſe patet: nam ſi neceſſariū quidē eſt ut priora ſciantur & ea ex quibus cōficitur demōſtratio: ſtatur aūt tandē in hiſce quæ uacant mediis: hæc indemōſtrabilia neceſſe eſt eſſe: hoc igitur ita ſeſe habere dicimus: ut nō ſolū ſciētiam / ſed & principium ſcientiæ quoddam eſſe aſſerimus: quo termios ipſos cognoſcimus. Et etiam patere dicimus fieri non poſſe ut circuli modo demonſtratio ſimpliciter conuertatur: ſi demonſtrationem ex prioribus oportet ac notioribus eſſe: fieri enī nequit ut eiſdem eadē ſimul priora ſint atq; poſteriora: niſi altero modo: ueluti ſi alia noſtra ex parte: alia ſimpliciter dicantur: quo quidē mō facit inductio notum. Quod ſi ita ſit / nō bene eſt diffinitum ipſum ſimpliciter ſcire / ſed ē ſane duplex. An altera demōſtratio quæ fit / ex hiſce quæ nobis ſunt notiora: non eſt ſimpliciter demonſtratio. Euenit aūt hiſce qui dicūt demōſtrationē uerſari / nō ſolū id qď nūc ē dcm̄ / ſed ēt nil aliud dicere / q̄ hoc eſt / ſi hoc eſt hoc uero pacto facile eſt oīa demonſtrare. Atq; patet id ipſum accidere tribus poſitis terminis. Siue enim ꝑ multos ſiue ꝑ paucos redire dicať nihil ꝓfecto refert: atq; ꝑ paucos ēt duos. Nā qñ cū A / ſit: ē neceſſario b. Et hoc cū ſit ē neceſſario C. Tū cū A / ſit neceſſario C / ipm erit. ſi igiť cū A / ſit neceſſe eſt B: & cū b. ſit neceſſe ē eſſe A. hoc enim erat circuli mō uerſari. ponať A / eo in loco quo ipſum eſt C.



Dicere igitur cū B/ſit A/ipſum eſſe: nil aliud ē q̄ dicere: cū b/ſit/C/ipm̄ eſſe. Id autē nil aliud eſt q̄ dicere: cū A/ſit/C/ipſum eſſe. At idē eſt C/ & A. quare fit ut hi q cenſent orbis mō demonſtrationē uerſari: nihil aliud dicant q̄ cū A/ſit/A/ipſum eſſe. Hoc uero pacto facile eſt oīa demonſtrare. At uero nec idipſum fieri pōt niſi in hiſce quæ mutuo ſe ſequunt̄ quēadmodū ipſa propria. demonſtratū eſt igitur prius uno quidē poſito nunq̄ neceſſario aliquid aliud eſſe: uno inquā aut termino aut poſitione. Ex duabus aūt poſitionibus primis ac minimis fieri poſſe ſi quidē & ratiocinari cōtingit. ſi igitur A/&/B/&/C/mutuo ſe ſequant̄: ſic tn̄ fieri pōt ut oſtēdātur ex ſeſe mutuo cūcta quæ poſtulata ſunt in pria ꝛōcinatiōis figura: ut in libro prioꝝ oñdimus: quo loco ēt patuit cæteris in figuris aut nō fieri ꝛōcinationē: aut nō ex hiſce fieri quæ ſunt ſumpta.




Ea uero quæ prædicationē nō ſuſcipiūt mutuā fieri nō pōt ut mutuo demonſtrent̄. Quare cū in demōſtrationibus pauca talia ſint: cōſtat uanū eſſe ac impoſſibile demōſtrationē ipſam mutuam eſſe cenſere: atq; ob idipſum poſſe demōſtrationē oīum eſſe.

Capitulum quartum.

CVm aūt fieri nequeat ut id aliter ſeſe habeat cuius eſt abſolute ſcīa: id neceſſariū eſt ꝓfecto qd' demoſtratiua ſciri ſcīa pōt: atq; ea eſt demoſtratiua ſcientia quā habemus demōſtrationē habēdo. Eſt ergo demōſtratio ex neceſſariis ꝛōcinatio. Sumēdū eſt igit̄ ex quibus qualibuſue demōſtratiōes cōficiuntur. Atq; prīo determinem9 qd de oī: quid p ſe: qd uniuerſaliter dicimus: id itaq; de oī dicimus/qd' nō cuidam ineſt cuidā nō ineſt. Nec interdū cōpetit: interdū nō cōpetit: nā ſi aīal oī de hoīe dicit̄: ſi ueꝝ eſt hūc dicere hoīem: ueꝝ eſt eū & animal dicere: Ac ſi nunc ueꝝ eſt & alteꝝ dicere: uerū eſt & alteꝝ dicere. Et ſi in oī linea pūctū ineſt: ſimiliter atq; huius ſignū eſt id qd' facimus. Hoc enim pacto ſolemus īficiatiōes afferre cū interrogamur de omni: ſi de aliquo nō dicat̄: aut ſi interdū nō inſit. Per ſe aūt dicimus ea quæ ſunt in rōne: qd eſt dicēte: ut triāgulo linea: & lineæ pūctū ineſt. Ex his enim ipſoꝝ ſubſtātia cōſtat: & hæc inſunt in rōne quid eſt dicēte. Et itē ea quoꝝ in rōne quæ quid eſt patefacit: ea ipſa ſunt quibus inſunt: quo pacto lineæ qdē rectū & curuum ineſt: nūero uero par atq; impar: primū atq; cōpoſitū: figura deniq; laterū æquali um ac altera pte lōgior. Atq; in horū quidē definitione numerus: in illorū aūt linea ineſt: quæ igitur aut illo: aut hoc īſunt modo per ſe cuiq; cōpetere dico. quæ uero neutro modo competunt/accidentia: quemadmodū competit animali muſicum aut album. Preterea id per ſe dicimus qd' nō de ſubiecto alio dicitur ullo. ambulans enim aliquid



aliud eſt qd' ambulās eſt atq; albū. At ſubſtātia & quæcūq; hoc aliqd ſignificāt: n̄ ſunt aliud qcq̄ id qd' ſunt. Ea igit̄ quæ de ſubiecto nō dn̄r/p ſe: ea uero quæ de ſubiecto dn̄r accidētia dico. Inſuper alio mō id quidē p ſe dicimus qd' unicuiq; cōpetit ob ipſum: id aūt qd' hanc cōditionē ægredit̄ accidēs ueluti ſi ambulāte quopiā corruſcauerit: id accidēs dicimus: nō enim ob idipſum corruſcauit q̄a ambulauerit: ſed id dicimus accidiſſe. At cū iugularet̄ quiſpiā mortē obierit/iugulatiōe ue: id p ſe dicimus: ob idipm̄ enim q̄a iugulabatur mortuus eſt: ſed nō accidit eum cum iugularetur mortem oppetiiſſe.

Quæ igit̄ in hiſce quæ ſub ſcīam ſimpliciter cadūt p ſe dicūtur: uel eo pacto ut ſint in prædicatis ſubiecta/uel eo rurſus ut ipſa ſint in ſubiectis ea ob ipſa & neceſſario ſūt. Nā fieri non pōt ut non cōpetant aut ſimpliciter/aut oppoſita: ueluti lineæ rectū aut obliquū: & nūero par aut impar. Eſt enim cōtrariū/aut priuatio/aut cōtradictio/genere in eodē: ceu par eſt id qd' eſt nō impar: in nūeris ubi ſequit̄. quare ſi neceſſe eſt affirmare aut negare: neceſſe eſt & ea quæ p ſe inſunt cōpetere. Id igit̄ qd' de oī & id qd' p ſe dicimus hoc ſit mō determinatū. Vniuerſaliter aūt id cōpetere dico/qd' de oī dr̄: & p ſe: atq; hoc plane quo ipſum ē. Patet igit̄ ea neceſſario rebus ineſſe: quæ ipſis uniuerſaliter cōpetūt. Atq; per ſe & hoc quo ipſum eſt: eadē eſſe dico ueluti lineæ p ſe punctum ineſt: rectum ue: ea nāq; rōne qua linea ē: & triāgulo hoc tres anguli competunt duobus rectis æquales: quo triāgulus eſt: per ſe enim triangulus duobus rectis æquales angulos habet: tunc aūt quippiā uniuerſaliter ineſt: cū de quouis & primo oñdit̄: uelut æquales duobus rectis hr̄e: non uniuerſaliter ineſt figuræ: & tn̄ de figura duorū rectorum angulorum æqualitatem licet oñdere: ſed nō de quauis figura nec oſtēdens figura quauis utitur/quadratū enim eſt quidē. Figura non tn̄ habet tres angulos duobus rectis æquales. Is ēt triāgulus qui duorū eſt æqualiū laterum habet quidem quis duobus rectis æquales: ſed nō primus: ſed triāgulus prior. Qui igitur demōſtrat̄ primus duobus rectis æquales habere: uel quoduis aliud/ei primo uniuerſaliter cōpetit & demōſtratio per ſe eius uniuerſaliter ē. Cæteroꝝ uero quodāmodo: nō p ſe: nec eius uniuerſaliter eſt qui duoꝝ eſt æqualium laterum: ſed ſuperat & ad plura ſeſe extendit. Opportet autem non latere errorem perſæpe fieri: & non eſſe id quod oſtenditur primū uniuerſale quemadmodum eſſe uidetur. Decipimur autem hac deceptiōe: cū aut præter ſingulare uel ſingularia nihil eſt quod accipiat̄ ſuperius: aut eſt quidē ſed noīe caret in diuerſis ſpecie rebus: aut eſt ut pars totum id de quo demōſtratur: Parti nanq; accomodabit̄ quidem demonſtratio: & de qualibet erit. At tamen non erit huius primi uniuerſaliter demōſtratio. Atq; huiuſcæ primi/ut hoc eſt demōſtrationē dico/cum eſt primi uniuerſaliter. ſi igitur quiſpiā oſtenderit rectas duas lineas non cōcurrere inter quas eadem in parte ſunt anguli recti/recta ex linea ſecāte/illas oborti huius ex eo demōſtratio ꝓprie uidebitur eſſe: quia ſic eſt in omnibus angulis rectis/uerum nō eſt quippe cum id fiat: nō ex eo quia ſic ſint illi anguli duobus rectis æquales: ſed ex eo q̄a quouis mō duobus æquales ſint rectis. Et ſi nullus alius eſſet triāgulus q̄ hiſce q duorum eſt æqualiū lateꝝ: huic ut duoꝝ ē æqualiū lateꝝ angulos æquales duobus rectis hr̄e cōpetere uidet̄. Et ſimilitudo rationum mutato ordine numeris/ut numeri ſunt: Lineis/ut lineæ: ſolidis/ut ſolida: tēporibus deniq;/ut tpa uidet̄ cōpeter̄: quēadmodū ſeorſum olim oſtendebat̄: qd' tn̄ una demōſtratione de omnibus demōſtrari pōt: ſed q̄a non ſunt quippiā unū hæc omnia nomine uocitatū numeri inquam lōgitudines: tempora: ſolidaq;: atq; differunt inter ſe ſpecie: ideo ſumebantur ſeorſum. Nūc autem uniuerſaliter demonſtratur. Non enim hiſce cōpetit/ut lineæ ſunt/ueluti nūeri: ſed ut

hoc/quod quidẽ uniuerſaliter his ineſſe cunctis ſupponitur. quocirca ſiquis unũquenq; triãgulum eum inquam qui ex æq̃libus lateribus omnibus/& eum qui ex uniuerſis in æqualibus cõſtat:& itẽ eũ qui duorum eſt æqualiũ laterum:aut una aut alia ſeorſum




demõſtratiõe tres æquales duobus rectis oñderit. Nõdũ is ꝓfecto triangulũ ſcit duobus rectis æquales habere:niſi eo ſciẽdi modo quem ipſi ſuo more profitent ſophiſtæ: neq; de triãgulo uniuerſaliter id percipit:& ſi,nullus alius præter iſtos triãgulus ẽ:nõ enim id iſtis ut triãguli ſunt:nec oĩ triãgulo rõne formæ ſed nũeri ineſſe cognouit tam & ſi nullus triãgulus eſt/quẽ ipſe & nõ ſcit æquales duobus rectis hr̃e. Qñ igit nõ ſcit uniuerſaliter:& qñ ſimpliciter ſcit/manifeſtũ eſt. Enim uero ſi eadẽ eſſet triãguli rõ:& duoꝝ æqualiũ lateꝝ triãguli cæterorũq; triãguloꝝ demonſtratio:aut cuiq;:aut oĩbus æque ſine ullo,diſcrimine accomodãtur ut patet. cũ uero nõ ſit eadẽ:ſed diuerſa:treſq; anguli duobus rectis æquales hoc cuiq; cõpetũt/quo quiſq; triãgulus eſt: nõ ſcit hiſce ſimpliciter:qui dicto mõ demõſtrat. Patet aũt utrũ id illi cõpetat ut triãgulus ẽ/an ut duoꝝ æqualiũ lateꝝ:& qñ per hũc cõpetit primũ:& cuius eſt uniuerſaliter demonſtratio. Nã ei cõpetit ut tale eſt cui cæteris ſublatis cõpetet prĩo:ueluti lateꝝ duoꝝ æq̃liũ æneo triãgulo/cõpetẽt anguli duobus rectis æquales. At eræ ſublato/ut nõ ſit æneus ẽt cõpetẽt. Et itẽ lateꝝ æq̃litate duoꝝ ſublata/ut nõ ſit duoꝝ æqualiũ lateꝝ. At ñ cõpetẽt ſublata figura uel termĩo:ſed ñ primis ipſis ſublatis. Quo igit prĩo ſublato ñ cõpetẽt. Qđ ſi triãgulo ꝑ hũc/& cæteris cõpetũt:& huius eſt uniuerſaliter demoſtratio.

Capitulum quintum.

SI igit demoſtratiua ſcientia ex principiis eſt neceſſariis. Qđ enim quiſpiã ſcit id fieri neq̃t:ut aliter ſeſe habeat. Ea uero quæ ꝑ ſe rebus inſunt neceſſario cõpetũt:nam quædam inſunt in eorum/quibus cõpetunt ratiõe:quædã in ſua res eas habent/de quibus dicuntur. quorum alterum oppoſitoꝝ inſit neceſſe eſt:patet ex talibus quibuſdã rõcinationẽ cõſtare:oẽ nãq; qđ ĩeſt:aut hoc pacto aut ꝑ accidẽs cõpetit:accidẽtia uero nõ ſunt neceſſaria. Aut igit ita dicatur: aut hoc principiũ ſupponat/demonſtrationẽ neceſſariã eſſe. Et ſi demoſtratũ ſit quippiã fieri nõ poſſe/ut illud ſeſe habeat ſecus. Ex neceſſariis ergo cõſtare demõſtratiuã rõcinationẽ oportet. Et enim fit ut & nõ demõſtrãs rõcinetur ex ueris:at ñ fit ut ex neceſſariis quiſq̃ niſi demonſtrãs rõcinationẽ conficiat. Id enim ipſum iam demonſtrationis proprium eſt. Signo etiam illo patet demonſtrationem e neceſſariis eſſe: nam inficiationes aduerſus eos qui demonſtrare putant:negatione neceſſitatis inferre nos conſueuimus:aut putantes omnino fieri poſſe quo res aliter ſeſe habeat:aut diſputationis cauſa contendentes:ex quibus etiam patet ſtultos eos eſſe profecto/qui principia bene ſu



mere putant:ſi propoſitio probabilis ſit atq; uera/uti ſophiſtæ:ſcire eſſe dicẽtes ſcientiam habere:nõ.n.ideo propoſitio principium eſt/quia ꝓbabilis/aut nõ ꝓbabilis eſt: ſed quia prima eſt ipſius generis/circa quod fit demonſtratio:& uerũ nõ omne ꝓpriũ eſt. Atq; demonſtratiuã ratiocinationẽ ex neceſſariis eſſe oportere/ex hiſce patet:nã ſi nõ eſt iſte ſciens/qui nõ habet eius rõnem ꝓpter quid eſt:cuius eſt demonſtratio. atq; fieri poteſt ut A/quidem ipſi C/neceſſario competat. Mediũ autẽ B. per qđ illud eſt demonſtratum non ſit neceſſario:is plane qui talem rõcinationẽ extruxit/non ſcit ꝓꝑ quid eſt:quippe cũ non ſit illud ob ipſum mediũ:nam ipſum quidẽ fieri põt ut non ſit cõcluſio aũt eſt neceſſaria. præterea ſi quis nunc neſcit/rationẽ habens/& ſaluus re ſalua/neq; oblitus is/neq; prius ſciebat:Quod ſi medium nõ eſt corruptum fieri uero poteſt ut corrumpatur:id quod accidit erit poſſibile atq; contingens:ſed ut is ſciat qui ſic ſe habet fieri minime poteſt. Cũ igitur concluſio neceſſaria eſt:nihil ꝓhibet mediũ non neceſſariũ eſſe:per qđ fuit ꝓbata. Fieri nãq; põt ut neceſſariũ ex nõ neceſſariis ẽt cõcludatur. Et ꝑinde atq; fit ut uerũ cõcludatur ex falſis. At cum medium eſt neceſſariũ/cõcluſio quoq; neceſſaria eſt:quẽadmodũ & ex ueris infertur ſemꝑ cõcluſio uera:nã tam A/ipſi B:q̃ b/ipſi C/neceſſario cõpetat. Igitur & A/neceſſe eſt ipſi competere C.




Verum fieri nequit ut cum concluſio nõ eſt neceſſaria/medium neceſſarii ſubeat rõnem. Inſit enim A/non neceſſario ipſi C. ſi igitur A/ipſi B:Et B/ipſi C/competere neceſſario dixeris:& A/profecto ipſi C/competere neceſſario concedas oportet. At ipſi competere non eo pacto ſupponebatur.



Cũ igitur id quod demõſtratiue quiſpiã ſcit/neceſſariũ oporteat eſſe cõſtat:ꝑ medi/
um quoq; neceſſariũ demonſtrationẽ eius illum hr̃e oportere:uel neſcit illud ꝓfecto:
aut ꝓpter quid eſt neceſſario:aut eſſe:ſed aut arbitrabitur ſe ſcire neſciens:ſi putaue/
rit ut neceſſariũ id qđ nõ eſt neceſſariũ:aut nec arbitrabitur æquo diſcrimine ſane:ſiue
eſſe ꝑ media/ſiue ꝓpter quid eſt/& per mediis uacãtia ſciuerit. Accidentiũ autẽ nõ per
ſe eo mõ quo determinata ſunt ea quæ per ſe cõpetunt:non eſt demõſtratiua ſciẽtia:nõ
enim fit ut neceſſario concluſio demõſtretur.Fit enim ut accidens ipſum non inſit:de
tali nãq; accidente loquor:q̄q̄ fortaſſe quiſpiam dubitabit cuius nam gratia de his hæc
interrogare oportet:ſi non neceſſe eſt concluſionem eſſe. Nihil enim refert ſi quiſpiã
quæuis interrogans dicat deinde concluſionem. At enim interrogare oportet non ut
per interrogata neceſſarium quicq̄ ſequatur.ſed quia dicere neceſſe/eſt ei qui illa dicit:
& uere dicere ſi competãt uere. Cum igitur ea quæ per ſe inſunt neceſſario circa unũ
quodq; competant genus:& ut tale eſt quodq;.patet demonſtrationes ipſas ſcientiaꝝ
effectrices:de his eſſe quæ per ſe cõpetunt:& ex talibus extrui atq; conſtare. Accidẽtia
nãq; non ſunt neceſſaria:quare nõ fit ut neceſſario ſciatur concluſio ꝓpter quid eſt:ne
q; ſi ſit ſemper:non aũt ſit per ſe:quod ita eſſe declarant eæ ratiocinationũ quæ ꝑ ſigna
conficiuntur.Id.n.qđ eſt per ſe/nõ per ſe q̄ſq̄ ſciet:neq; ꝓpter quid eſt.Scire aũt ꝑꝑ q̄d
ẽ:nihil aliud eſt q̄ ꝑ cãm ſcire:per ſe ergo tertio mediũ:& medio primũ ineſſe oportet.

Nõ igit̃ fieri põt ut ex alio genere q̄ſq̄ in aliud trãſiens q̄cq̄ demonſtret:ueluti con/
cluſionẽ geometricã/Arithmetica demõſtratione:tria nãq; ſunt quæ indemõſtratiõi/
bus inſunt.unũ id qđ demonſtratur ineſſe:hoc aũt eſt id qđ alicui ꝑ ſe generi compe
tit.aliud dignitates.Dignitates aũt ea ſunt/ex q̄bus fit demõſtratio. Tertiũ eſt genus
ipſum ſubiectũ/cuius affectus accidẽtiaq; per ſe demonſtratio patefacit.Fieri igit̃ põt
ut ea q̄dẽ ſint eadẽ e q̄bꝰ fit demõſtratio.At quaꝝ genꝰ diuerſũ ẽ:ut Arithmeticæ geo
metriæq;/in hiſce fieri nequit ut ad ea q̄ magnitudinibus accidũt accomodet̃ arithmeti
ca demõſtratio:niſi ſint ipſæ magnitudines numeri.Hoc aũt ut in quibuſdã fieri põt/
poſterius explicabit̃. Arithmetica uero demõſtratio/ſemꝑ in ſe genus id hẽt/circa qđ
ipſa uerſatur/cæteraq; ſimiliter:q̄re ſi trãſire migrareq; dẽat demõſtratio/aut idẽ genꝰ
ſimpliciter/aut aliqua ex parte/neceſſe eſt eſſe. Aliter uero patet fieri nõ poſſe.Ex eodẽ
.n.genere/ipſa extrema & media,neceſſe eſt eſſe:nã ſi non ſint per ſe/accidẽtia erunt ꝓ
fecto:quo circa fieri non põt/quo geometria cõtrariorũ unã ſcientiã eſſe:uel duos cu/
bos cubũ eẽ demonſtret:aut alia quæuis ſcientia:id quod ad aliam pertinet:niſi in hi/
ſce quæ ſic inter ſeſe habent/ut altera ſub altera collocetur:quo pacto tam ad arithme
ticam muſica/q̄ ad geometriam perſpectiua ſe habet:neq; ſiquid lineis ineſt:non ut li
neæ ſunt/propriorumq; ratione principiorum geometria demonſtrat:ueluti ſi pul/
cherrima linearum ſit linea recta:aut ſi ſeſe habet ad circũferentiam contrario modo:
non.n.hæc ratione proprii generis ipſarum:ſed cuiuſdam cõmunis competunt.Patet
autem ſi propoſitiones ſint uniuerſales/ex quibus fit ratiocinatio,neceſſario cõcluſio
nem quoq; perpetuam eſſe demonſtrationis talis/& demonſtrationis omnino:nõ eſt
igitur eorum quæ intereunt demonſtratio:neq; ſcientia ſimpliciter/ſed tanq̄ per acci/
dens:quia non eſt ipſius uniuerſaliter:ſed aliquo in tempore & quodam etiam modo.
atq; cum eſt neceſſe eſt alterã ꝓpoſitionẽ non uniuerſalem eſſe/atq; caducam. Caducã
quoniam eſt & ipſa concluſio talis cum illa eſt.Non uniuerſalem quoniam/ quoddã
non erit eorum/quæ ſubiecti ſubeunt rationem:quare fieri nequit uniuerſaliter ratio/
cinatio:ſed hoc in tempore tantum.Similiter res ſeſe habet & in diffinitiõibus ipſis q̄p



pe cum diffinitio principium ſit demonſtrationis:aut demonſtratio poſitione diffe/
rens:aut quædam demõſtrationis concluſio.Patet etiam demonſtrationes atq; ſcien/
tias eorum quæ ſæpe fiunt:ut lunæ defectiones & huiuſcemodi rerum:quo quidẽ ſũt
tales hoc eſſe ſemper:quo uero non ſunt ſemper:hoc eſſe particulares. Cum autẽ pa
teat fieri non poſſe ut demonſtretur quodq;:niſi ex cuiuſq; principiis:ſi id quod demõ
ſtratur rei competit ut eſt illa:non ſane quippiam ſcitur:ſi ex ueris/& indemonſtra/
bilibus/medioq; uacantibus/oſtendatur.Fit enim ut quippiam perinde oſtendat̃ at/
q; bryſon quadrationem oſtendit.Huiuſcemodi nanq; rationes/per cõmune quoddã
oſtendunt quod & alii competet:quapropter & ad alias res non propinquas ipſæ ra/
tiones accomodantur.Igitur res non ut ille eſt:ſed per accidens ſcitur.Nõ enim & ad
aliud genus demonſtratio accomodaretur.Tunc autẽ unumquodq; non per accidẽs
ſcimus:cum per id cognitionem cõſequimur per quod competit ex principiis illius/
qua ratione eſt illud:ueluti cum duobus rectis æquales habere:rerum ei ſcimus com
petere cui per ſe competit idipſum ex principiis huius.Quare ſi illud competit ei per
ſe:cui cõpetit:mediũ neceſſe ẽ in eadẽ eſſe ꝓpinq̄tate.Quod ſi non ſit ita:at perinde
erit:atq; cũ muſica per arithmeticã demõſtrat̃.Atq; talia demõſtrant̃ q̄dẽ ſimiliter:dif
ferentia tamen eſt.Nam ipſum quidem eſſe/ ad aliam ſcientiam attinet. Subiectum
enim genus diuerſum eſt. Ipſum autem propter quid ſuperioris nimirum eſt: cuius
per ſe ſunt ipſi affectus:quare patet ex hiſce fieri non poſſe:quo demonſtretur quodq;
ſimpliciter niſi ex principiis uniuſcuiuſq;:ſed horũ principia habent cõmune.quod ſi
id conſtat:patet fieri non poſſe quo quiſq̄ propriorum principiorum exhibeat demõ/
ſtrationem.Erunt enim illa omnium principia:& ipſorum ſcientia domina omnium
erit.Etenim is ſcit magis qui ſuperioribus ex cauſis ſcit. Scit enim tum ex prioribus:
cum ex cauſis ſcit:quæ non effectus ſubeunt rationem.Quare ſi magis ſcit & maxĩe:
& ſi eſt illa ſcientia:magis profecto/maximeq; ſcientia eſt.Demonſtratio uero non ad
aliud genus accomodatur:niſi eo modo quo tam ad demonſtrationem facultatis ma/
chinarum extruendarum/uel ad pro ſpectiuas geometricæ:q̄ ad muſicam arithmeti/
cæ demonſtrationes accomodãtur ut diximus. At uero difficile admodum eſt ſeſe
percipere quempiam ſi ſciat nec ne.Eſt enim difficile cognoſcere ſi ex principiis uniuſ
cuiuſq; ſcimus nec ne.Quod quidem eſt ſcire.Putamus autem ſæpenumero ſcire:ſi ex
ueris quibuſdam primuſue ratiocinationem habemus.Id uero non eſt ita:ſed oportet
ipſis primis eſſe propinqua.

Tractatus ſecundus. Capitulum primum.

EA autem in quocunq; genere principia dico:quæ fieri nequit/ut demon/
ſtrentur eſſe.Sumitur igitur quidnam ipſa prima & ea quæ ex hiſce profi/
ciſcuntur ſignificant:at principia ſumere:eſſe cætera demonſtrare neceſ/
ſe eſt. Ceu quid eſt unitas: aut rectum: aut triangulus/ ſumere. Eſſe
uero unitatem ac magnitudinem: cætera autem demonſtrare. Eorum
autem quibus in demonſtratiuis utuntur ſcientiis:alia cuiuſq; ſcientiæ propria/alia
cõmunia ſunt:cõmunia tamen ſimilitudine rationis:quippe cum uſus eorum tãtum
ſeſe extendat/ut in quacũq; ſcientia quãtum/cuiuſq; ſubiecto generi cõgruit.Propria
ſunt/ut lineam eſſe talem/rectumue/cõmunia/ut ſi ab æqualibus æqualia demas:ea
quæ reſtant æqualia ſunt:atq; hoꝝ unũquodq; cuiq; ſatiſfacit ad cuiuſq; genus accomo
datum.Idem enim hoc faciet/& ſi nõ de oĩbus ipſum accipiet geometra:ſed de magni
tudinibus tm̃:& arithmeticus de numeris ſolum.Sunt etiam & ea propria circa quæ

ſcía cõſiderat/ea quæ per ſe illis inſunt. Atq; hæc & eſſe & quid ſunt ſcientiæ ſumũt ut unitates arithmetica: puncta lineaſue geometria: at hoꝝ per ſe affectuum quid quidẽ quiſq; ſignificat ſumunt: ut arithmetica quid par/quid impar/quid quadratũ/ qđ quoq; cubus. Geometria: quid expers rõnis: quid frangi: quid cõcurrere & huiuſmodi cætera. Demonſtrant aũt ipſos eſſe/& per cõmunia & per ea quæ demõſtrata ſunt: eadem & aſtrologia facere ſolet. Oĩs nãq; demonſtratiua ſcía circa tria uerſat̃: ſunt enim ea q̃ ponit eſſe. Hæc aũt ſunt genus: cuius per ſe affectuũ ẽ cõtemplatrix: & ea quæ cões dignitates dicũt̃: ex quibus primis demõſtrat. & tertiũ affectus: quoꝝ quid quiſq; ſignificat ſumit. nihil tñ ꝓhibet ſciaꝝ nõnullas hoꝝ p̃terire nõnulla: ueluti genus nõ ſupponere eſſe: ſi pateat eſſe: Nõ enim æque patet numerũ eſſe/& frigidũ/atq; calidũ: & affectus nõ ſumere quid ſignificãt ſi ſint clari: ſicut nec dignitates: ut quid ſignificat æqualia ab æqualibus auferre/quia eſt notũ: ſed nihilominus hæc tria natura ſunt. Id inquã circa quod ſcientia demonſtrãt: & ea quæ demonſtrat: atq; ea ex quibus demonſtrat.

Capititulum ſecundum.

NOn eſt aũt id ſuppoſitio neq; poſtulatio ſane quo neceſſe eſt eẽ ꝑ ſeipſum atq; uideri. Demonſtratio nãq; non in oratione quæ eſt extra: ſed in oratione quæ eſt in mente cõſiſtit. Quandoquidẽ neq; ratiocinatio uidet̃ in illa cõſiſtere. Etenim fit ut ſemper aduerſus externam oratiõem per inficiationem obſtetur. At nõ ſemper aduerſus eam quæ eſt in mente. Quod igitur demonſtrari quidẽ poteſt: nõ demonſtratum aũt a ſe quiſpiam ſumit id/aut ſupponit ſi ita eſſe diſcenti uidet̃. Atq; nõ abſolute quidem/ſed ad illũ tantũ: ideſt ſuppoſitio: aut poſtulat ſi nulla prorſus diſcẽti de hoc opinio/uel ẽt contraria inſit. Atq; hoc intereſt inter ſuppoſitionem poſtulationemue. Etenim ideſt poſtulatio qđ eſt contrarium opinioni diſcentis: uel qđ eſt quidem demõſtrabile: ſumit aũt quiſpiam illud atq; utitur nõ demõſtrato. Diffinitiones igitur/cũ affirmationes/aut negationes nõ ſint: ſuppoſitiones nõ eſſe patet: quas quidem ut genus complectit̃ ꝓpoſitio diffinitiones: præterea percipiãtur ſolum oportet. At id nõ eſt ſuppoſitio: niſi quiſpiã & audire ſuppoſitionem dixerit eſſe. Sed ea ſunt ſuppoſitiones quæ cum ſint hoc ipſo qđ ſunt emergit ipſa concluſio. Neq; geometra falſa ſupponit/quemadmodũ nõnulli putarunt: qui quidem inquiunt demonſtrantem falſis uti ſuppoſitionibus nõ oportere: geometram uero falſa ſupponere deſignatam lineam/nunc pedalem/nunc rectam eſſe dicentem. Quæ quidem nõ recta eſt/non pedalis: nam geometra cum nõ ſit ea linea: quam deſignauit aut protulit ore: cõcludere ſolet: ſed cũ ea ſint quæ per illam ſignificant̃/ac indicãt̃/q̃ deſignauit ac ꝓtulit ipſe: inſuper oĩs poſtulatio ſuppoſitioq;/aut uniuerſalis eſt/aut particularis: at neutrum iſtoꝝ diffinitionibus competit quare diffinitiones ſuppoſitiones poſtulationeſq; nõ ſunt: formas igit̃ aut unũ qđ p̃ter ipſa multa/nõ neceſſe eſt eſſe/ſi demonſtratio eſt: tñ uerũ eſt dicere neceſſario/unũ eſſe de pluribus prædicãdũ: nã ſi id nõ ſit: uniuerſale ſane nõ erit: at ſi uniuerſale nõ ſit/nõ erit mediũ ipſum: quare nec demõſtratio. Eſſe igit̃ unũ quid oportet idẽq; de pluribus non ſolũ cõmuni nomine prædicandum. Nulla aũt demõſtratio ſumit fieri non poſſe ut ſimul idem affirmet̃ atq; negetur: niſi fuerit opus/ut hoc ẽt pacto cõcluſio demõſtret̃: quod quidẽ fuerit/ſi ſumpſerimus affirmare qdem primũ de medio eẽ uerũ: negare aũt uerũ nõ eſſe. Nihil aũt refert mediũ eſſe atq; non eẽ ſumere/& tertiũ pari mõ: nam ſi datũ eſt id de quo hominem dicere uerũ eſt: dabit̃ & id ei quo non hominem dicere uerum eſt: ſed ſi tñ hoc totũ ſumat̃ hominẽ inquam animal: nõ aũt non aĩal eſſe. Erit etiam uerum Calliam dicere & nõ calliam: tamẽ animal: non aũt non animal ipſe dicere: cauſa aũt eſt/quia primum nõ ſolum de medio: ſed etiam de alio dicitur: propterea ꝙ ad plura ſeſe extendit. Quare nihil ad cõcluſionem refert: & ſi medium & ipſum eſt. Hoc aũt omne inquam affirmandum aut negandum eſſe ea demonſtratio ſumit: qua deducitur ad id quod fieri neqt: nec tamen ſemper uniuerſaliter: ſed quod ſatis eſt generi: circa quod genus demõſtrationes afferuntur/ſicut & prius eſt dictum.






Capitulum tertium.

COnueniũt aũt inter ſeſe ſcientiæ oẽs in hiſce quæ cõia ſunt: nõ in hiſce de q̃bus demonſtrãt: nec in his ẽt quæ demonſtrant. Cõia aũt ea dico quibus ſic utunt̃ ut ex ipſis demonſtrant: diſſerendi quoq; facultas cũ oibus conuenit: & ſi qua uniuerſaliter ipſa cõia oſtendere nitat̃: uelut oẽ quoduis affirmet̃ aut neget̃ oportet: uel ab æqualibus dẽptis æqualibus: æqualia ſunt ea quæ reſtant: uel taliũ aliqua: atq; ipſa diſſerendi facultas/nõ eſt ſic diffinitoꝝ quorũdam: neq; generis cuiuſdam: nõ enim interrogaret: demõſtranti: nãq; non licet interrogare ꝓpterea ꝙ ex oppoſitis nõ oſtendit̃ idẽ. hoc aũt demonſtratũ eſt in hiſcæ quæ de rõcinatione ſunt pertractata. Quod ſi eadẽ eſt interrogatio rõcinatiua: & ꝓpoſitio contradictionis: ſunt aũt in unaquaq; ſcientia ꝓpoſitiones ex quibus uniuſcuiuſq; ꝓpria conficitur rõcinatio. Erunt porro quædam interrogationes ad ſingulas ſciẽtias attinentes: Ex quibus fit cuiuſq; ꝓpria rõcinatio. Patet ergo non oẽm interrogationem geometricam eſſe: nec ad medẽdi artẽ oẽm accomodari: & pari mõ de cæteris: ſed aut ea ex qbus aliqd oſtendit̃/de quibus eſt ipſa geometria: aut ea q̃ ex eiſdẽ demõſtrãt̃: ex qbus geometria demõſtrat: qualia ſunt pſpectiua idẽ eſt & in cæteris intelligendũ: Atq; de his ipſis reddẽda quoq; rõ eſt ex geometricis principiis/cõcluſiõibuſue: ſed de principiis nõ ẽ reddẽda rõ geometræ/ut eſt ꝓfeſſor geometriæ: eadẽ ſunt & in cæteris ſcientiis obſeruãda: nec igit̃ artificẽ quẽq; quæuis percontari: nec ad quãuis interrogationẽ de ſingulis rñdere oportet: ſed ea tñ q̃ in ſcía ſua determinata ſũt. Qđ ſi qſpiã cũ geometra ut geometra ẽ/ſic diſſeruit: patet & bñ illũ eſſe diſceptaturũ/ſi ex his extenderit aliqd: qđ ſi nõ hoc diſſeruerit mõ: non bñ ſine dubio diſceptabit. Patet ẽt illũ nõ redarguere geometrã: niſi per accidẽs. quãobrẽ inter ignaros geometriæ de geometria diſſerendũ non eſt: latebit enim is qui dixerit praue. In cæteris etiam ſcientiis res ſeſe habet ſimiliter. Cũ aũt interrogatione ſint geometrice: ſunt ne & in geometrice. Et iterrogationũ eæ q̃

ab ea ꝓdeunt ignoratiõe quæ eſt diſpoſitio geometrice ne ſunt:& in quacũq; facultatũ ſimiliter:Præterea utra rõcinationũ ab ignoratione proficiſcitur:utrũ ea quæ ex oppoſitis conſtat:an ea quæ cõſtructa eſt uitioſe. At.n.in geometricæ interrogationes/ aut ex geometria ſunt/aut ex alia facultate:nam muſica quidem ĩterrogatio:ſi de geometria fiat in geometrica eſt. At æque diſtantes putare concurere: tum geometrica : tũ in geometrica eſt.duplex eſt enim in geometricũ:& perinde atq; ĩforme: atq; alterum ex eo quia nihil habet geometriæ/ut informe/quod uacat forma. Alterum ex eo quia aliquid eius praue complectitur:ut informe/quod turpem habet formam fœdamq;. At hæc ignoratio:& quæ ex talibus eſt principiis geometriæ contrariæ eſt. In mathematicis aũt nõ ſimiliter fraus fit cũ diſſeritur:quia mediũ eſt ſemper duplex:nam alter extremorum de hoc omni:& hoc rurſus idẽtidem de altero dicitur:atq; prædicatum nõ dicit̃ oẽ:hæc aũt licet quaſi cernere mentis perceptione:in diſſerendi uero facultatis diſceptiõibus latẽt. Eſt ne oĩs circulus figura:ſi deſignauerit patet:ſed quidnã ultra:carmina ne ſunt circulus:cõtinuo patet non eſſe. Atq; nõ oportet ĩficiationẽ ad ipm afferre:ſi ſit propoſitio inductiua:ut.n.neq; propoſitio eſt ea/quæ non ad plura ſeſe extendit:non enim erit de omnibus uniuerſalibus autem extruitur ratiocinatio:ſic patet nec eam inficiationem eſſe/quæ uniuerſalis non eſt:etenim eædẽ ſunt propoſitiones inficiationeſue:nam quam affert quiſpiam inficiationem ea uel diſſerendi uel demonſtrãdi propoſitio fieri poteſt. Fit autem ut quidam uitioſe concludant . propterea quod eos medios ſumunt:qui terminos utroſq; ſequuntur: quale quidem facit & Cæneus/ ignem gigni multiplicata ratione concludens hoc pacto:ignis ut dicit celerrime gignitur:qđ multiplicata gignitur ratione:id celerrime gignitur. Hoc autem modo conſtare ratiocinatio nequit:ſed ſi celerrimam generatiõem multiplicata ſequatur ratio:& ignem celerrima generatio.












Interdũ igitur fieri nequit/ut ex iis quæ ſumuntur rõcinatio conſtruat̃ interdum uero fieri põt:ſed nõ cernit̃:quod ſi fieri nõ poſſet/ut uerũ oſtendat̃ ex falſis: facile eẽt reſoluere:cõuerſio nãq; neceſſario fieret. Sit.n. A/uerũ:quod cũ ſit/hæc ſunt: q̄ quidẽ eẽ ſcio:ueluti B/ex iis igit̃ illud eſſe oſtẽdã. Cõuertunt̃ aũt ea magis quæ ĩ mathematicis ſunt:quia nullũ accidens ſed diffinitiones accipiunt:atq; hoc ẽt ipſo a diſſerendi differunt facultate. Accreſcit ẽt rõcinatio nõ per media ſed aſſumẽdo:nam A/de b/ſumit̃: & hoc de c.& hoc rurſus de d. Atq; hoc in infinitũ procedit:uerſus quoq; latus eius fit incrementũ. A/namq; de c:atq; de E/cõcluditur. Sit.n.a/quidẽ numerus abſolute: B/ uero ſimpliciter numerus ĩpar:Et c/definitus numerus impar. A/igitur de c/cõcludetur. Altera rurſus in parte:D/quidem ſit impar numerus ſimpliciter ſumptus:E/uero definitus numerus par:/A/igitur de E/concludetur.




## Capitulum quartum

DIffert aũt ſcire eſſe & propter quid eſt:primo quidem in eadem ſcientia:atq; in hac dupliciter:uno quidẽ modo/ſi ratiocinatio non per ea quæ uacãt medio fiat:non.n.prima ſumitur cauſa:ſcientia autem eius propter quid eſt/per primam fit cãm. Alio uero modo/ſi per ea quidem q̄ uacãt medio non tamẽ per cãm:ſed per notius eoꝝ quæ conuertuntur efficitur. Atq; nihil prohibet ut eorum quæ de ſeſe mutuo prædicantur notius interdum ſit id quod non eſt cauſa. Quare demonſtratio per idipſum efficietur:ueluti uagas ſtellas eſſe ꝓpe:quia nõ micant:uage ſtellæ ſunt C:non micare B:prope eſſe collocetur in A.




Vere igit̃ B/dicetur de C: uagæ nãq; ſtellæ nõ micant. at uere ẽt A/de ipſo dicetur b: qđ .n. non micat/id eſt propinquũ: hoc aũt per inductionẽ uel ſenſum ſumat̃. A/igit̃ neceſſe eſt ipſi competere C: quare demonſtratũ eſt uagas eſſe propinquas: hæc igitur rõcinatio nõ eſt ipſius propter quid eſt: nõ .n. quia non micãt/uagantes ſtellæ ideo ſunt prope: ſed qa ſunt ꝓpe/iꝗ nõ micant. Fieri .n. põt ut ꝑ alterꝝ/alterũ oñdat̃: atq; tunc erit ipſius ꝑꝑ quid ẽ rõcinatio: nã ſtellæ uagantes quidẽ ſint C: prope aũt eſſe in b: & non micare collocet̃. In a. & .b. igit̃ competit ipſi C: nam uagãtes ſtellæ ſunt prope: & A/conſtat ipſi competere B. ea nãq; non micant: quæ prope ſunt. Quibus fit ut A/quoq; competat ipſi C: atq; hæc ẽ ratiocinatio ipſius ꝓpter quid eſt: nam ſumpta eſt ipſa cauſa prima.




Rurſus fit ut luna per accretiones demõſtretur eſſe rotũda: quẽadmodũ qdã demõſtrant: nam ſi rotũdũ eſt id oẽ quod ſic accreſcit. Luna aũt ſic accreſcit: ꝑſpicuũ ẽ lunã eſſe rotundã. Atq; hoc quidẽ modo ea facta eſt ratiocinatio/qua ipſum eſſe oſtendit̃.






At ſi mediũ contra ponatur: extruetur ipſius propter quid eſt ratiocinatio: non .n. obccretiones tales/rotunda eſt luna. Sed quia eſt figuræ rotondæ: ideo talia ſuſcipit inarementa: atq; ſit in C/luna: rotundum in b/ſit accreſcere ponatur in A.




In quibus autem ipſa media non conuertuntur/& eſt id notius quod non eſt cauſa oſtenditur quidem eſſe. Ipſum autem propter quid eſt non demonſtratur. Præterea in his qbus mediũ extra ponit̃: etenim in his ipſis eſt ipſius eẽ: & nõ ipſius ꝑꝑ qd ẽ demõſtratio: non enim dicit cãm ipſam ueluti propter quid paries non reſpirat: quia nõ animal eſt: nam ſi hoc non reſpirandi cauſa eſt: oportebat animal reſpirandi cauſam eſſe: ceu ſi negatio cã eſt non eſſendi affirmatio cã eſt eſſendi: ut ſi calidorum ac frigidorũ ĩtemperatio ſanitatem non habendi cã eſt: eorũdem temperatio ſanitatem habendi cã eſt: pari quoq; modo ſi affirmatio eſſendi cã eſt: ad hæc autem quæ hoc pacto ſunt aſſignata/non accomodantur id quod eſt dictum: nõ enim animal omne reſpirat: atq; ratiocinatio cauſæ talis in media fit figura: A/nanq; ſit animal: B/reſpirare: paries C.



Igitur ip̄m A/cuilibet q̄dē B/competit: oē nāq; qđ reſpirat aial ē: nulli aūt ineſt C. Quare neq; B/cuipiā cōpetit c. paries igit̃ nō reſpirat. Tales uero cauſæ ſimiles ſunt hiſcæ q̄ per exuperationē dicunt̃. Hoc aūt ē mediū id dicere quod ſuperat cām: cuius generis eſt Anacharſidis illud: in ſcythia modulatrices non ſunt: nam neq; uites. In eadē igit̃ ſcientia & in mediorū poſitione hæ ſunt differentiæ rōcinationis ipſius eē/ ad ipſius ꝓpter qd eſt rōcinationem: alio uero mō differūt eſſe & ꝓpter quid eſt: quod ꝑ aliā atq; aliam utrūq; conſideratur: tales aūt ſunt eæ/quæ ita ſeſe habent ut altera ſub altera colloceť: ut ad geometriā pſpectiua: & ad ſolidorū ſciam machinarū facultas extruendarū: & ad arithmeticā muſica: & ad aſtrologiā ſeſe habet eorū ſcientia quæ apparēt atq; harū nōnullæ ſciarū noie rōneue fore cōueniunt: ceu aſtrologia eſt/& ipſa mathematica/& nauigādi ſcia/& muſica/ea ē quæ mathematica/& quæ auditū oblectat. Hic enim ip̄m quidē eſſe ad eos pertinet ſcire q̄ ſenſu utunť: Ipſum aūt ꝓpter quid eſt/ad mathematicos ipſos: hi nāq; cārum demōſtrationes hn̄t. Et perſæpe neſciūt ip̄m eſſe: quēadmodum ii qui cōtemplanť ip̄m uniuerſale: nōnulla ſingulariū q̄a nō aiaduertūt ſæpenumero neſciūt. Hæ aūt ſunt q̄ formis ipſis utunť q̄ quidem ſunt alia quædā ſubſtātiaq; diuerſa: Mathematicæ nāq; ſciæ ſunt/circa formas: de nullo. n. ſubo dicuntur. nā & ſi geometrica ipſa ſunt in ſubo: nō tn̄ ut in ſubiecto ſūt geometricæ cōſiderationi ſubiiciūtur: ut aūt perſpectiua ſeſe hēt ad geometriā: ſic a'ia ſeſe hēt ad perſpectiuā: ueluti de iride: nā ipſum quidem eſſe ad naturalē pertinet ſcire: ipſum aūt propter quid eſt/ipſius eſt perſpectiui: aut ſimpliciter aut eius qui complectitur mathematicā: compl ures etiā ſcientiarū: quæ nō ſūt ita diſpoſitæ: ut altera ſub altera ſit collocata pari mō ſe habent/ut medicina atq; geometria: nā ſcire ulcerū ea quæ orbis ſubeunt formā tardius cæteris curari ad medicū ſpectat: propter quid autem ad geometram.

Tractatus tertius — Capitulum primum.

Mulier uero habet quidem ſed inualidum. Puer autem habet ſed imperfectum. Eodem
modo ſe habere neceſſe eſt & circa morales uirtutes putandũ eſt:omnes participes eſſe
oportere:ſed non eodem modo:ſed quantum cuiq; opus eſt. Ex quo fit ut his qui impe
rat perfectam uirtutem habere debeat moralem:nam eius opus eſt ſimpliciter præci-
pientis:ratio autem præcipit atq; præſidet:aliorum uero unuſquiſq; quãtum ſibi com
petit. Quare patet uirtutem moralem eſſe omnium ſupradictorum:nec eadem mode
ſtia mulieris & uiri:neq; fortitudo/neq; iuſticia: ut Socrates putabat:Sed illa quidem
iubens fortitudo:hæc uero obediens:eodem modo & in aliis. Patet autem id magis p-
ticulariter conſiderantibus. Nam qui uniuerſaliter dicunt ꝙ bene ſe habere animũ uir-
tus eſt:& recte agere:aut aliquid tale:ſeipſos decipiunt. Multo enim melius dicũt qui
enumerant uirtutes quemadmodum Gorgias:q̃ qui ita diffiniunt. Quapropter opor
tet ſicut poeta de muliere dixit/ita cenſere in omnibus. Mulieri decus affert taciturni-
tas:ſed non ita uiro. Cum uero puer ſit imperfectus patet ꝙ & huius uirtus non ipſius



ad ſeipſum eſt:ſed ad perfectum & ducẽ:ſimiliter & ſerui ad dominum. Poſuimus aũt
ſeruum eſſe utilem ad neceſſaria. Itaq; patet ipſum uirtute indigere parua: & tanta: ut
neq; propter intemperantiam neq; propter timiditatem in operibus deficiat. Dubi-
tabit uero aliquis ſi uerum eſt quod nunc diximus:utrum artifices oportet habere uir-
tutem. Nam ſæpe propter intemperantiam deficiunt in operibus:uel hoc lõge differt.
Nam ſeruus quidem adhæret nobis cõmunione uitæ. Ille autem remotior eſt:& tantũ
ſibi competit uirtutis quantum ſeruitutis. Vilis enim artifex indeterminatam quandã
habet ſeruitutem:& ſeruus eſt ſm naturam. Sed nemo ſutor ut alius opifex. Patet ergo
ꝙ huius quidem uirtutis cauſam eſſe oportet dominũ ſeruo. non eum qui doctrinam
habet in operibus dominicã. Quapropter non bene dicunt qui ſeruos ſpoliant ratiõe:
dicentes:præcepto uti dũtaxat. Admonendi ſunt enim magis ſerui q̃ pueri. Et de his
in hunc modum determinatum ſit. De uiri autem & mulieris filiorũq; & patris uirtu-
te & conuerſatione ad inuicem quid recte uel contra:& quomodo oportet. Hoc quidẽ
facere:Ab illo autẽ abſtinere:in his quæ de repu. neceſſe eſt exequi nam cum omnis do
mus ſit ciuitatis pars:illi autem domus. Partis autem uirtus ad totum reſpicere debe-
at:neceſſarium eſt reſpiciẽtes ad rempu. filios uxoreſq; inſtituere:ſiquidem refert rectã.
inſtitutionem reipu. pueros & mulieres eſſe bene inſtitutos. Enimuero referat neceſ-
ſarium eſt. nam mulieres media pars ſunt hominũ liberorum. Ex pueris autem ſumun
tur qui rempu. gubernant. Quare cum de ſeruis determinatum ſit. De reliquis autem
in aliis ſit dicendum omiſſis propoſitis tanq̃ finem habentibus:alio ſumpto principio
illa diſcutiamus quæ tradita ſunt de optimo ciuitatis ſtatu.

Explicit Liber primus Politicorum.

Incipit Liber ſecundus Politicorum Ariſto. Leo. aretino interprete.

QVoniam propoſuimus conſiderationem facere de ciuili ſocie
tate quæ ſit optima omnium potentibus uiuere maxime ad
uotum. Oportet alias quoq; conſiderare res pu. quibus utun
tur ciuitates aliquæ bene legibus inſtitutæ uidentur. Et ſi ali-
quæ ſint aliæ ab aliquibus ſcriptæ quæ bene ſe habere uidean-
tur:ut recta inſtitutio utilitaſq; appareat. Nec putetur eſſe ad
oſtentationem & ſuperfluitatem quærere aliud præter illas.
Sed quia illæ non bene ſe habent/ideo hunc laborem a nobis
eſſe ſuſceptum. Incipiendum eſt autem ab eo quod eſt ſm na
turam huius conſiderationis principium. Neceſſarium quidem eſt aut omnia eẽ com
munia inter ciues:aut nulla:aut quædam. Enimuero nulla eſſe cõmunia impoſſibile cõ
ſtat eſſe:cum ciuitas ſit communio quædam. Ac primo neceſſe eſt locum eſſe commu
nem:nam locus quædam paritas eſt unius ciuitatis. Ciues autem ſocii unius ciuitatis.
Sed utrum melius fuerit in bene inſtituenda repu. quæcunq; recipere communẽ poſ-
ſunt ea omnia eſſe communia:uel quædam cõmunia eſſe: quædam non eſſe. Nam fie-
ri poteſt ut filii:ut uxores:& res quæ poſſidentur cõmunes eſſent: quemadmodum in
platonis re pu. Ibi.n. Socrates inquit:oportere cõmunes eſſe filios: & mulieres:& fa-
cultates. Id uero utrum præſtat ita fieri ut nunc fit:uel ſm legem illam in repu. ſcriptã.
Continet porro & alias turbationes permultas iſta mulierum cõmunio: & id propter



Peccat areti
nus ſubinde
in uertenda
hac particu
la ἦ. nam
quū deberet
uertere. An
dubitatiue
vertit ſemp
uel.

quod cenſuit legem hanc eſſe ferendam non uidet̃ conſequi ex rationibus. Præterea ad
finem quem inquit oportere ciuitati exiſtere: ut nunc quidem dictum eſt impoſſibile.
Quomodo autem trãſigere oporteat nihil determinatum eſt. Quod una uidelicet ſit
ciuitas tota: tanq̃ id ſit maxime optimum: ſuſcipit. n. hãc ſuppoſitionem Socrates. At
qui conſtat quod eo procedente: ut una fiat magis ciuitas non erit. Eſt. n. ciuitas multi
tudo quædam ſm naturam: quæ dum ſit una magis domus erit ex ciuitate: & homo ex
domo. Vnam enim magis domum cenſemus eſſe q̃ ciuitatem: & hominẽ unum q̃ do-
mum. quare etiã ſi poſſet quiſpiam hoc facere tamen non eſſe faciendum: quia perimit
ciuitatem. Nec ſolum ex multitudine hominum cõſtat ciuitas: uerumetiam ex eorum
multitudine qui ſpecie differunt. non fit enim ciuitas ex ſimilibus. Aliud enim federa-
tio q̃ ciuitas. Illa enim quantitate prodeſt & ſi eadem ſit ſpecie: cum auxilii gratia fiat:
ceu ſi pondus magis attrahat. Differret autem & eo modo ciuitas a gente quando per
pagos diuiſa nõ ſit multitudo. Sed quemadmodũ Arcades. Ex quibus autem unũ fieri
oportet ſpecie differunt. Quapropter par repoſſum ciuitatem conſeruat: ut in ethicis
dictum eſt prius: quoniam inter liberos & æquales neceſſarium hoc eſſe. Nam omnes
ſimul magiſtratum gerere impoſſibile eſt. Sed aut per annum: aut per aliam præfini-
tionem: & tempus. Atq; iſto modo fit ut omnes gerant magiſtrum. Ceu ſi mutarẽtur
ſutores: & fabri: nec ſemper idem ſutores ac fabri eſſent. Cum uero melius ſit ita ſe ha-
bere eſſe circa ſocietatem ciuilem manifeſtum ẽ melius foret ſi iidem ſemper magiſtra-
tum generent modo id fieri poſſet. Sed in quibus hoc fieri inquit: propterea ꝙ omnes
natura ſunt pares ſimul & iuſtum eſt ſiue bonum ſiue prauum ſit gerere magiſtra-
tum: ut omnes huius numeris participes fiant: & in eo imitari uiciſſim æquales ceden-
do inuicem alios aliis: nam alii regunt: alii reguntur in parte tanq̃ ſibiipſi alii fiant. Eo-
dem modo illorum qui regunt alii alios gerunt magiſtratus. Patet igitur ex his ꝙ non
recipitur ſic unam eſſe ciuitatem: & ꝙ maximum fore commodum ciuitatibus diceba-
tur: id interimit ciuitates. Atqui ſingulorum bonum ſingula conſeruat. Patet etiã alio
modo ꝙ quærere nimium unire ciuitatem nõ eſt melius: domus enim magis ſufficiens
eſt q̃ unus: ciuitas autem q̃ domus. Et uult iam ea quidem eſſe ciuitas cum habet ſuffi-
cientiam multorum ſocietas. Si igitur magis expetendum eſt quod magis ſufficientiã
habet: certe & minus unum eo quod eſt magis expectabilius eſt. Enimuero nec ſi op
timum ſit unum q̃ maxime eſſe ciuitatem: tamen id demonſtrare uidetur ex ſermone ſi
omnes dicant meum & non meum. Hoc autem Socrates putat ſignum eſſe ciuitatis ꝑ
fecte unitæ. At enim uerbum omnes duplex eſt. Si igitur tanq̃ ſinguli forſan eſſet ma-
gis quod efficere uult Socrates. Singuli enim eundem filium ſuum dicerent: & mulie-
rem eandem: & de facultatibus & de quibus aliis alia eodem modo. Nunc autem nõ ita
dicunt qui communibus utuntur mulieribus & filiis. Sed omnes quidem / at non ut ſin
guli ipſorum. Eodemq; modo de facultatibus omnes quidem ſed non ut ſinguli eorũ.
Quod igitur aberratio quædam ſit in uerbo omnes: manifeſtum eſt. Nam & utraq; &
imparia & paria dicit propter duplicitatem. Et in ſermonibus poſitum litigioſos facit
ſyllogiſmos. Quare hoc ipſum omnes dicere uno quidem modo bonum ẽ: ſed nequa-
q̃ poſſibile. Alio aũt mõ nihil conſentaneum. Habet ꝑterea quod dicitur nocumẽtũ ali
ud. Quod enim multorum commune eſt in eo minima adhibetur diligẽtia. Nam de ꝓ
priis maxime curant homines: de cõibus autem minus q̃ quantum ſingulis competit.
Tanq̃ enim alio curante ab aliis negliguntur. Quemadmodum in ſeruilibus miniſte-
riis famulantes: multi interdum deterius inſeruiunt q̃ pauci. Fiunt aũt unicuiq; ciuium



mille filii: & non ut ſingulorum: ſed cuiuſuis: quiuis ſimiliter eſt filius: quare omnes ſi
militer negligent. Præterea iſto modo ſinguli ſuum dicent bene agentem aut male quo
tienſcunq; continget numero. Puta meus eſt aut illius: hoc modo dicens de ſingulis ex
mille: uel ex quot ciuitas ſit: & hoc dubitans. Nã incertum cui contigerit genuiſſe filiũ:
& ſaluum eſſe genitum. Atqui utrum præſtat ſic dicere ſuum ita uocantes unumquéq;
duorum milium & decem miliũ uel magis ut nunc in ciuitatibus ſuum uocant. Hic q̃-
dem filium ſuũ: ille fratrem eundem: Ille nepotem: aut per aliam quandam coniũctio
nem. Et ex conſanguinitate uel affinitate ſui primũ uel ſuorum. Et præterea alterum ſo
dalem: alterum contribulem. Præſtat. n. eſſe proprium nepotem quam illo modo fili-
um. Quinimo nec uitari quidem poteſt quin agnoſcant a quibuſdam fratres & filii &
patres & matres. Nã per ſimilitudines natorum ad parentes neceſſarium eſt ut fidem
recipient ſimul. Quod tradunt ſcriptores quibuſdã populis ſuperioris libyæ euenire.
Habere enim mulieres cõmunes: filios tamen partiri inter ſe ſm ſimilitudines natorũ.
Sunt enim mulieres quædam: & animalia ceu equi & boues: quorum ea natura eſt: ut
ſimillimos genitoribus edant fœtus: ut equa illa apud farſaliam iuſta nuncupata. Et
præterea huiuſmodi moleſtias non facile erit uitari ab his qui eam ſtatuunt cõmunita-
tem. Puta plagas & neces partim uoluntarias: partim inuolũtarias: & rixas: & iurgia:
quæ nephas eſt cõmittere aduerſus parentes & propinquos magis q̃ aduerſus extrane
os. Sed frequentius illa euenire neceſſe eſt: ubi ignorant q̃ ubi ſciunt. Et ea ſi contingant
a ſciẽtibus expiari debito modo poſſunt: ab ignorantibus uero non poſſunt. Illud eti-
am abſurdum quod filios cõmunes fecerunt: coire ſolum amantes uetuerunt: amare ue
ro non uetuerunt: nec alios uſus quos eſſe patri ad filios: & fratri ad fratrem omniũ de
formiſſimum eſt: cum & amare ſolum abſurdum etiam non aliam ob cauſam coitionẽ
illorum uetuiſſe: niſi quia nimia uoluptas inde ſit prouentura: ſed quia pater ſit aut fi-
lius aut fratres ob eam rem nihil putare referre. Videtur autem magis prodeſſe: agrico
lis ut communes ſint mulieres & filii q̃ cuſtodibus. Minus enim erit amicitia ſi cõmu-
nes ſint nati & mulieres. Enimuero tales ſint quibus imperatur oportet quo ipſi pare-
ant imperio nec res nouas in ciuitate moliantur. Penitus autem contra eueniat neceſſa-
rium eſt ex huiuſmodi lege: q̃ quorum cauſa optimas leges eſſe oportet: & cuius gratia
Socrates cenſet ita inſtituendum & de natis & de mulieribus. Amicitiã enim putamus
maximum eſſe bonum ciuitatibus. Nam ſic minime ſeditionibus agitabuntur: & unã
eſſe ciuitatẽ laudat maxime Socrates. Quod & uidet̃ & ipſe inquit eſſe amicitiæ opus:
ut in amatoriis ſermonibus ſcimus dicentem ariſtophanem propter eximiam amanti-
um cupiditatem applicari ſimul & ex duobus fieri unum. Hic ergo neceſſariorum eſt
ambos corruptos eſſe uel unum. At in ciuitatibus neceſſe eſt amicitiam infirmam flu-
xamq; fieri propter huiuſmodi cõmunitatem: & minime dicere meum aut filium pa-
trem: aut patrem filium. Vt enim parum mellis multa in aqua diffuſum inſenſibilem
facit mixtionem. Sic accedit communitatem iſtam nequaq̃ neceſſariam in tali repu. a
nominibus extimantibus uel patrem ut filii uel filium ut patris uel fratres inuicẽ. Duo
ſunt quæ faciunt homines curam habere & amare / proprium ſcilicet / & affectio. Quo-
rum neutrum ſit neceſſe eſt in huiuſmodi repu. Inſuper tranſlatio illa natorum ex agri
colis: & artificibus in cuſtodes: & ex his in illos magnam continet difficultatem. Quẽ
admodum tandem fiet & cognoſcant neceſſe eſt dantes & transferentes quibus quos
dedant. Præterea & ſuperius dicta magis in his neceſſariũ eſt euenire: puta rixas & pla-
gas: & amores: & cædes. Nam non amplius appellant cuſtodes fratres & filios & pa-

tres & matres:qui aliis ciuibus & dedũtur: & rurſus qui ex cuſtodibus aliis ciuibus ut
tale caueant aliquid perpetrare ꝓpter conſanguinitatem. De communitate igitur nato
rum & mulierum determinatum ſit in hunc modũ. His cõſequens eſt de rebus quæ
poſſidentur conſiderare quomodo ſit cõſtituendũ illis qui in optima repub. uerſari de
beant. Vtrũ cõmunes eſſe uel non cõmunes: hoc ſeorſum ſcrutãdum eſt: nec ſimul cũ
his quæ de natis & mulieribus conſtituuntur: Dico autem circa res: utrũ & ſi ſint nati
mulieresq; ſeparatim quemadmodũ nunc ſint omnibus: præſtet tamen res eſſe cõmu-
nes & uſus: puta fundos proprios eſſe: fructus uero in cõe conferre: quod apud quaſdã
ſit gentes: uel contra ſolum quidem cõmune eſſe & cõmuniter coli: fructus autem par
tiri in proprios uſus: quod etiam facere dicũtur quidam barbarorum: uel & fundos &
fructus eſſe cõmunes. Si ergo alii forent agricolæ: ali9 eſſet modus & facilior. Sed cum
ipſi ſibi laborent imperãdo magnas ea res affert difficultates. Nã ſi in fruendo & labo-
rando non ſint pares: neceſſe eſt incuſationes exiſtant: contra fruentes quidem & cõſu-
mentes multa: parum uero laborantes his qui minus conſumunt: & multum laborãt.
Omnino autẽ conuictus omnis & communitas hominum difficilis eſt: & maxime in
his rebus probant eorum qui una peregrinantur ſocietates: quorũ pleriq; fere diſſident
inter ſe de paruis uilibuſq; offenſi. Nos quoq; miniſtris illis plurimum iraſcimur qbus
maxime utimur ad circularem famulatum. Communes igitur habere res has: & hmõi
cõtinet difficultates. Eo autem modo quo nunc fit ſi inſuper moribus & moderatione
legum rectarum honeſtetur: non parum perſtabit: habebit enim utriuſq; cõmoda. Di-
co autem utriuſq; uidelicet eius quod communes ſint res: & eius quod propriæ. Opor
tet enim ut res ſint propriæ: ſed quodammodo communes. Curæ enim diuiſæ ĩcuſatio
nes non parient: immo proficient: utpote ad proprium unoquoq; ſedulo incumbẽte.
At uero per uirtutem erunt: ut eſt in prouerbio amicorum communia. Eſt autem etiã
nunc quibuſdam in ciuitatibus in hunc modum ſubſcriptũ: ne putetur impoſſibile. Et
precipue in his quæ bene gubernãtur: aliqua ſunt: aliqua eſſe poſſunt. Propria enim ſua
quiſq; poſſidẽs partim utilia facit amicis: partim utitur communibus. ut in lacedæmo-
ne ſeruis utuntur uiciſſim tanq̃ forent uniuſcuiuſq;: & præterea equis: & canibus: & ue-
hiculis. Patet igit̃ eſſe melius: & ꝓpriæ ſint res: ſed uſu facere illas cõmunes. quẽadmo
dum aũt hoc fiat legiſlatoris erit prouiſio. Et ſane inenarrabile quantum interſit ad uo
luptatem cõſiderare aliquid eſſe propriũ ſui. Non enim fruſtra quiſq; ad ſeipſum ami-
citiam habet: eſt uero id naturale. Sed cum amatio ſui rep̃hendit̃: nõ illud rep̃henditur
quia ſe amet: ſed quia magis q̃ oportet ſe amat quẽadmodũ & amatio pecuniarum. nã
amant omnes ut ita dixerim talia. Atq & largiri: & opẽ ferre amicis: & hoſpitibus: & fa
miliaribus dulciſſimum eſt: quod fit ſi ꝓprie ſint facultates. Hoc aũt non contingunt
illis q nimis unam efficiũt ciuitatẽ. Et p̃terea duaꝝ uirtutũ opera manifeſte tollunt. Tẽ
perãtiæ erga mulieres alienas: a quibus laudabile ẽ ſe abſtinere. Et liberalitatis circa res
poſſeſſas: neq; enim diſcerni poterit liberalis: neq; liberalẽ operationẽ faciet ullam. Nã
in uſu earum rerum quæ ipſi poſſidemus liberalitatis ẽ opus. Illiuſmodi itaq; legis po
ſitio faciem habet apparẽtem: quã auditor libenter recipit: putans fore mirabilẽ quan-
dam amicitiam omnibus erga oẽs: præſertim cũ quis incõmoda accuſat rerum pu. non
ꝓueniẽtia ex eo quia non ſint cõmunes oĩum facultates: ceu litigia ex contractibus fal
ſorũ teſtiũ accuſationes: diuitũ adulatiões: quoꝝ nihil fit ꝓpter probitatem: ſed ꝓpter
improbitatẽ. Cũ etiã res in cõmuni habentes multo magis inter ſe litigare uideamus q̃
eos q ſeparatim poſſidẽt. Inſuper æquũ erat referre nõ ſolum quantis malis priuabunt.



ſi cõitatem rerum habebũt: ſed etiam quãtis bonis. Videt̃ aũt oĩno ĩpoſſibilis eẽ illa ui
ta. Cãm uero Socrati huius erroris putãdũ eſt fuiſſe ſuppoſitionẽ nõ rectã. Oportet
enim quodãmodo unã eſſe ciuitatẽ: & domũ: ſed nõ penitus. Eſt enim quo ſi procedat
non erit ciuitas. Eſt etiã quo erit quidẽ ꝓpe ut nõ ſit ciuitas/deterior ciuitas: uelut ſi qs
concẽtum faciat uniuocum: & uerſum pedẽ unum. Sed oportet cum ſit multitudo ut
prius diximus: per diſciplinam cõem & unã efficere. Et qui diſciplinam ſit adhibiturus
uolens per illam ſtudioſam facere ciuitatem. Abſurdum eſt ſi per talia quædã inſtituen
dam putet: ac non per mores: & per philoſophiã: & per leges. Veluti ſeruoꝝ iumento-
rũq; in lacedæmone: & cõmeſſationem ĩ Creta legiſlator cõem induxit. Neq; illud ſane
ignorandũ eſt: quia oportet ad longum tp̃s ac diuturnas conſuetudines inſpicere: an re
cte ſe habeant. Ferme. n. oĩa inuenta ſunt quidẽ: ſed alia nõ inducta: alia ab expertis re-
pudiata. Maxime aũt id apparet: ſi quis per opera inſpiciat rempub. ſic inſtitutam: nõ
aliter enim poterit feciſſe ciuitatem niſi ſeparet illa atq; diſtinguat partim ĩ cõmeſſatio-
nes: partim in genera: partim in tribus. Itaq; nihil aliud contingit lege prouiſum eẽ niſi
ut cuſtodes agros non colant. Quod nũc lacedæmonii facere ceptant. Modus uero to
tius reipu. quis futurus ſit in cõmune degentibus neq; Socrates ipſe ĩquit: neq; dictu fa
cile eſt. Atqui multitudo ciuitatis diuerſoꝝ ciuiũ eſt multitudo: de quibus nihil deter
minatum eſt: an & agricolis cões eſſe facultates oportet uel proprios ſingulorum. Præ
terea utrum mulieres & pueros ꝓprios uel cõmunes. Si enim eodem modo cõmunia
ſunt oĩa oĩum: quid different iſti ab illis cuſtodibus: uel quid plus ſuſtinentibus eorum
imperiũ: uel quã ob cãm imperiũ ſuſtinebunt: niſi forte p̃texunt aliqd tale quale creten
ſes qui cætera oĩa ſeruis permittentes gymnaſia ſolũ illis uetuerũt & armorũ poſſeſſio
nem. Quod ſi ut in aliis ciuitatibus ita apud illos talia erunt: quis modus erit cõmuni
tatis. Neceſſe ẽ. n. duas ciuitates in una eẽ ciuitate: & eas inter ſe contrarias. Facit enim
alios qdẽ cuſtodes quaſi in p̃ſidio cõſtitutos. Alios agricolas: & artifices: & cæteros ci-
ues. Litigia uero & iudicia & quot alia mala ciuitatib9 ꝓuenire inqt oĩa ꝓueniẽt ẽt iſtis
q̃q̃ dicat Socrates fore: ut non multum legibus indigebunt: propter diſciplinam: uelu
ti circa res urbanas: & circa forum: & aliis huiuſmodi legibus: tribuens ſolũ diſciplinam
cuſtodibus. Inſuper dominos facit ſuarum rerũ agricolas: ac tollere permittit. At mul
to magis putandum eſt fore illos graues & inſolentes: q̃ illas quæ apud quoſdam ſunt
ilotias: uel peneſtias: uel dulias. Enimuero ſiue neceſſaria ſunt hæc ſimiliter: ſiue nõ: ni
hil nunc quidem determinatum eſt: neq; de conſequentibus quæ ſit eorum adminiſtra
tio: & diſciplina: & leges quædam. Eſt autem neq; facile reperire: neq; parum referens:
quales hos eſſe oportet ad conſeruãdam cuſtodum cõmunionem. Atqui ſi mulieres fa
ciet cõmunes: facultates uero proprias quis curam habebit rei domeſticæ: ut agricultu
ræ uiri: etiam ſi ſint cõmunes facultates: & agricolarum mulieres. Abſurdum etiam ex
beſtiis facere ſimilitudinẽ: q̃ cõueniat eadem exercere mulieres: quæ uiri ad quos rei do
meſticæ cura nequaq̃ pertinet. Perículoſa eſt inſuper magiſtratuum conſtitutio quã ſic
facit Socrates ut ſemper ſint iidem. At hoc ſeditionis eſt cauſa: etiam apud illos q nul-
lam poſſident dignitatem. Quid ergo apud bellicoſos & animoſos uiros. Quod autẽ
ſibi neceſſarium ſit eoſdem ſemper magiſtratus facere patet. Nõ enim aliorum modo:
& modo aliorum miſcetur animis diuinum illud aurum: ſed ſemper eiſdem. Inquit au
tẽ quibuſdam ſtatim a genitura aurũ miſceri: quibuſdã argentũ: æs uero & ferrũ illis q
artifices futuri ſunt aut agricolæ. Præterea cuſtodibus fœlicitatẽ auferens totã inquit ci
uitatem facere beatam oportet legiſlatorẽ. At impoſſibile eſt totã eẽ beatã: niſi aut plu

rimi:aut oēs partes:aut quædā habeant fœlicitatē. Nō enim eorundem ē fœlicitas quo
rum & pars:nam pars recipit toti exiſtere & ſi nulli partium ad fœlicitatem īpoſſibile.
Quod ſi cuſtodes non erunt fœlices qui tandē alii:non enim artifices quidem neq; uul
gus.illa igit̃ reſpu.de qua Socrates locutus eſt has continet facultates: & alias his non
minores. Ferme aūt ſimiliter circa leges quoq; ſe habet poſtea ſcriptas. Quapropter
& de illa reipu.parte cogitare paꝝ melius erit. Etenī in repu.de paucis admodū deter-
minauit Socrates:ut de mulieꝝ & natoꝝ cōmunitate:& de rebus poſſeſſis: ac de inſti-
tutione reipu. Diuiſit.n.in duas partes multitudinē habitantiū in agricolas & propul-
ſatores belli. Tertiam ex his fecit eos qui conſultant ac deliberant:& in quibus ſumma
reipu.conſiſtit auctoritas. Agricolæ uero & artifices utrū nullius magiſtratus an alicu
ius ꝑcipes ſunt:& utrū arma poſſidere debeāt & una pugnare nihil determinauit. Sed
mulieres cenſet una pugnare debere:ac diſciplinam habere eandē quā cuſtodes. Cæte-
ra uero extraneis peregit ſermonibus:& diſciplinā cuſtodū qualē eſſe illā oporteret. Le
gū aūt maxima quidē pars leges exiſtunt pub. Pauca uero de repu.dixit. Quā dū ꝑgit
cōmuniorē facere paulatim circū agit in aliā rempu. Præter cōmunitatē enim mulierū
& reꝝ poſſeſſaꝝ cætera eadē utriſq; attribuit. Nā & diſciplinā eandē & abſtinētes uiue
re ab operibus neceſſariis. Et de cōmeſſatiōibus eodē mō:ꝑterq̄ quod hic exiſtimat mu
lierū quoq; cōmeſſationes eſſe debere:& hanc mille habentiū arma: Illā uero quatuor
miliū. Superfluū ergo quiddā & cōptum & nouū & dubitatiuū omnes Socratis habēt
ſermones. Sed cuncta recte forſan difficile. Nā etiam multitudo illa de qua nunc dice
batur latere non oportet cum tanta ſit:qa babylonia: aut alia quadam infinita regione
indigebit:ex qua ocioſorum quinq; milia cū mulieꝝ ac miniſtrātium multiplici turba
alantur. Suppoſitiones quidem ſunt pro arbitrio faciendæ:non tñ impoſſibiles. Dicit̃
autem debere legiſlatorē ad duo reſpicere in ferenda lege: ad regionem & homines:ad
dendum eſt & ad uicina loca:ſi oportet ciuiliter uiuere ciuitatem. Nō ſolum.n.neceſſa
riū eſt ipſam talibus uti ad bellū armis quæ utilia ſint in ſua regione:uerūetiam quæ in
aliena. Quod ſi quid huiuſmodi non recipit uitam:neq; priuatim: neq; publice:nihilo
minus tñ oportet terribilē eſſe hoſtibus:non uenientibus ſolum in regionē: uerūetiam
abeuntibus. De modo quoq; reꝝ poſſidendarum uidendum eſt ne forſan melius ſit ali
ter diffinire & clarius. Tantas inquit poſſidere oportet:ut modeſte uiuatur perinde:ac
ſi dicat ut bene uiuatur. Verū hoc eſt nimis generale:& eſt temperate uiuere:erū ꝑnoſe
tñ. At melius eſt dicere modeſte & liberaliter. Separatim.n.utrunq;:alterū enim luxu
riæ accomodabit̃ alterum difficultati. Cum ſolæ huiuſmodi uirtutes habitus ſint circa
uſum facultatum noſtrarum. Puta patrimonio manſuete uel fortiter uti non dicimur:
at modeſte & liberaliter dicimur. Quare neceſſariū eſt circa illud iſtas uerſari uirtutes.
Abſurdum quoq; eſt cū facultates adæquauerit de ciuiū multitudīe nihil determinare:
ſed indiffinitam relinquere multitudinē filiorum:quaſi ſufficienter adæquatam ꝓpter
ſterilitates ubicunq; contingat. Quod uidetur nunc quoq; euenire in ciuitatibus. Sed
opus eſt ut aliā certitudinē tunc habeat q̄ nunc. Nā nūc quidem nemo dubitat ex eo qa
in ſingulos diuiſæ ſunt facultates in quantacūq; multitudine. Tunc uero cum ſint indi
uiſæ neceſſarium diſpares nihil habere ſiue pauciores ſint multitudine ſiue plures. Ma
gis aūt putaret quis oportere determinatū eſſe modū ꝓcreandoꝝ filioꝝ q̄ facultatū:ut
nō plures q̄ determinatū ſit ꝓcreari oporteat. Et numerus diffiniendus eſt reſpectu ha
bito ad fortunas:ſi contingat decedere aliquos:& ad defectū procreandi cæteroꝝ. Præ
termittere aūt id ut in pleriſq; ciuitatibus neceſſe ē egeſtatis ſit cā ciuibus. Egeſtas uero



ſeditiones & delicta parit. Itaq; phidon corinthius unus ex uetuſtis legumlatoribus fa
milias cenſuit æquales permanere debere:& ciuium multitudinem q̄uis ſortitiones ha-
bebant prius oēs iniquas ſm magnitudinem:at in his legibus contrarium eſt. Verū de
his quemadmodū ſtatuendum putemus poſtea erit dicendū. Omiſſum eſt etiam in il
lis legibus queādmodū differant p̄ſides a ſubiectis. Inquit enim oportere queādmodū
ex alio lane filū dicit̃ q̄ linis ſic & eos q p̄ſunt ſe habere debere ad eos q ſubſunt. Cum ue
ro totam ſubſtātiā augeri dixerit uſq; ad quincuplū quare hoc utiq; nō erit in regiōe uſ-
q; ad aliquid. Videndū ē ēt ne ædificioꝝ diuiſio nō proſit ad rē familiarē. Duas.n.cuiq;
domos attribuit:at difficile ē duas habitare domos. Tota uero cōſtitutio uult eſſe ne
q; plebis gubernatio:neq; paucoꝝ potentium:ſed hoꝝ media quā uocāt rempu. Eſt.n.
ex his qui arma ferunt. Si igit̃ ut cōmuniſſimā oīum hanc conſtituit rempub. recte for
ſan dixit:ſin ut optimā rempu.non recte. Forſan.n.lacedæmoniorum rempu.quis ma
gis probabit:uel aliam quandam magis obtimatiū. Sunt qui dicant optimam rempu.
ex omni genere gubernationum admixtam eſſe debere:atq; ob id lacedæmoniorū lau-
dant rempu.cōſtare quidam illā ex paucorum potentia. Item ex uno principe & popu
lari ſtatu ponētes regem illoꝝ pro unius gubernatione. Senatum uero pro paucoꝝ po
tentia. Ephoros aūt ꝓ ſtatu populari:qm̄ ephori ipſi ex plebe ſumuntur: alii ephoratū
quidem tyrannidem putant:ſed populariter regi per cōmeſſationes & alium quotidia
num uictum. Sed in his legibus dictum eſt optimam rempu. ex plebeio ſtatu cōſtare
debere:ac ex tyrānide:quas aut nō reponat quis inter ſpecies rerumpu. aut deterrimas
omnium eſſe fateat̃. Melius ergo dicunt qui plures commiſcent. Nam quæ ex pluribus
conſtat reſpub.melior eſt. Deinde nihil uidet̃ habere ex unius gubernatōe: ſed ex pau-
corum potentia & populari ſtatu. Verum ad paucorum potētiā inclinare magis quod
patet ex magiſtratuum creatiōe. Nam quod ex delectis ſortitio fiat cōmune eſt utriſq;.
Sed quod neceſſe ſit dictiores habere:& magiſtratus creare:uel alios quippiam huiuſ-
modi publicorum negociorum facere:alios uero præteriri: id paucorum potentiæ eſt.
Inſuper conari ut plures ex diuitibus ad dignitates ſumantur:& ad maximas q̄dem ex
maximo cenſu paucorum potentia eſt & ſenatus aſſumptio. aſſumunt̃ enim cuncti ex
neceſſitate:ſed ex primo cenſu:poſtea totidem ex ſecūdo: poſtea ex tertio. Veꝝ nō oēs
neceſſe erat ex tertio uel quarto aſſumi. Ex quarto autem quartorum ſolis neceſſe eſt pri
mis & ſecundis. Poſtea ex his æqualem ex ſingulis cenſibus numerum eſſe ſumendum
inquit. Erunt itaq; plures & potentiores qui ex maximo cenſu ſumuntur. Propterea qa
ex plebe quidam non ſumuntur:quia neceſſe non eſt. Quod igit̃ non ex gubernatione
plebis:ac unius principatu cōſtabit huiuſmodi reſpu.ex his patet. Patebit etiam poſtea
cum de ea ſpecie reipub.tractabimus. Habet etiam circa magiſtratuum creationē dele
ctorum:delectum periculoſum. Nam ſi aliqui conſpirare uelint etiam mediocri nume
ro ſemper ſecundum horum uoluntatem fiet aſſumptio. In legibus igitur illa reſpubli.
ita ſe habet. Sunt uero & aliæ quædam reſpu.tum idiotarum:tum philoſophoꝝ:& ī
adminiſtratione ipſarum uerſantium. Omnes autem hæ propinquiores ſunt illis ſecun
dum quas nunc regunt q̄ iſtæ duæ. Nullus enim neq; de cōmunitate filiorum: neq; de
mulieribus talem aliquam introduxit nouitatē:neq; etiam de fœminarum cōmeſſatio-
nibus:ſed a neceſſariis magis inchoant. Videtur quibuſdam maximum ut de patrimo
niis recte cōſtituat̃:nam hinc ſeditiones oriri cunctas aſſerunt. Quamobrem Phaleas
chalcedonius ante omnia de hac parte conſtituit. Inquit.n. patrimonia ciuium æqua-
lia eſſe debere. Hoc aūt perfacile factū eſſe:ſi ſtatim ab ipſa conditione ciuitatis ꝓuide

ret̃.Poſtq̃ uero condita foret difficilius quidem:attamē ſatis mature adæquari poſſe:ſi
diuites dotes dent nec accipiāt.Pauperes aūt contra accipiant dotes:& nō tradāt.Pla-
to aūt in legibus ſuis uſq; ad aliquid cenſuit eſſe pmittēdum.Nā ſupra quincuplū eius
qd̃ foret minimū nemini licere ciuiū poſſidere:ut prius diximus. Sed oportet ne id q-
dē latere legiſlatorē qd̃ certe nunc latet:quod qui patrimonio modū īponit:debet ēt fi
lioꝝ numero modū īponere.Nā ſi excedat multitudo filioꝝ patrimonii facultatē:ne-
ceſſarium erit lege abrogare:& ſine ulla abrogatione improba lex erit: qm̄ ex diuitibus
pauperes facit.Opus eſt ergo ne tales ſeditioſi efficiantur.Quod igitur ualet aliquid ī
repu.patrimonioꝝ exæquatio:& ueterum alicui uidentur cognouiſſe:ut Solon conſti
tuit:& apud alios lege cauetur:ut non quantum quiſq; uelit ſed quantum lex permit-
tit agri poſſideant.Eadem quoq; rōne patrimonia ſua alienare leges uetant.Vt ē apud
locros lege cautum ne quis patrimoniorum alienare poſſit niſi euidentem calamitatē
oſtenderit ſuperueniſſe.Præterea ut antiquæ hereditates conſeruent̃.Quod ſublatum
apud leucada ualde popularē eoꝝ ciuitatem effecit.non.n.amplius euenit ex taxatione
cenſus ac magiſtratus aſſumi : ſed & æqualitatem quidem patrimoniorum conſtituit.
Verū hæc aut ita magna eſſe delitiari liceat:aut ita exigua ut tenuiter uictum agāt.Pa
tet igitur nō ſufficere patrimonia exæquata fuiſſe a legiſlatore:ſed mediū coniectandū
eſſe.Præterea ſi quis mediocria ſtatuat omnibus patrimonia nulla utilitas ē. Magis.n.
cupiditates adæquāde ſunt q̃ patrimonia.Hoc autem fieri non poteſt niſi ſufficienter
diſciplina ciuibus adhibita per leges:ſed forſan reſponderet Phileas hoc ipſum ſe dice-
re.Cenſet enim horum duorum æqualitatem ciuitatibus ineſſe debere patrimoniis.ſ.
ac diſciplinæ.Sed quæ tandem hæc diſciplina ſit exprimēdum fuit.Et unam eandemq;
eſſe nihil prodeſt:nam fieri poteſt ut ſit una eademq; diſciplina. Verum eiuſcemodi p
quam cupidi fiant pecuniarū:aut honoris:aut utriuſq;.Inſuper ſeditiones oriunt̃:non
ſolum ob patrimoniorum:uerum etiam ob honorum inæqualitates:& hoc diuerſum
in alterutro.Nam multitudo quidem grauiter fert īæqualitatem patrimoniorum:præ
ſtantes aūt uiri honorum æqualitatē.Vnde illud natum eſt.Honori īcumbit tā igna-
uus q̃ bonus.Non ſolum uero homines propter neceſſaria iniuriantur quorū remedia
putāt adæquationem patrimoniorum: ne ſpoliet alios:propter frigus:aut propter fa
mem:uerumetiam ut gaudeant neq; concupiſcant.Nam ſi maiorem habeant neceſſa-
riorum cupiditatem:ob huius medelam iniurias inferunt. Non ergo ob hanc ſolum:
uerumetiam ſi cōcupiſcant ut moleſtia careant:& uoluptate fruantur.Quod igit̃ hoꝝ
trium remedium eſt:his quidem exiguum patrimonium & opificium. Illis aūt tempe
rantia.Tertium uero ſi quis uelit per illa delectari : nō aliunde q̃ a philoſophia quærat
remedium.Nam cæteræ quidem hominibus egent cum iniurias inferunt plurimū ꝓ-
pter ſuperflua:non propter neceſſaria:puta tyrannidem inuadunt non ut frigus repel
lant.Quapropter honos maximus habet̃ non ei qui furem occiderit : ſed ei qui tyran-
num.Itaq; Phaleas paruis dumtaxat iniuriis hac ſua reipu.cōſtitutiōe ſuccurrit.Præte
rea multa ſtatuere pergit per quæ ad ſeipſos recte īſtituti erūt.Sed oportebat quoq; ad
finitimos & peregrinos omnes.Neceſſe eſt ergo conſtitutam eſſe rem pu.ad bellicum
robur:de quo ille nil dixit. Eodem mō de facultatibus.Tantas enim eſſe oportet: ut
non ſolum ad ciuium uſum:uerumetiam ad pericula externa ſufficiant. Quare nec ita
magnas eſſe decet:ut finitimi concupiſcant:quibus reſiſti nō poſſit. Nec rurſus ita par
uas ut cum paribus & ſimilibus bellum nequeāt ſubſtinere.Ille igitur nihil determina
uit.Oportet aūt neq; id latere quātas facultates habere cōducat.Forſitā recta determi-



natio fuerit tātas eſſe debere ut lucrū ſuperantibus bello afferre nō poſſit:ſed ita quaſi
nihil ſuperacquirant.Quare ebulus conſiderare iuſſit autopharardatē cū atarnea obſi
dere uellet.Cogitaret.n.quāto tpe circa expugnationē eius loci diſtinebit̃ ad exiſtima
re huius tēporis iacturam.Velle.n.pro minori præcio iam tūc atarnea relinquere:quæ
cū dixiſſet Autopharardatem in ſnīam traxit & obſidionē prætermittere fecit.Hēt igi-
tur utilitatem exæquatio patrimonioꝝ inter ciues:ne inde ſeditiones oriantur: uerū ut
ita dixerim/nō admodum magnam:nam & p̄ſtātiores cōqueri poſſent quaſi ipſi plus
habere debeant.Ex quo fit ut ipſi ſæpe inſurgant:ac ſeditiones concitent.Præterea im-
probitas hoīum inſatiabilis eſt:& primo quidem ſufficere dicunt pauca atq; minima:
mox uero ubi illa ſunt conſecuti plura appetūt ſemper quouſq; ī infinitum procedant.
Infinita eſt enim cupiditatis natura:ad cuius expletionem plurimi uiuūt. Horum igi
tur principium eſt magis q̃ patrimonioꝝ exæquatio:ciuitatem ſic īſtituere ut boni qui
dem uiri plus q̃ ſibi cōpetat habere nō quærant.Improbi autem ſi quærant habere non
poſſint.Hoc aūt fiet ſi inferiores ſint nec iniuriam patiant̃.Nec uero ī hac ipſa exæqua
tione patrimonioꝝ recte eſt ab eo diſpoſitum:cum fundos & agros exequet ſolū : ſed
ſunt ſeruoꝝ quoq; armentorumq; & pecuniarum diuitiæ:& apparatus ingens earū re-
rum quas ſuppellectilem uocitamus.An igit̃ horū oīum exæquatio querēda ē:uel mo
deratio quædam mediocris uel cuncta omittenda. Videt̃ autem ex ipſaꝝ legum poſi-
tione ciuitatē exiguam conſtituere:ſiquidem artifices omnes publici erūt nec multitu-
dinem augebunt ciuitatis.Sed certe publicos eſſe eos qui publica faciunt opera opor-
tet quemadmodū epidamnii & quemadmodū Diophantus quandoq; athenis conſti-
tuit.De Phaleæ igit̃ repu.fere ex his deprǽhēdi poteſt ſi qd ab eo ſit bene dictū.Vel nō
bene. Hippodamus aūt mileſius qui & ciuitatum diuiſionē īuenit & Piræum abſcin
dit cum eſſet in cætera quoq; uita moroſior propter gloriæ cupiditatem uſq; adeo ut q
buſdam uideretur ſuperfluus capillorum ꝓlixitate & ornatu ſumptuoſo.Præterea ue-
ſtitu uili qdem:ſed admodum fracto:non ī hyeme ſolū:uerumetiam in eſtate.Studio
ſus aūt de oī natura eſſe uolēs primus oīum q non in repu. uerſati eſſent aggreſſus eſt
aliquid dicere:de optimo ciuitatis ſtatu.Conſtituit aūt ciuitatē multitudine decē mili-
um ī tres diuiſas partes.Faciebat.n.unam ptem artifices.Alteram agricolas.Tertiam
ꝓpulſatores belli & habētes arma.Diuiſit quoq; regionē ī tres partes ut eēt pars una ſa
cra:alia publica:tertia priuata.Vnde cultus diis fieret ſacra:unde uero ꝓpulſatores bel
li alerent̃ publica:quæ autē agricolarum foret priuata.Legū quoq; tres eſſe ſpecies ſolū
putabat.De qbus uero iudicia fierent totidem eſſe numero iniuriā: damnum: cedē.Po
nebat quoq; unum iudicium prīcipale:ad quod omnia male iudicata reducerentur. Id
q; conſtituebat ex ſenibus quibuſdam delectis.Sententias uero ī iudiciis non calculis fe
rendas eſſe cenſebat:ſed unumquēq; iudicem tabellam afferre:ī qua ſcriberet ſi condem
naret ſimpliciter ſententiam.Sin abſolueret ſimpliciter uacuum : ſin partim condem-
naret partim abſolueret idipſum diffiniret.Nam ut nunc qdem fit non recte ꝓuiſum
a lege exiſtimabat:qa coguntur hoīes alteruttum iudicantes peierare.Ferebat quoque
legem de hiis qui utile quippiam ciuitati reperiſſent:ut honoribus afficerent̃:filios au-
tem eorum q pro patria bellando occubuiſſent ex publico alendos eſſe: quaſi id nō pri
us fuerit lege prouiſum.Nam eſt athenis ea lex & aliis quibuſdā ciuitatibus. Magiſtra
tuum uero oīum electiones populo attribuit:populum autē faciebant tria illa genera
ciuium.Qui uero delecti eſſent eorum rerum pub. curam habere debere:item hoſpita
lium & pupillaruim.Plurima igitur ac maxime digna memoratu ī hippodami conſti-

turione iſta ſunt. Sed primo dubitabit aliquis de partitione ciuiū: nam & artifices: &
agricolæ & q arma tenēt oēs in reipu. cōione uerſant. Veꝝ agricolæ quidē arma nō ha-
bēt. Artifices autem neq; arma neq; agros. Itaq; fiunt quodāmodo ſerui eorum qui ha
bēt arma. Participes eſſe igit̃ oīum honoꝝ īpoſſibile eſt: cū ſit quidem neceſſarium ex
hiis qui habēt arma conſtituti belli duces: & cuſtodes ciuium & principaliſſimo ut ita
dixerim magiſtratus. Qđ ſi participes non ſint reipub. qūo bono animo eſſe poterūt
in re. pub. Enimuero potentiores eē oportet illos q arma tenēt ambabus ꝑtibus. Id au
tē nō facile eſt niſi multitudine exuperēt. Quod ſi hoc erit quid opus ē alios partic pes
eſſe reipu. & ſuffragia magiſtratuū habere. Præterea agricolæ qd utilitatis afferūt ciui-
tatibus. Artifices. n. eē neceſſarium eſt. nā oīs ciuitas artificibus indiget: & poſſunt ꝓfi
cere ex artibus queādmodū in aliis ciuitatibus. Sed agricolæ ſi habētibus arma uictū
parant merito forent pars aliqua ciuitatis. At hi priuatim habent agros ex quibus pro-
pulſatores belli uictū habere oportet: ſi ipſi idem colant nō eēt: aliud agricola: aliud ꝓ
pulſator belli: qđ legiſlator eſſe uult. Sin alii quidā ab agricolis & ꝓpulſatoribus quar-
tū erit mēbrū ciuitatis nullius particeps: ſed alienū a repu. Quod ſi qs dicat eoſdē agri
colas: & ſuos colere: & publicos agros: primo fructuū multitudo nō ſufficeret ex qbus
ſinguli binis domibus habeāt miniſtrare. Deinde quāobrē nō ſtatim ex eiſdē agris ꝓ ſe
q; alimēta ſumāt: & ꝓ ꝓpulſatoribus exhibeāt. hæc ſane oīa magnā cōtinēt turbatiōem
nec de iudicio quoq; recte ſe hēt lex quæ iudicādū putat: cū diſtinctione litē ſimpliciter
ſcripta ita ut ex iudice fiet arbitrator. Hoc. n. in cōpromiſſo in plures facto recipit̃. Cō-
ferūt. n. inter ſe de ſnīa ferenda: ſed in iudiciis non recipitur immo legumlatores pleriq;
contra ſtatuunt ne iudices inter ſe colloquantur. Deinde qūo nō erit litigioſa ſententia
cū iudex non putat tm̄ deberi quantum patitur. Nam ſi petitor uiginti minas poſtula
bat. Iudicum aūt unus decem iudicet: alter quiq;: alter quatuor: & hoc modo diuidēt:
& alii in totum condemnabunt: alii ī nihilū: quis erit modus ſententiarum cōcordanda
rū. Præterea nemo peierare cogit ſimpliciter condemnantem uel abſoluētem ſi ſimpli-
citer petatur. Non enim cum abſoluit nihil debere iudicat: ſed uiginti minas non debe
re. At ille periurat qui cum putat uiginti minas non deberi tm̄ condemnat. De eo au
tem quod īuenientibus aliquod comodū ciuitati honores tribuēdi ſunt non eſt tutum
lege cauere: ſed apparentiam ſolū ꝓbabilem habet. Continet. n. calumnias & motū for
ſan. r. pu. Sed incidit hæc ī aliam quæſtionē & conſiderationem aliam. Vtrum damno
ſum ſit uel utile ciuitatibus leges patrias mutare: ſi ſit alia melior. Quapropter non eſt
facile dicto ſtatim aſſentiri: ſiquidem non conducit mutare. Fieri autem poteſt ut īdu-
catur: aut legum: aut reipu. diſſolutio tanq̄ cōmune bonum. Sed cum in hanc mentio
nem īciderimus: etiam pauca de eo perſtringenda ſunt. Habet. n. ut diximus dubitatio
nem: & melius uideri poteſt ut mutationem recipiant. Nam ī aliis quidem ſciētiis hoc
prodeſt: ceu ſi medicina ab īſtituris patriis mutet̃: & gymnaſtica: & aliæ artes: atq; fa-
cultates. Quare cum una ponenda ſit ciuilis diſciplina. Patet in ea quoq; eandem ratio
nem eſſe tenendam. Probare autem hoc dicet aliquis & ī ipſis rebus. Antiquas. n. leges
nimiū rudes eſſe & barbaras. Armati ſiqdem īcedebant græci: & uxores emebant inui-
cem: & quæcunq; uetuſta iura alicubi extant penitus rudia ſunt: ceu apud cunas de cæ-
de lex eſt ſi accuſator teſtes īducat: ex agnatis ꝓpriis reum eſſe cædis contra quem ꝓba-
tur. Qærunt autem non patruum: ſed bonum omnes. Putādumq; eſt priſcos illos ho
mines: ſiue ex terra geniti fuerunt: ſiue ex corruptione aliqua ſeruati ſimiles fuiſſe igna
ros & imprudentes quod de terra natis dicitur ut abſurdum ſit ī eorū opinionibus per



ſiſtere uelle. Præterea neq; leges ſcriptæ meliores ſunt ſi ſunt īmutabiles. Vt enī in aliis
artibus ſic etiam circa ciuilem conſtitutionem impoſſibile ē ſingula ad minimum uſq;
cōpræhendere. neceſſe eſt enim ut generaliter ſcribantur: at illa quæ agunt̃ particularia
ſunt. Ex iis ergo uidet̃ & quaſdam leges & quandoq; eſſe mutandas. alio autem modo
conſiderantibus cauendum uidetur eſſe. Maxime cum utilitatis quidem acceſſio par-
ua ſit. Aſſueſcere uero faciliter leges mutare in probandum. Conſtat uero errata quæ-
dam eſſe tolleranda: & legumlatorum & magiſtratuum. non enim tantum proderit q
corrigere perget. quantum nocebit aſſuefactio ſuperioribus non parendi. Mendax &
de artibus exemplum. neq; enim ſimile eſt mutare artem atq; legem: nā lex nullā uim
habet quo ſibi ſtetur: niſi ex more. Mos aūt non fit niſi temporis longitudine. Quare
faciliter mutare leges ex præſentibus ī alias nouas infirmā facere ē uim legis. Præterea
ſi mutandæ ſunt leges utrū oēs & in oī. r. pu. uel non. & utrū quocūq; aut quibuſdam.
In his. n. magna eſt differentia. Quapp nūc qdē omittamus cōſideratione hāc. nā alio
rū ē tēporū. De lacedæmonioꝝ aūt. r. p. & cretēſiū ferme aūt & de aliis duo ſunt con
ſideranda. Vnū ſi quid recte uel nō recte ad optimā conſtitutionem ī illis ſi ordinatū.
aliud ſi qd ad ſuppoſitionē & modū ſub cōtrariæ ſibi exiſtenti reipu. Quod igit̃ neceſ-
ſariū eſt in bene cōſtituenda rep. neceſſarioꝝ ad eſſe facultatē oēs fatent̃: ſed queādmo-
dū id futuꝝ nō facile eſt cōpræhēdere: nā & Peneſte theſſaloꝝ multotiēs in ipſos theſſa
los inſurrexerunt. Et Ilotes lacedæmonioꝝ in caſibus eoꝝ aduerſis nunq̄ inſidiari de-
ſtiterunt. Verum apud cretenſes nihil adhuc tale accidit. Cā forſan eſt quia uicinæ ciui
tates q̄uis inuicem bellum gerant: tamen earum nulla rebelles recipit: qm̄ id non con-
ducit: quando & ipſæ periœcos habēt. At lacedæmonioꝝ finitimi oēs inimici erāt Argi
giui Meſenii Archades: nā & theſſali ab initio rebellarunt. Dum cum finitimis achæis:
& cū Perrhæbis: & magneſiis gererent bellū. Videt̃ aūt & ſi nihil aliud: attamen hoc ip
ſum eē per difficile queādmodū cū eis ſit conuerſandū. Nā ſi remiſſe erga illos te geras
ſuperbiūt illi quidē: ac ſe pares dominātibus extimāt. Sin aſpere tractent̃: inſidiantur:
atq; odio habent. Patet igit̃ non reperire optimū modū eos qbus iſta contingunt circa
ſubiectos. Præterea leuitas in mulieres & ad propoſitū reipub. nocet ad directionē ci-
uitatis. Vt. n. domus ꝑtes ſunt uir & uxor. Ita & ciuitatem bifariā diuidi cenſendū eſt:
in uirorum multitudinē ac mulierum. Quocirca in quacūq; republica male prouiſum
eſt circa mulieres in ea putandum ē medietatē ciuitatis eſſe neglectam: quod ibi conti-
git. Volens enim legiſlator totam ciuitatem eſſe durā ac laborum patientē: in uiris qui
dem id feciſſe conſtat: in mulieribus aūt nō feciſſe. Viuunt enim molliter ac in omnem
licentiā diſſolute. Itaq; neceſſarium in tali repub. diuitias haberi ī precio: præſertim cū
uiri ſint mulieribus obnoxii: quod accidit omnibus ferme militaribus bellicoſiſq; genti
bus: præterq̄ celtis: aut ſiqui alii coitum maſculorum palam receperunt. Videtur autē
qui primus fabulatus eſt non irrationabiliter uenerem marti coniunxiſſe: qm̄ oēs huiu
ſcemodi homines proni ſūt ad uenerea illiſq; obnoxii. Itaq; apud lacedæmonios hoc fu
it multaq; in eoꝝ principatu a mulieribus adminiſtrabantur. At enim quid refert utrū
mulieres ipſæ gubernent an eos qui gubernant a mulieribus gubernari. Idem enim ac
cidit. Cumq; inſolentia ad nullum obſequium utilis ſit: niſi forte ad bellum maxime no
ciuæ etiam ad hoc ipſum laconum mulieres erant patefecerunt hoc in thebanorum ad-
uentu: non enim magis utiles præſtiterunt ſed q̄ aliarum ciuitatum mulieres & tur-
bam inferebant magis q̄ hoſtes. Ab initio igitur rationabiliter contigiſſe lacedæmo-
niis uidet̃ in mulieres indulgentia cum per militiam multum domo abeſſent. Argiuis

primo:mox archadibus & Meſenis bellum inferentes.Irrefragantes enim ſeipſos legũ
latori præſtabant aſſuefacti ꝓpter militarem uitam.Multas enim continet utilitatis p
tes.Mulieres autem fertur ligurgus deducere conatus ad leges.At ubi repugnabãt ab
ſtinuiſſe.Cauſæ igit factorum hæc ſunt.Itaq; & huius omiſſi.Sed nos non id conſide-
remus.cui uenia danda ſit uel nõ danda ſed rectum ne ſit:uel non rectum.Quæ opor
tet porro circa mulieres non bene ſe habent uidentur ut diximus ante nõ ſolũ ipſa per
ſe indecentiã quãdã facere in repu.ſed ĩpellere quoq; ad cupiditatẽ pecuniæ.Poſt illa.n.
quæ nunc dicta ſunt inæqualitatem rerum poſſeſſarum quis reprehẽdat.Nam eorum
quibuſdam hoc euenit ut magnam nimium opulentiam haberent.Aliis uero ut peni-
tus exiguam.Quapropter ad paucos deuenerunt agri:hoc autem & ex eo accidit quia
male fuerat lege prouiſum:emere quidem aut uendere quod habeas fecit non honeſtũ/
recte id quidem.Sed donare ac teſtamento relinquere conceſſit.Atq; idem accidat ne-
ceſſe eſt per hunc modum & illum.Sunt enim mulierem fere ex quinq; partibus totius
regionis quæ multis heredibus inſtitutis & traditione dotum magnarum.Atqui me-
lius erat aut nullam aut paruam aut mediocrem eſſe conſtitutam.Nunc aũt licet dona
re ex teſtamẽto cuicũq;:ẽt ſi nullo ĩſtituto herede deceſſerit.Ex quo factum eſt ut regio
ſufficiens mille & quingẽtos equites alere:peditũ uero triginta milia:ne mille quidem
totos habeat.probauit aũt res ipſa praue apud illos in hac pte fuiſſe prouiſum:qm̃ uno
modo plaga ſuſcepta ciuitas ea corruit nec ultra pertulit ob hoĩum paucitatẽ:aiũt ẽt p
tpa primoꝝ regum nouos hoĩes permultos ciuitate donatos ob numeꝝ ciuiũ qui bel-
lo diminuti fuerãt ad augẽdũ:& aiunt fuiſſe qñq; ſparciatas decẽ milia:attamẽ ſiue ſint
iſta uera:ſiue nõ ſint:melius eſt per ad æquiuocationẽ poſſeſſionum replere hoĩbus ci-
uitatẽ.Contraria & quodãmodo huic ꝓuiſioni lex illa circa prolem:uolens.n.legũla-
tor q̃plurimos fore ſpartiatas inducit ciues ad multitudinem procreandam.Eſt.n.illis
lex qui tres genuerit filios eum eſſe ĩmunem a cuſtodia.Qui uero quatuor ĩmunem eẽ
ab oĩbus.Atqui patet ꝙ ſi multi gignant regione ſic diſtributa:neceſſarium eſt multos
fieri pauperes. At enim & quæ circa ephoros conſtituta ſunt praue ſe habent:hic eni
magiſtratus maximaꝝ apud illos reꝝ ptãtem habet:ſumunt aũt ad eum ex plebe oẽs
ut multotiens contingat hoĩes ualde pauperes in hac ptãte conſtitui qui pp egeſtatem
uenales ſint.Oſtẽderunt ei & ſæpe prius & nunc in andriis.Corrupti.n.pecunia quidẽ
quantũ in ſe fuit repub.euerterunt:& propter eius magiſtratus nimiam poteſtatem:ac
& tyrannidi parem reges ipſos populares fieri compulerunt:ut in hac quoq; parte reſ-
pub.lederet.Popularis enim ſtatus ex optimate reſultauit.Cõtinet tñ re.pu.magiſtra-
tus iſte.quieſcit enim plebs ex eo quia maximi magiſtratus capax eſt.Ita ſiue per legiſ-
latorem ſiue per fortunam euenit hic utiliter ſe habere.Oportet enim rẽpu.quæ diutur
na ſit uelle ut oẽs ciuitatis partes conſtent atq; in ſtatu ſuo permaneant.Reges ergo ꝓ
pter honorẽ ſuũ ita ſe habebunt.Præſtantes aũt uiri propter ſenectutẽ.Nã ea dignitas
uirtutis eſt præmiũ.Plebs aũt pp ephoriam:nam conſtituit ex oĩbus.Sed oportebat
hunc magiſtratum ſumi quidẽ ex oĩbus:nõ tñ per hunc modũ per quem nũc fit eſt eni
nimium puerile:& iudicandi de magnis rebus ptãtem hñt hoĩes contingẽtes.Itaq; me
lius foret non ſm ꝓpriã mẽtẽ eos iudicare:ſed ſm litteras & leges.Et ẽt ephororũ uita
nequaq̃ conueniens propoſito ciuitatis.Nã ephori quidẽ molliter uiuũt.In cæteris aũt
tanta aſperitas eſt uitæ ut nequeant hoĩes illam perferre:ſed clam tranſgrediens legem
uoluptatibus fruant.Seniorum quoq; poteſtas non recte apud illos conſtituta eſt.nã
ꝙ ſint uiri boni ac ſufficienter ad uirtutem eruditi dicet forſan aliqui ciuitati cõducere.
Enimuero



Enimuero ꝙ per omnem uitam magnis de rebus decernendi poteſtatem habeant peri
culoſum eſt.Eſt enim ut corporis ſic ẽt & ciuitatis ſenectus.Per hunc aũt modũ erudi
tis ut & legiſlator ipſe diffidat tanq̃ non bonis uiris nequaq̃ tutũ.Videntur aũt hi qui
in hac ptãte conſtituti ſunt largiendi gratificandiq; permulta facultatem hr̃e.Quapro
pter melius erat eos rõni reddendi ſubiectos eſſe:nunc autem non ſunt.Videt ephoro
rum magiſtratus omnes alios magiſtratus corrigere.In hoc autem nimium certe illis
permiſſum:& non per hunc modum dicimus rationem reddere oportere.Inſup crea-
tio ipſa ſeniorum quã per ſuffragia faciunt perleuis eſt:ac ipſum petere qui eligẽdus ſit
non recte ſe habet:oportet & uolentem & non uolentem ad magiſtratum aſſumere ſi
dignus ſit eo magiſtratu.nunc autem idem facere in hoc uidetur legiſlator:quod & in
alia re pu.Ambitioſos enim faciens ciues:illis utitur ad ſeniorum delectũ.nemo enim
magiſtratum petet niſi honoris ſit affectator:atq; pleraq; eorum quæ homines iniuſte
faciunt per ambitionem & auaritiam cõmittuntur.De regia uero poteſtate utrũ meli
us ſit eam in ciuitatibus exiſtere nec ne:alia foret diſputatio.Attamẽ melius non ut nũc
quidem ſed pro uita cuiuſq; regis iudicare.Quod autem ne ipẽ quidem legiſlator credit
ſe facere bonos & honeſtos manifeſtum eſt.Diffidit enim quaſi non ſint ad ſufficientiã
boni uiri.Itaq; legatos ſimul mittebant inimicos ac ſalutem ciuitatis eſſe putabant ſe-
ditiones regum:non bene ẽt circa cõmeſſationes quæ illi fiduciam nominant conſtitu-
tum eſt ab initio.Oportebat enim magis ex publico eſſe conuẽtum quẽadmodũ in cre
ta:ſed apud Laconas unuſquiſq; conferre habet:& ſi ſunt quidem longe pauperrimi q
huiuſmodi ſumptum nequeant ſufferre.Ex quo fit ut legumlatori cõtra eueniat q̃ ipſe
uoluerit.uoluit enim ciuitatẽ popularem facere per cõmeſſationes:ſed contra accidit:
cũ non ſit facile pauperibus cõmeſſationum participes eſſe.More enim maiorum ſic
apud eos diffinitur ut qui cõmeſſationum particeps eſſe nequeat is ad reipu.guberna-
tionẽ non admittatur.Legẽ uero quæ eſt circa præfectos claſſis & alii quidem improba
runt.Recte quidẽ.Eſt.n.ſeditionis cã:nam cum reges ſint belli duces præfectura illa p
petua fere alterũ eſt imperiũ.Et ſic ſuppoſitioni legiſlatoris ſuccenſeri põt:quod & Pla
to in legibus ſuis cenſuit.Ad partẽ.n.uirtutis tota ordinatio illarũ legũ cõtendit.ſ.bel
licam.Hæc aũt utilis ad uictoriã conſequendã.Itaq; ſalui erant bellũ gerentes:pibant
uero rerum potiti:qm̃ nec ocium agere:nec; qcq̃ aliud exercere ſciebant præſtabilius q̃
res militaris.Illud quoq; erratum non ſane minus ꝙ putabãt bona illa quæ ad bellum
pertinẽt ex uirtute magis q̃ ex uicio fieri:& in hoc quidẽ recte:ſed ꝙ hæc potiora q̃ uir-
tus ipſa putant in hoc nõ recte.Male ẽt circa pecunias publicas cõſtitutum apud illos
eſt:quia neq; in publico habent quicq̃:& magna bella gerere coacti pecunias ægre cõfe
runt:nam quia ſpartiatarum eſt plurimum agri non examinant inuicem ꝯcollationes:
& euenit legumlatori contra quam commodum eſt publice inopiam.priuatim auariti
am inducere.De lacedæmoniorum igitur re pu.hactenus dictũ ſit:nam hic ſunt quæ
maxime quis repræhendat. Cretenſium uero res pu.huic finitima eſt:hẽt autẽ quæ-
dam non deterius:ſed plurima minus nitide:uidetur autem & fertur lacedæmoniorũ
res pub.in pluribus imitata cretenſem.Vetuſta autem pleraq; rudiora ſunt nouis.Fe-
runt.n.lygurgum poſt dimiſſam charilli regis tutelam cum longo tempore peregri-
naretur in creta plurimũ fuiſſe diuerſatum propter cognationẽ.Erãt enim lytii lacedæ
moniorum coloni.ſuſceperant autẽ hi qui in eam coloniã uenerant inſtituta legũ tunc
in antiquis habitatoribus obtinentia.Quapropter & tunc periœci eodem modo illis le
gibus utuntur:quomodo eas Minos conſtituit primus.Videt aũt hæc inſula ad prici-



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

patum græciæ eſſe nata ac præclare ſita. Cũcto nãq; imminet mari. Cum fere græci oẽs
circum mare ſint poſiti. Abeſt enim hinc modicum a pelopõneſo. Illic uero ab Aſia cir
ca peritriopium & rhodum. Quare imperium maris obtinuit Minos ac & inſularum
alias ſubegit: alias uero dudum incultas habitari fecit. Tãdẽ ſiciliã aggreſſus circa came
rinã defunctus eſt. Habet. n. cõueniẽtiã cretica inſtitutio cum laconica. Agriculturã ex
ercent: apud hos qdẽ Ilotæ: apud illos uero periœci: & cõmeſſatiões ſunt apud utroſq;
& antiquitus nũcupabãt lacedæmonii: has nõ Phiditia ſed andria queẽadmodũ cretes.
Ex quo palam eſt inde ꝑueniſſe inſuꝑ rei pub. inſtitutionẽ. Ephori nanq; eandem uim
habent quam in creta hi qui coſmi appellantur: niſi ꝙ ephori quinq; ſunt: coſmi autem
decem. Senatores aũt pares ſunt ſenatoribus quos uocant cretes conſilium. Regia aũt
ptãs fuit primo apud cretes poſtea illam ſuſtulerunt: imperio in bello ad coſmos tran
ſlato. Contio aũt omnis cõmunis eſt: ſed aliã nullam habet auctoritatẽ q̃ ea cõproban-
di quæ a ſenatoribus & coſmis fuerit ante decreta. quæ igitur de cõmeſſationibus cõſti-
tuta ſunt melius apud cretas q̃ apud lacedæmonios hñt. nã apud lacedæmonios unuſ
quiſq; certum quid in ſingula capita taxatum ſoluit: quod niſi faciat a re pu. repellit̃: ut
prius diximus. At in creta cõmunis eſt. Ex cunctis enim quæ a terra proueniunt uel ar
mentis ex publicis: & his quæ afferunt periœci diuiſio fit: ut pars una ad deoꝝ cultũ: &
ad publica onera: pars ad cõmeſſationes deputet̃. Ac ita ex publico educari oẽs & mu
lieres & pueros & uiros. Ad tẽperantiã autem cibi quaſi utilis ſit multa legiſlator phi-
loſophatus eſt: & de mulierum diuortiis ne ſuperfluam pariant multitudinem proſpe
xit alio introducto uſu. Quod utrũ praue uel nõ praue conſtitutũ ſit: aliud erit conſi-
derandi tp̃s. Sed ꝙ circa cõmeſſationes melius ꝓuiſum ſit apud cretas: q̃ apud lacedæ
monios manifeſtũ eſt. At circa coſmos deterius q̃ circa ephoros. Qđ. n. mali hẽt epho
rorum magiſtratus id eſt & in illis. Sumuntur. n. quis: ſed ꝙ in his prodeſt rei pu. illic
nõ eſt. Nã hic quia ex omnibus aſſumptio eſt. particeps populus ampliſſimi magiſtra
tus uult manere rem pub. Illic aũt non ex oĩbus ſumuntur coſmi: ſed ex qbuſdã famili-
is. Et ſenatores ex his qui coſmi iam fuerũt: de qbus idem dici põt qđ de his quæ apud
lacedæmonios fiunt. Nã eſſe liberum magiſtratũ atq; perpetuũ maius eſt minus q̃ di-
gnitas eorum mereatur: & non ſ̃m legẽ ſcriptam iudicare: ſed ſ̃m quod ſibi uidet̃ peri
culoſum eſt. Quieſcere aũt plebem nõ participantẽ: nullũ ſignum eſt bene cõſtitutæ ci
uitatis. Neq; quicq̃ ſuſceptionis eſt coſmis queẽadmodũ ephoris habitantq; in inſulã lõ
ge a contẽdentibus. Medicina uero quã huic delicto adhibẽt ridicula eſt: nec ciuilis ſed
tyrãnica. Sæpenumero enim aut collegæ illorũ: aut priuati hoĩes inſurgentes per ſedi-
tionem coſmos expellunt: Licet ẽt coſmis ſeipſos magiſtratu abdicare. Enimuero hæc
omnia præſtabat lege fieri q̃ pro hoĩum uoluntate: non enim ſecura eſt regula. Omniũ
uero deterrimũ eſt potentiorum turbatio: quã ſæpe concitant cũ pœnas dare uolunt:
ꝑ quam manifeſtum ẽ hr̃e eam inſtitutionẽ aliquid rei pu. ſed non eſſe rẽ pu. at potẽta-
tum magis. Conſueuerunt aũt concita plebe & amicis ad unius arbitrium rẽ deferre ſe
ditioneſq; & prælia inter ſe miſcere. At uero id quid differt ab eo ꝙ tandẽ ea ciuitas non
ſit diſſoluta ciuili ſocietate: ẽ aũt piculoſus hic rei pu. ſtatus ſi qui uelint poſſintq; inua-
dere. Sed ut ſupra diximus ſeruatur ꝑꝑ locum qui oẽs aduenas excludit. Itaq; periœci
manẽt cretẽſibus. Verum Ilotes perſæpe a lacedæmoniis deſerere. Non enim erat ĩ cre
ta potentia ulla externa: ſed nuperrime bellum ꝑegrinum irrupit in eam inſulam quod
patefecit imbecillitatẽ legum ſuarum. De hac igitur re pu. hæc dixiſſe ſufficiat. Vide
tur etiam carthaginẽſium repu. bene conſtituta multaq; habere præter alias: quædam



uero maxime ſimilia lacedæmoniis. Tres. n. iſte res pu. quodãmõ inter ſe proximæ ſũt:
multumq; diſtant ab aliis. Cretica dico & Laconica & Carthaginẽſis. Multaq; in ipſis
ꝓuiſa ſunt recte. Signũ eſt rei pu. bñ inſtitutæ ꝙ populus in ſuo ꝑmaneat loco: neq; ſe-
ditionẽ ullam ut ita dixerim unq̃ fecit neq; tyrãnũ. Continet aũt ſimilia lacedæmonio-
rum res pu. Cõmeſſationes quidẽ ſodaliciorum fiditiis: centũ autẽ & quattuor uirorũ
ptãs ephoris præterq̃ ꝙ non deterius. Nã illi ex contingẽtibus ſunt. Hãc aũt ptãtẽ ſu-
ſcipiunt optimates. Imperator uero & ſenatus conueniunt lacedæmoniorũ regibus &
ſenibus. Melius aũt ꝙ imperatorẽ non ſ̃m genus: neq; ex uili aut præcellenti magis eli-
gunt q̃ ſ̃m uirtutẽ. Nam qui magnam habẽt ptãtẽ ſi ipſi nullius precii ſint multũ no-
cent nocueruntq; iam lacedæmoniorum ciuitati. Plurima igitur repræhẽſorum ꝓpter
tranſgreſſionẽ conuiuia ſunt omnibus añdictis. Sed quãtũ ad intẽtionẽ ſtatus optima
tium attinet & reipu. quædam ad popularẽ ſtatum magis declinant: quædam ad pau-
corum potentiam. Nam referendi quidem ad populum aut non referendi aliqua impe
ratores una cum ſenatu domini ſunt: ſi oẽs concordẽt: ſi non concordẽt populus ipſo-
rum dominus eſt: quæcunq; retulerant magiſtratus de his non approbandi modo il-
lorum ſententias ptãs permiſſa eſt populo. Verumetiã pro arbitrio conſtituẽdi ꝓui-
dendiq;: & cui uis contradicere relatis illorum licet: quod non eſt in aliis rebus pu. qn-
q; uiratum uiro qui multarum ac magnarum rerum ptãtẽ hẽt ab illis eligi: & cẽtum ui
ratum hos eligere qui eſt maximus magiſtratus: & hos plurimo tp̃e q̃ alii imperiũ reti-
nere. Nam & ꝑfuncti magiſtratu imperant & deſignari ad magiſtratũ ad paucoꝝ po-
tentiam ſpectat. Eſſe aũt ſine mercede: & ſine ſortione optimatium eſt ponẽdũ: & ſiqd
aliud tale. Iudicia quoq; omnia a cũctis magiſtratibꝰ iudicari: & ñ ab aliis alia ut apud
lacedæmonios. Tranſgredit̃ aũt maxime ab optimatibus ad paucorum potẽtiam iſti
tutio carthaginenſium in eo ẽt multi comprobant. non ſolum enim optimos uerũetiã
ditiſſimos cenſent magiſtratibus eſſe ponẽdos: quaſi impoſſibile ſit qui egenus exiſtat
eum bñ magiſtratum gerere/aut quietem optare. Si igitur ſumere diuitẽ paucorum po
tentiæ eſt per uirtutẽ aũt optimatum: iſta quædam eſſet ſpẽs tertia ꝑ quã cõſtituta eſt
apud carthaginenſes res pu. Creant enim magiſtratus ad hæc duo reſpicientes. Et præ
ſertim maximos ut imperatores & prætores. Putandũ enim eſt huiuſcemodi exceſſum
ab optimatibus eſſe errorẽ legis conditoris: quem ab initio præuidiſſe ualde neceſſariũ
fuit: ut optimi ualerent quietẽ agere: nec quicq̃ indecoꝝ facere: non ſolũ in magiſtratu:
ſed ẽt in uita priuata. Quod ſi inſpicere oportet ad opes gratia quietis: prauũ eſt maxi
mos magiſtratus eſſe uenales imperium & præturam. hæc enim lex præcioſas magis fa
cit diuitias q̃ uirtutes: ac ciuitatẽ totam ad ſtudiũ ꝑecuniarũ conuertit. Nã qcqd apud
ciuitatis principes habetur in precio neceſſariũ eſt & aliorũ ciuium opinionẽ ſubſequi.
Vbi aũt nõ maxime honorat̃ uirtus ibi nõ eſt poſſibile firmũ optimoꝝ eſſe in repu. ſta
tum. Aſſueſcere uero ad lucra rõnabile eſt qñ per largitionẽ adipiſcunt̃ dignitates. Ab
ſurdũ eſt enim ſi pauper quidem aliqs uerum bonæ mentis lucrari uelit: improbior au
tem non uelit: cũ ſumptus fecerit. Quocirca oportet eos qui pñt optĩe gerere magiſtra
tum aſſumere: ꝓbabiliuſq; fuit ſi auctor legis opulentiã præſtãtiũ uiroꝝ abieciſſet: ac
eoꝝ qui in magiſtratu forent quieti ꝓſpexiſſet. Prauũ ẽt uideri põt plures magiſtratus
ab uno hoĩe geri: quod in honore eſt apud carthaginenſes. Vnicũ enim ab uno optime
ꝑficit̃ opus. hoc aũt ut fieret ꝓuidendũ fuit a legũlatore: neq; cogendũ eũdẽ tibicinem
eſſe atq; ſutorem. Quare ubi non parua eſt ciuitas magis ciuile eſt ut plures participes
magiſtratuũ magiſq; populare. Cõius. n. ut diximꝰ: & meliꝰ ſingula cõficiunt̃ ab eiſdẽ

atq; celerius. Patet autē hoc in becillis rebus & nauticis. In his enim ambobus ꝑ oēs ut ita dixerim trāſit imperare & parere: ſed cū ad paucorū potētiā uergat res pub. eoꝝ optime illud effugiunt ut ſemper aliq̄ plebis pars ditetur ad oppida mittētes ꝑ hoc illi arbitrantur ac certe efficiunt ſtatum ciuitatis ꝑmanere. Sed hoc eſt fortunæ opus. oportebat uero non per fortunā ſed per legiſlatorem id fieri. nūc autem ſi diuerſa fortuna incidat & plebs a gubernatoribus ſecedat nullum eſt remediū legis ad quietem adhibitū. Lacedæmoniorū igitur & cretenſium & carthaginenſium. r. pub. in hunc modum ſe habet. Eoꝝ aūt qui de re pu. aliquid tradiderunt: quidā nunq̄ uerſati ſunt in gubernatione ciuitatis: ſed in priuata uita ocioſi uixerunt: de q̄bus ſiquid dignū relatu fuit ſupra diximus. Quidā legiſlatores fuere: gubernaueruntq; uel in propriis ciuitatibus uel in alienis. Et horū quidā ſolūmodo legum auctores fuere: quidā ēt rei pub. conſtituendæ ueluti Lycurgus. & Solon. Hi enim leges & res publicas condidere. Lycurgus q̄dē lacedæmoniis ut dictum eſt. Solon aūt athenienſibus. Exiſtimant quidā ſolonē legūlatorem fuiſſe præclarum. Nam & paucorū potentiā ſuſtuliſſe quæ nimis intemperans erat: & plebē a ſeruitute liberam / ac ſtatum popularē in patria conſtituiſſe: optimeq; rē publicam temperaſſe: nam eſſe conſilium Ariopagi paucorū gubernationis: delectus uero magiſtratuū optimatium: iudicia uero populare. Sed uꝛ̄ ſolon illa duo cū eſſent prius: non ſuſtuliſſe conſiliū ariopagi: & magiſtratuū delectus: at populū aſſeruiſſe iudiciis ex oībus cōſtitutis. quapropter quidam illi ſuccēſent ꝙ alterū diſſoluerit cū auctoritatē oēm ad iudicium traduxerit q̄d per ſortitionē eſt. Nam cum hic inualuit tanq̄ tyranno gratificantes populo in eum qui nūc eſt popularē ſtatū rem pu. redegerunt. Et conſiliū ariopagi Ephialtes inhibuit & Pericles. Iudicibus uero ſalaria pericles induxit. ac per hunc modū unuſquiſq; eoꝝ qui apud plebem poſſe uoluerunt populi uim augere perſeuerauerūt donec in iſtam quæ nunc eſt licentiā peruenit. Apparet aūt hoc non tam Solonis uolūtate q̄ caſu eueniſſe. Nauali enim potētia aduerſus medos uictor populus maiora de ſeſe ſapere cœpit: & acceſſerunt patroni ſeditioſi cōtra bonos & modeſtos ciues qui rē pu. gubernabāt. Cū uideatur q̄dē ſolon eā quæ iuxta neceſſaria fuit poteſtatem populo tradidiſſe: ut magiſtratus crearet & malefacta corrigeret: niſi. n. populus hāc habeat ꝑtātē ſeruus erit & inimicus ut magiſtratus omnis cōſtituit ex nobilib9 ac locupletibus ex cenſu quingentoꝝ medimnū & iugariis. Tertiū exequitibus. Quartū ex opificibus ſordidis q̄bus nullū magiſtratus aſſequēdi ius erat. Fuerunt ēt legū poſitores Zeleucus apud Locros occidentales: & Charondas catinenſis ciuibus ſuis: cæteriſq; ciuitatibus chalcidicis quæ ſunt circa Italiā & Siciliā. Tentant uero q̄dā inducere quaſi Onomacritus fuerit primus legum ferendarū peritus. Hūc uero exercitatū in creta cum eſſet locrus: ꝑfectum aūt ꝑartem diuinationis eius familiarē fuiſſe Thaletē. Thaletis autem auditores fuiſſe lycurgū & charondam: ſed qui iſta dnt tꝑa nō ſupputāt. Fuit ēt philolaus corinthius legūlator thebanis. Erat aūt philolaus ex familia barchiadū: amicus uero dioclis q̄ olympia uicit. Sed ubi ille ciuitatē deſeruit cōmotus ob amorē matris alcyone thebas migrauit. Atq; ibi ambo defuncti ſunt. mōſtraturq; etiā nunc illorū ſepulchra ſpectantia q̄dem ſe ſeq̄. Verum ita cōſtituta ut ex dioclis quidem ſepulchro non ſit ꝓſpectus in corinthiū agrū ob animi infectionē. Ex philolai autē ſit ꝓſpectus. Habitarunt igitꝛ̄ ob hmōi cām apud thebanos: legeſq; illis philolaus deſcripſit. Et de aliis q̄buſdā & de ſobole ꝓcreanda: quas illi leges ꝓletarias appellant: hoc ē præcipue ab illo ꝓuiſum ut numerus hereditatū conſeruetꝛ̄. Charonde aūt nihil eſt ꝓprium niſi iudicia falſoꝝ teſtiū. Primus. n. de his legem poſuit diligētia & claritate: etiā



elegantior q̄ hi qui nunc ſunt legum conditores. Philolai proprium eſt patrimoniorū diſparitas. Platonis autem mulierum & natorum & patrimoniorum communitas: & commeſationes fœminarum: & præterea lex circa ebrietatem: ut reges conuiuiorum ſobrii ſint: & in rebus bellicis exercitatio per quam ambidextri fiant: cum oporteat nō alteram manum utilem: alteram inutilem habere. Draconis quoq; leges ſunt: ſed iam cōſtituta re pu. leges tulit. Proprium autem draconis eſt nihil quod ſit memoria dignū niſi rigiditas ob magnitudinem pœnarum. Fuit quoq; Pittacus legum conditor ſed nō in re pu. uerſatus. Lex eſt propria illius ebrios ſi quem pulſauerint maiori pœna damnari q̄ ſi ſobrii feciſſent: ꝙ. n. plures delinquunt ebrii q̄ ſobrii non ad id reſpexit: quod eſt ebriis uenia: ſed ad utilitatem.. Fuit etiam androdamus rheginus legum conditor calcidenſibus qui ſunt in thracia de homicidio & hereditatibus: nihil tamen huius propriū referre quis poteſt. De his ergo rebus pu. quæ principales ſunt: & de his quæ ſunt ab aliquibus ſcriptæ in hunc modum cognouiſſe ſufficiat.

Explicit Liber ſecundus Politicorum.

## Incipit Liber tertius Politicorum Ariſtotelis / Leonardo aretino interprete.

QVi de re publica conſiderat quæ ſit unaquæq; & qualis fere prima illa cōſideratio occurrit uidere q̄d ſit ciuitas. Nā ea nōnūq̄ in cōtrouerſiam uenit: cū alii dicāt a ciuitate factū. Alii nō a ciuitate ſed a potentibus quibuſdam: uel a tyrāno. Gubernatoris aūt rei pu. ac legū poſitoris: totū negociū uerſari uidemus circa ciuitatē. Eſt aūt res pub. eoꝝ qui in ciuitate degūt inſtitutio. Cum uero ſit ciuitas compoſitum quiddam: quemadmodum alia tota ex pluribus partibus conſiſtentia: manifeſtū eſt primo de ciue eſſe perquirendū. Nā ciuitas eſt ciuium multitudo quædam. Quare & quem oporteat ciuem uocari & qui ſit ciuis eſt conſiderandū nam & de ciue ſæpe contenditur: nec eundem omnes eſſe fatentꝛ̄ ciuem: & qui in populari ſtatu ciuis eſt perſæpe in paucorum gubernatione non erit ciuis. Eos igitur qui alio quodammodo appellationem ſortiuntur: ceu eos qui ciuitate donati ſūt omittamus. Nec habitatio ciuem facit. nā iſto mō miniſtri q̄ circa nos habitāt & ſerui ciues eſſent. nec rurſus qui fori ac iudicii ius habent: nam hoc exiſtit etiā illis qui ſimul cōtrahūt: cū per contractū forū ſortiantur: quāq̄ multis in locis peregrini ne id quidem perfecte habeant: ſed neceſſe eſt ut patronum accipiant: ex quo fit ut imperfecte quodāmodo ſint fori iudiciorum participes. Sed ut pueri nondū ætate perfecti & ſenes ob ætatē a muneribus publicis uacātes non ſimpliciter ciues dicēdi ſunt: ſed quodāmodo ciues. At nos quærimus eū qui ſimpliciter ciuis dicatꝛ̄: nec habeat aliquā adiunctionē quæ reſtringat & corrigat: cū & de infamibus & de exulibus eodē modo ut ſupra dubitari & reſponderi pōt. Ciuis ſimpliciter nulla alia re diffinitꝛ̄ magis q̄ participatione poteſtatis publicæ iudicandi & decernendi. Poteſtates aūt aliæ ſunt determinatæ ſm tempus: ita ut non liceat interdū nec ſemel eādē habere: aut per aliqua temporū ſpacia. Aliæ ſunt indeterminatæ / ceu illius qui in cōcione delibeat & decernit: quāq̄ fortaſſe diceret aliq̄s tales non eſſe in poteſtate cōſtitutos. At qui ridiculū foret qui de maximis rebus deliberant: & decernūt eos poteſtatem dicere non habere. Sed nihil referat cum de noīe ſit quæſtio: eſt

enim abſq; nomine publica poteſtas iudicãtis decernentiſq; in concione: ſed diffinitio-
nis gratia indeterminata poteſtas. Ponimus aũt eos eſſe ciues qui huius modi poteſta-
tis una cũ aliis participes ſunt. Maxime igitur proprie ciuis ſup omnes alios qui ciues
dicuntur fere talis eſt. nec latere nos debet ꝙ in rebꝰ quarum ſubiecta differunt ſpecie:
& aliud eorum eſt primum: aliud ſecundũ: aliud cõſequens: aut omnino nihil eſt qua
talia commune aut uix. Res pub. aũt uidemus ſpẽ differre: & alias eſſe poſteriores alias
priores: quæ enim aberrauerũt ac prolapſæ ſunt neceſſe eſt ut poſteriores ſint integris
& incorruptis. Quomodo aũt dicamus eas labi poſtea patebit. Quare eſſe ciuẽ quoq;
aliũ atq; aliũ neceſſe eſt ſm differentiã rerum publicarũ. Itaq; ille de quo diximus in po
pulari quidẽ ſtatu maxime eſt ciuis: in aliis uero ſpeciebus eſſe qdem põt: non tñ neceſſe
eſt. In quibuſdam enim ciuitatibus nec populus eſt neq; concionis uſus: ſed ſenatũ ha-
bent & iudicia. Alii alia exercent ut apud lacedæmonios de cõtractibus cognoſcũt hi q
ephori nũcupant. De cæde autem ſenatus & forſan alii de aliis ius dicũt. Eodẽq; modo
apud carthaginenſes: de omnibus quidem cauſis magiſtratus quidam cognoſcũt: ſed
recipit correctionem quandam diffinitio ciuis: ꝙ in aliis rebus publicis non eſt indeter
minata illa poteſtas quæ in concione decernit & iudicat: ſed determinata ſm iuriſditio
nem. Horum enim aut omnibus aut quibuſdã conceſſum eſt deliberare ac iudicare uel
de omnibus uel de quibuſdam. Quis igitur ſit ciuis ex his patet. Cui enim abilitas eſt p
ticipande ptãtis publicæ deliberatiue & iudiciarie hũc ciuẽ eẽ dicimus eius ciuitatis. Ci
uitatem uero talium multitudinem quæ ipſa per ſe ſufficiens ſit ut ſimpliciter dixerim
ad uiuendum. Conſueuerunt autem eũ etiam dicere ciuem qui ex duobus ciuibus ortꝰ
ſit: & non ex altero ſolum: ceu ex patre & matre: alii uero magis ultra reqrunt ceu auos
& proauos & attauos uel plures. His ita diffinitis ciuiliter & ſuccincte dubitant quidã
tertius ille aut quartus qũo erit ciuis. Gorgias qdẽ leontinus partim dubitans fortaſſe
partim illudens inquit quẽadmodum mortaria ſunt illa quæ a factoribus mortariorũ
fiunt: ſic lariſſæos eſſe qui ab artificibus eorum fiunt: eſſe nanq; aliquos lariſſæorũ facto
res. eſt autem ſimplex. ſi enim participarent adminiſtrationis rei publicæ ſm determi-
nationem iam dictam eſſent utiq; ciues. Etenim neq; poſſibile eſt cõgruere diffinitõem
illã primis conditoribꝰ aut habitatoribꝰ ut ex patre matreq; ciuibus ſint exorti. Sed
forſan de eo magis dubitari poteſt cum facta mutatione recipiuntur quidam ad com-
munem rei publicæ: quemadmodum athenis facit Cliſthenes poſt tyrannorum deie-
ctionem. Complures enim in tribus deſcripſit peregrinos: & ſeruos & inquilinos: de q
bus dubitari poteſt nõ qui ciuis: ſed an iuſte uel iniuſte. Atqui & de eo inſuper qs dubi
tabit an ſi non iuſte ciuis ciuis ſit/ quaſi idem ualeat iniuſtus & falſus. Sed cũ uideamus
quoſdã iniuſte ſe in magiſtratibus gerere quos tñ magiſtratus eſſe dicimus ſed nequaq̃
iuſte. Ciuis autem poteſtate quadam diffinitus ſit. Nam qui particeps eſt talis poteſta
tis eſt ciuis ut diximus. Patet ꝙ hos quoq; ciues eſſe dicendum eſt. Iuſte autem uel iniu
ſte pertinet ad primam illam quæſtionem: in qua quæritur: nunqd a ciuitate factum ſit
uel non a ciuitate. Ceu cum ex paucorum potentia uel tyrannide ad popularem ſtatũ
fit mutatio. Tunc enim neq; mutuatam pecuniam ſoluere quidam uolunt: quaſi nõ ci
uitas eam ſuſceperit ſed tyrannus: nec alia huiuſmodi per multa quaſi res publica ui ac
uictoria conſtet non publica utilitate. Si igitur per hunc modũ quædã in populari ſta
tu fiunt eſſe: ſimiliter dicendum eſt huius ciuitatis acta & paucorum potentiæ & tyrã-
nidis. Videt aũt proprius huius quæſtionis locus quomodo aliqñ dicamus ciuitatem
eſſe eandem & non eandem ſed aliam. Potiſſima igitur inueſtigatio dubitationis huius



eſſe circa locum & homines. Fieri enim poteſt ut ſeparetur locꝰ & homines & alios ali
bi habitare: ſed hæc leuis eſt dubitatio. nam cũ multipliciter dicatur ciuitas perfacili eſt
huiuſmodi quæſtio. ſimiliter quoq; eorũ qui eundẽ inhabitant locum quo ad dicẽdum
ſit unam eſſe ciuitatem: Nõ enim mœnibus diffinitur: liceret enim peloponneſum to-
tam unis mœnibus circundari: talis fortaſſe eſt babylon quæ capta cũ eẽt ab hoſtibꝰ fe
runt partem aliquam eius ciuitatis tertia die nõdum aliquid ſenſiſſe. Similiter & quæ-
cũq; alia magis habet circunſcriptionem gentis q̃ ciuitatis: ſed huius quæſtionis alio lo
co utilis erit cõſideratio. Nam de magnitudine ciuitatis: & quãtam eſſe utile ſit & utrũ
unam uel plures latere nõ debet. At manentibus eiuſdem habitatoribus eodẽ loco utr
quo ad ſit idem genus habitãtium eãdem eſſe ciuitatem dicendum ſit: q̃uis ſemper alii
intereant alii oriãtur: ut & flumina ſolemus eadem dicere: & fontes eoſdem: q̃uis ſem-
per unda noua ſuperueniat ac defluat: uel homines dicẽdũ eſt eoſdem eſſe propter ean
dem cauſam ſed ciuitatem aliam. Nam ſi ciuitas eſt ſocietas quædã: Societas autem ci-
uium uariata reipublicæ gubernãdæ forma: & alia effecta: neceſſarium utiq; uideret ci-
uitatem quoq; nõ eandem permanere: ut & chorum alium eſſe dicimus dum tragicus
eſt q̃ dum comicus. Et ſi idem ſint homines: eodemq; item modo omnem aliam ſocie-
tatem & compoſitionem: ſi ſpecies alia fiat: ceu harmoniam earundem uocum: aliam
eſſe dicimus: & modo doricam: modo phrygiã uocitamꝰ. Id ſi ita eſt patet ꝙ maxime
dicendum eſt eandem ciuitatem ad rempublicam reſpicientes. Nomine autem uocari
alio: aut eodem: licet eiſdem habitantibus eãdem uel aliis penitus hominibus. Vtrum
autem iuſtum ſit reddere pecuniam mutuo ſumptam mutata reipu. gubernãdæ ſpecie
uel nõ iuſtũ: alia eſt diſputatio. De his uero quæ nunc dicta ſunt: conſequẽs eſt uide-
re. Vtrum eadẽ ſit uirtus boni uiri & boni ciuis: uel nõ eadem. Atqui ſi hoc eſt perqui-
rendum prius de uirtute ciuis ſub compẽdio uidere oportet. Vt igit nauta unus aliqs
eſt eorũ qui ſunt in cõi ſocietate ita & ciuem dicimus. Nautarum uero quãq̃ diſſimiles
ſint ſm potentiam: nam alter eſt remex: alter gubernator: alter proram dirigens: al
ter alteram huiuſmodi appellationem habens: patet quod expræſſius uniuſcuiuſq; ſer
mo proprius erit illius uirtutis. Similiter autem & cõe quiddam cõuenit omnibus. Sa-
lus enim & cõſeruatio nauigantium commune ẽ omnium opus. Ad hoc. n. unuſquiſq;
eorum intendit: ſic igitur & ciuitatibus licet diſſimiles ſint: opus eſt conſeruatio cõmu
nis ſocietatis: ſocietas uero eſt res publica. Quapropter neceſſe eſt uirtutẽ eſſe ciuis ad
rem pu. Si quidem igitur plures ſunt rerum pub. ſpecies patet nõ ad recipiẽdum: ut ſtu
dioſi ciuis una ſit uirtus eaq; pfecta: at uiri boni perfecta eſt uirtus. Quod igit fieri poſ
ſit ut ciuis ſtudioſus non poſſideat uirtutem illam: per quã dicitur uir bonꝰ manifeſtũ
eſt. Quin etiam & alio modo inquirentibus deuenire licet ad eandem rationem circa
optimam rem pub. nam ſi impoſſibile eſt ex omnibus ſtudioſis eſſe ciuitatem: & opor
tet ſingulos opus ſuũ benefacere. Hoc aũt a uirtute. Sit uero impoſſibile ſimiles eſſe ci
ues omnes nequaq̃ una eſſet uirtus ciuis & uiri boni. nam uirtutem ſtudioſi ciuis omni
bus eſſe oportet: ſic enim optima foret ciuitas utiq;. At uiri boni uirtutem impoſſibile
eſt omnibꝰ eſſe: niſi neceſſariũ ſit ſtudioſa ciuitate ciues omnes eſſe uiros bonos. Præte
rea cũ ex diſſimilibus conſtet ciuitas ut animal ex anima & corpore. Anima uero ipa ex
ratione & appetitu: & domus ex uiro & uxore. Et acqſitio ex domino & ſeruo: eodem
modo ciuitas ex his omnibus ac præterea ex aliis diſſimilibus conſtat ſpeciebus: Neceſ
ſe eſt non unam eſſe ciuiũ omniũ uirtutem quemadmodũ nec chorũ agentiũ ſupræmi
& aſſiſtẽtis. Qd igit non eadẽ ſimpliciter ex his patet. Sed an erit alicuius eadem uir-

tus ciuis ſtudioſi & uiri boni. Dicimus utiq; ſtudioſum in magiſtratu bonum eſſe atq;
prudentem. Ciuilem aũt hominẽ neceſſariũ eſt eſſe prudentem: & ſtatim aliã eſſe diſci
plinam præſidentis aiunt quidem: ut patet in regũ filiis qui ad equeſtrem bellicãq; di-
ſciplinã in adoleſcentia erudiunť: & Euripides inquit non mihi ſpecioſa: ſed quoꝝ ciui
tas indiget tanq̃ ſit præſidentis diſciplina quædã. Si aũt eſt eadem uirtus regentis boni
ac uiri boni. Ciuis autem eſt & qui regitur: non eadem uirtus ſimpliciter eſſet ciuis & ui
ri: ſed tñ cuiuſdam ciuis. Non enim eadem uirtus eſt regentis & ciuis. Et ob hoc forſan
Iaſſon inquit grauiter ferre ſi nõ regnaret quaſi neſciret priuatus eſt. Sed nihilominus
laudandũ eſt poſſe imperare & parere: ac præclari ciuis uirtus eſt poſſe præeſſe & ſubeſ
ſe laudabiliter. Si ergo uirtutẽ boni uiri poſuimus præſidentẽ. Ciuis aũt utraq; nõ utiq;
forent ambo ſimiliter laude digna. Cũ ergo aliqñ uideatur utraq;: ſed nõ eadẽ: eũ q im-
perat & eũ qui paret addiſcere debere. Ciuem aũt utraq; ſcire: & participare ambarũ qd
ſequatur depræhendere quis põt. Eſt enim præſidentia dominatiua: hanc uero in his q̃
neceſſaria uocanť ſcire facere nequaq̃ neceſſarium eſt ei qui præſidet: ſed uti magis alte-
rum uero ſeruile eſt. Dico aũt alterum poſſe exhibere eadem miniſteria. Seruorum aũt
ſpecies plures: cũ ſint miniſteria plura: quorũ partem unam obtinere manuales: hi ſũt
ut nomen ſignificat: qui ex manibus uiuũt: in quibus ſunt opifices. Quapropter apud
quoſdã antiquitus huiuſmodi homines excludebantur a reipub. honoribus anteq̃ po-
pulus extremus fieret. Hæc igitur opificia eorum quæ ita ſubſunt neq; rectorem di-
ſcere oportet neq; eum qui in re pub. uerſatur: neq; bonũ ciuem: niſi fortaſſe qñq; ſui ipſi
us priuatim gratia. Non enim amplius contingeret eẽ alterũ dominũ: alterũ ſeruũ: ſed
eſt præſidentia quædam per quã præeſt ſimilibus genere: & liberis hominibus: & hanc
dicimus eſſe ciuilem præſidentiã: quã eum qui præeſt didiciſſe parẽdo oportet: ceu præ
fectum equitum eſſe cum ipſe prius ſub alio eſſet: & exercitũ ducere: cum ipſe prius in
exercitu per inferiores militiæ gradus ductus ſit. Quamobrẽ recte dicitur: neminẽ bñ
imperare poſſe qui non prius ſub imperio fuerit. Sed horum diuerſa eſt uirtus: & opor
tet bonum ciuẽ ſcire ac poſſe præeſſe & ſubeſſe. Et hæc uirt9 ciuis ſcire recte ſe habere in
utraq; parte. Et boni uiri utraq; quãq̃ alia ẽ ſpẽs eius prudẽtiæ & iuſticiæ quæ præeſt: nã
eius qui ſubeſt ac liber ſit non una profecto uirtus eẽt/ utputa iuſticia alias ſpẽs hrẽt cũ
præeſt: alias cum ſubeſt. Quemadmodũ uiri & mulieris alia temperantia & fortitudo.
Nã uidereť utiq; timidus eẽ uir ſi ita fortis eſſet ut fœmia fortis & mulier inhõeſta uide
reť ſi ſic hõeſta foret ut uir hõeſt9. Admiſtratio quoq; dom9 alia mulieris alia uiri. Nã
uiri ẽ acqrere: mulieris ſeruare. Prudẽtia uero ꝓpria uirtus eſt præſidẽtis. Nã cæteræ q
dẽ uirtutes uidentur communes tam eorum qui præſunt: q̃ eorum qui ſubſunt. At pru
dẽtia non eſt uirtus eius qui ſubſit ſed opinio uera. Qui enim ſubeſt ut is qui fiſtulam
facit: qui uero præeſt ut qui utitur fiſtula. Vtrum igitur eadem ſit uirtus uiri boni & ci-
uis ſtudioſi uel alia/ & quomodo eadẽ & quomodo alia ex his patet. Reſtat adhuc
una dubitatio circa ciuẽ. Vtrum reuera ciuis ſit is ſolum cui participatio ẽ publicæ po-
teſtatis: uel opifices etiam ac mercennarii ſint ciues nuncupandi. nam ſi ponamus hos
quoq; eẽ ciues qui magiſtratuum ſint expertes: nequaq̃ poſſibile ẽ uniuſcuiuſq; ciuis ta
lem eẽ uirtutẽ. Si uero nullus horum eſt ciuis in qua parte ſunt huiuſmodi homines re
ponẽdi. Neq; enim in eorum miniſtrorum loco qui nobiſcum habitant: neq; rurſus ut
peregrini: uel ſecundum hanc rationem nihil dicem9 euenire abſurdum: neq; enim ſer-
ui ſupradictorum quicq̃ neq; liberti. Illud autem uerum: ꝙ nõ oẽs illi dicẽdi ſunt ciues
ſine quibus ciuitas eẽ non poteſt: cum neq; pueri ita ciues ſunt ut uiri: ſed hii quidẽ ſim



pliciter: hii uero ex ſuppoſitione: ciues. n. ſunt: ſed impfecti: uetuſtis quidẽ tpibus apud
quoſdam opifices erant ſerui aut pegrini. Quapropter ẽt nũc pleriq; tales ſunt. Opti-
ma quidẽ ciuitas nunc opificẽ faciet ciuẽ. Quod ſi hii ciues: ciuis aũt uirtus eſt quã dixi
mus: dicendũ eſt non cuiuſq; ciuis: neq; liberi modo: ſed eoꝝ q a miniſteriis neceſſariis
ſunt alieni. neceſſario uero q uni miniſtrat ſeruus ẽ: q aũt publice uiles & ſordidi. Pate-
bit aũt hoc paulo adhuc conſiderãtibus: quemadmodũ ĩ his res ſeſe habeat: hoc enim
qđ diximus id oſtendit. Cũ enim plures ſit reꝝ publicaꝝ ſpecies: plures quoq; ſpẽs ciui
um neceſſe eſt ſint: ac maxime eoꝝ ciuiũ: qui ſubſunt. Itaq; in quadam repu. opifices &
ſordidi ciues erũt. In qbuſdam uero impoſſibile eſt ut ciues ſint/ puta ĩ optimatum gu-
bernatione: ſiqua illa eſt in qua ſecundum uirtutem dãtur honores: & ſm dignitatem:
neq; enim uirtutem exercere poteſt qui uilibus opificiis occupatus eſt. In paucoꝝ quo-
q; gubernatione tenues hoĩes ad rẽpub. non recipiunť. Ex magno enim cenſu ad hono
res reipu. perueniť. Artifices tñ ad hanc ſpẽm peruenire poſſunt & ſi ſordidi ſint: quo-
niam plerunq; diuitiis abũdant. Apud thebanos lex fuit: ut nemo habilis eſſet ad hono
res reipu. ſuſcipiendos: niſi decem annis a mercatura deſtitiſſet in multis aũt rebuſpu.
attrahunť ad ciuitatẽ etiam peregrini. Eſt etiam lex in quibuſdam ciuitatibus ut ſatis ſit
ex matre ciue eẽ genitũ: & ſpurios quædam recipiunt. Atqui propter defectũ legitimo
rũ ciuiũ tales fiunt. Paucitate. n. hoĩum inducti: his utũtur legibus. Quod ſi abũdent
multitudine: paulatim excludũt: primo libertini generis homines deĩde eos qui ex ma-
tre ſolũmodo ciues ſint. Nec niſi ex utroq; parẽte natos ciues pro ciuibus habent. Qđ
igiť plures ſint ſpecies ciuiũ ex his patet: & ꝙ maxime diciť ciuis ille q habilis ſit ad ho
nores ſuſcipiendos ut Homerus inquit: ſed ubi id occultũ ẽ ex deceptione habitatorũ
tanq̃ inhonoratũ quẽdam reptitiũ repellũt: ut inquilinũ: eſt enim ut aduena q honores
capere non poteſt. Vtrũ igiť alia an eadẽ uirtus ſit per quam eſt uir bonus & ciuis ſtu-
dioſus: patet ex ſupradictis/ ꝙ cuiuſdam ciuitatis idem: cuiuſdam uero alius: & ille non
omnis: ſed qui præeſt reipu. & poteſtatem habet: aut ſolus/ aut cũ aliis gubernationem
exercens. His ita determinatis uidendum iam eſt: utrum una ſit reſpub. an plures. Et
ſi plures quæ & quot & quænam differentiæ earum ſint. Eſt autem reſpubli. ordinatio
ciuitatis & circa magiſtratus alios: & maxime circa id qđ ſũmũ ĩ ciuitate habeat aucto-
ritatem: & ſi ſit principaliſſimũ. Principaliſſimũ aũt eſt id qđ ubiq; gubernat & regit ci
uitatem: ceu ĩ populari qdem populus. In paucoꝝ uero potẽtia pauci. Diximus aũt &
rempubli. aliam eſſe ab iſtis eodemq; modo dicemus de aliis. Supponendum eſt pri-
mo cuius gratia ciuitas ſit conſtituta: & quot ſint gubernãdi ſpẽs circa hominẽ: & circa
uitæ ſocietatẽ: In ſupioribus libris ubi de gubernatione rei domeſticæ: ac de domino &
ſeruo determinauimus dictum ẽ natura eẽ hominem ciuile animal: ex quo fit ut ſi etiã
nihil ĩdigeant mutuo auxilio: nihilominus affectent uitæ ſocietatẽ. Quinetiam & com
munis utilitas coniungit eos inquantũ confert ſingulis partẽ bene uiuẽdi. Maxime igi
tur hic eſt finis & publice oĩbus & priuatim. Congregantur ẽt ipſius uitæ gratia forſan
qdẽ ineſt ſibi aliqua particula honeſti: & continet ciuilem ſocietatem ẽt uiuendi gr̃a ſo-
lum ſi non moleſtiæ ĩ uita exuperent. Patet autem ꝙ tollerant homines multa aſpera ꝓ
pter uiuendi cupiditatem: ut exiſtente ĩ eo quadam naturali dulcedine. Atq & modos
imperii facile eſt diuidere: cum ſæpe ſit de his a nobis in externis ſermonibus determi-
natum. Dominatio enĩ licet re uera utilis exiſtat natura ſeruo & natura domino. Nihi-
lominus ĩperat pro domini utilitate: pro utilitate autem ſerui contingenter: neq; enim
fieri poteſt ut ſeruo deficiente ſeruetur dominatio. Filiorum uero imperium & uxoris

& domus totius quam uocamus rei familiaris gubernationē:aut gratia eſt eoꝝ qui gu
bernantur:aut gratia alicuius quod ſit utriſq; cōe. Gratia eorum qui gubernantur ut ui
demus & alias artes ceu medicinam & gymnaſticam illorum quibus imperat̃ utilitatē
quærere. Contingenter tñ & eorum qui præcipiunt eſſe poteſt. nihil quippe uetat magi
ſtrũ ipſum gymnaſii eſſe unũ eoꝝ qui exercentur quemadmodum gubernator ſemper
eſt unus ex his qui ſunt in naui. Magiſter igit̃ gymnaſii & gubernator conſiderant ſem
per eoꝝ utilitatem quos gubernant:ſed quando horum unus eſt per accidens ipſe quo
q; ſuſcipit utilitatem hic quidem nauta:hic autem unus eoꝝ qui gymnaſio exercentur.
Quapropter ciuilia quoq; imperia cũ ſint ſm æqualitatem ciuium conſtituta ſm par-
tem uiciſſim exeũt ea gerere qua natura fert cenſentes inuicem munera ſubire:& conſi-
derare uiciſſim quoddam illius bonũ quemadmodũ ille prius conſiderauit utilitatem
ſui:nũc autem ratione comodoꝝ ex reipublice gubernatione prouenientium uolũt cõ-
tinuo in poteſtate eſſe:uelut ſi ſemper contingeret magiſtratũ gerentibus ex mala uali
tudine ſanos fieri:nam forſan ita magiſtratus amplecterent̃. Conſtat igit̃ ꝙ quæcunq;
res publicæ ad cõmunem utilitatem ĩtendũt hæ rectæ ſunt ſm ſimpliciter iuſtũ. Quæ
cũq; uero ad propriam eoꝝ qui præſunt utilitatem ſolũ/aberrant quidem : ſuntq; om-
nes rectaꝝ reꝝ publicarum tranſgreſſiones & labes gubernant̃ quaſi a dominis. Ciui
tas aũt eſt liberoꝝ ſocietas. His determinatis conſequens eſt reſpub. cõſiderare quot
ſunt & quæ. Et primo quidem eas q̃ ſunt rectæ:nam labes earũ ex illis pateſcũt. Cũ ue-
ro gubernatio ciuitatis & regimen idem ſignificent. Regimen aũt eſt poteſtas & arbitri
um ciuitatis:neceſſe eſt poteſtatem & arbitriũ hmõi aut penes unũ eſſe:aut penes pau-
cos:aut penes multos. Quando igit̃ unus uel pauci uel multi cõmunem utilitatem in
gubernatione ſequũtur has eſſe rectas reꝝ pub. ſpecies neceſſe eſt. Quando aũt ad pro
priam utilitatẽ/uel unius/uel paucorũ/uel multitudinis gubernat̃: tranſgreſſiões ſunt
& labes. Aut enim dicendũ eſt non eſſe ciues:aut ad participationem utilitatis ſunt re
cipiendi:uocare aũt conſueuimus cũ unus ad utilitatem communem reſpiciens guber
nat regiam poteſtatem. Cũ uero pauci gubernant/plures tamẽ uno:optimatiũ guber-
nationem:uel ex eo qa optimi præſunt: uel ex eo qa ad optimũ publicũ adminiſtrant.
Cũ autem multitudo gubernat ad communem utilitatem uocant̃ communi nomine
omniũ reſpubli. Contingit autem rationabiliter: unũ enim excellere ſm uirtutem aut
paucos dat̃ : ut uero multitudo excellat ad omnem uirtutem difficile eſt: ſed maxime
ad bellicam:hæc enim in multitudiue fit. Quare in hac reipubli. ſpecie principaliſſimũ
ac potentiſſimũ eſt id in quo robur belli cõſiſtit:& in his ipſi illi q ſunt in poſſeſſione ar
morũ. Prolabũtur uero ac tranſgrediũtur hmõi ſpecies ex regia quidem gubernatione
in tyrannide:ex optimatibus uero in paucoꝝ potentiam: ex repub. aũt in popularem
ſtatũ. Tyrannidem enim eſſe dicimus dominatũ unius ad proprium commodum in-
tendentis. Paucorum autem potentiam cum ad opulentorũ commodum gubernat̃.
Popularem autem ſtatum cum ad commodũ egenorum. Harum enim nulla ad com
munem utilitatem reſpicit. Oportet aũt paulo uberius explicare quæ ſit unaquæq; iſta
rũ:habent enim dubietates quaſdam. Philoſophantis uero circa ſinguloꝝ diſciplinam:
& nõ ſolũ ad agendum reſpicientis proprium eſt nihil negligere neq; prætermittere ſed
demonſtrare in ſingulis ueritatem. Tyrannidem eſſe dicimus unius dominationem ci
uili ſocietati præſidentis. Paucorum autem potentiam quando rempub. tenent opulẽ
ti & diuites. Popularem uero gubernationem cum tenues homines & nõ poſſidentes
diuitias gubernant. Prima igitur dubitatio eſt circa diffinitionem. Nam ſi plures ſunt



opulenti & diuites ac rempub. teneant ac popularis gubernatio ſit cũ multitudo regit.
Eodemq; modo ſicubi contingat ĩopes eſſe pauciores q̃ opulenti:ſed potẽtiores ac rem
publicam teneant:& ubi pauci rempublicam obtinent paucorũ potentiam nuncupa-
mus:non recte uiderent̃ iſtæ diffinitiones eſſe poſitæ. Enimuero ſiquis adiũgens opu-
lentiæ qdem paucitatem. Inopiæ uero multitudinem ſic appellet reꝝ publicaꝝ ſpecies
ut dicat:paucorum potentiam eſſe in qua gubernationem reipub. habent opulenti nu
mero pauci. Popularem uero in qua inopes rempu. tenẽt multi exiſtẽtes. Aliam habẽt
dubitationẽ. Quas.n.dicemus:eas reſpu. in quibus plures opulenti & in qbus paucio
res inopes gubernant. Si qdem mille ſunt aliæ reſpub. præter ſupradictas. Videt̃ igitur
rõ iſta oſtendere ꝙ paucos eſſe uel multos q gubernãt contingens eſt aliud paucoꝝ po-
tentiæ:alteꝝ populari:propterea quod ubiq; accidit ut pauci ſint opulenti:multi uero
inopes. Ex quo fit ut hmõi cauſæ non faciant differentiã:ſed ĩ eo differat popularis gu-
bernatio a paucoꝝ potentia:ꝙ alibi opulenti:alibi inopes rempu. obtinent: neceſſariũ
q; eſt ubicũq; per opes ac diuitias præſunt ſiue hi pauciores ſint ſiue plures hãc eẽ ſpẽm
illã q̃ uocat̃ paucoꝝ potẽtia::ubicũq; aũt inopes hãc eſſe popularẽ gubernationẽ. Sed
accidit ut diximus hos qdẽ paucos eẽ:illos uero multos:opibus.n.ac diuitiis pauci abũ
dant:libertatis aũt oẽs participes ſunt:propter quas cãs contendunt utriq; de repub.

Sumendum eſt prius quos terminos eſſe dicũt paucoꝝ potentiæ : & popularis gu-
bernationis:& qd ſit iuſtũ in utraq;:oẽs.n.attingũt iuſtũ quoddam: ſed uſq; ad aliqd:
& aiũt:nõ omne iuſtũ proprie:puta uidet̃ æqualitas iuſtũ qddam eſſe : & eſt qdem ſed
non omnibus:at æqualibus. Et inæqualitas uidet̃ iuſtũ eſſe:& eſt qdem: ſed non omni
bus:at inæqualibus. Alii uero hoc auferũt pſonis & male iudicãt:cã uero eſt qa de ſeip-
pſis iudiciũ fit. Qui uero de ſeipſis iudicant/ut plurimũ non recti ſunt iudices. Itaq; cũ
iuſtũ aliqbus & diuiſum ſit eodem mõ in rebus & perſonis ut diximus in ethicis:æqua-
litatem rei confitent̃:ſed de perſonis contendũt maxime : ut dictum eſt/ quia de ſeipſis
non recte iudicãt. Deniq; quia uſq; ad aliqd utriq; eoꝝ iuſtũ quoddam dicentes putant
ſe dicere ſimpliciter iuſtũ:hii enim ſi in aliquo ſint ſuperiores/ceu opibus & diuitiis: ali
os omnino putant impares eſſe. Hii uero ſi ĩ aliquo ſint pares/puta libertate/ omnino
putãt eſſe pares:cæteꝝ qđ eſt principaliſſimũ non dicunt. Si.n. poſſeſſionũ gratia ſo-
cietatẽ iniiſſent:tantũ caperent ciuitatis quantũ poſſeſſionis. Itaq; rõ illa ualeret quæ ẽ
paucoꝝ potẽtiũ:qui aiũt non eſſe iuſtum/ut qui unũ cõtulit tm̃ participat de centũ mi
nis:quantum is q contulit omne reliquũ:neq; eoꝝ quæ ab initio:neq; eoꝝ quæ poſtea
ſuperueniant. Quod ſi non uiuendi ſolũ gratia:ſed magis bene uiuendi: nam ſic ſeruo
rũ & alioꝝ animaliũ ciuitas eſſe poſſet:quod non eſt ex eo quia fœlicitatis non ſunt ca-
pacia:nec uiuendi ſecundum electionem: neq; ſocietatis gratia bellicæ: ne a quoquam
iniuria afficiant̃:neq; propter cõmertia ac mutuam utilitatem:nã ſic tuſci & carthagi-
nenſes:& oẽs hii qbus eſt cõmertiũ inuicẽ tanq̃ ciues eſſent unius ciuitatis:ſunt nempe
illis fœdera circa res importãdas:& pacta ne iniuria afficiãtur:& ſcripturæ circa mutuã
ſocietatem:ſed neq; magiſtratus cõmuniter his deputati ſunt:uerũ alii apud alios.: nec
quales eſſe oportet alteri de alteris cogitãt:neq; ut nemo eorum iniuſtus ſit qui ſub fœ
dere compræhendant̃:neq; ut prauitatẽ nullã habeãt:ſed ſolum ut non inuicem ſe in-
iuria afficiant. At enim de uirtute ac uitio publice cogitant quicũq; curam habent bene
inſtituendi ciuitatem. Ex quo manifeſtum eſt de uirtute curam eſſe habendam ei quæ
re uera ciuitas ſit nominanda:non rationis gratia:nam fit communicatio ſocietas alio
rum ad bellum loco ſolum differens ab aliis ſociis longe exiſtẽtibus:& lex pactio ut ait

Lycophron ſophiſta fideiuſſor inuicē iuſtoꝝ: ſed non talis ut bonos & iuſtos ciues effi
ciat. Et ꝙ ita ſe habeat patet: nam ſi qs coniūgat loca in unum ut megarenſium corin-
thiorumq; ciuitates ſeſe īuicem contingant mœnibus nihilominus una nō erit ciuitas.
Nec ſi ſimul coniugia ineant quāq̄ hoc unum ſit de his cōibus quæ proprie ſunt ciuita
tum. Eodemq; modo ſi qui habitent ſeparati quidem: non tñ ita longe ut nequeant ſi-
mul cōicare: legeſq; habeant iniuriam ſibi inuicem in cōmerciis prohibētes: ceu ſi unus
faber: alter agricola: alter ſutor: alter aliquis hmōi foret: eſſentq; ii decem milia nume-
ro. Nec aliæ eis forent cōmuniones niſi taliū reꝝ: puta contractuū & fœderationis: nec
ſic quidā ciuitas adhuc foret: propter quā tandē utiq; cām: non. n. quia non propinqua
ſit cōmunicatio: nam ſi unum conuenirent ita cōmunicantes: unuſquiſq; tñ utatur pro
pria domo ut ciuitate ac ſibiipſis ut confederanti auxilium ferant contra iniuriātes. So
lum ne ſic quidem ciuitas eſſe uideret̃ recte conſiderantibus. Si quidem eodem mō cō-
uerſarent̃ ſimul coniunctim & ſeparatim: ex quo patet ꝙ ciuitas non eſt cōmunicatio
loci: & non iniuriādi ſibiipſis: & cōmertii gratia. Sed iſta quidem ut aſſint neceſſarium
eſt ſiquidē futura ſit ciuitas: nec tñ ſi iſta aſſint omnia ciuitas adhuc erit. At bene uiuen
di ſocietas & domibus & generibus uitæ perfectæ gratia: & per ſe ſufficientes hoc tātū
non erit: niſi uno eodēq; loco habitantibus: & coniugia ſimul ineuntibus: propter qd
propinquitates in ciuitatibus extiterunt & ſodalitia: & ſacra: & conuerſationes familia-
riū: idq; eſt amicitiæ opus: nā ſimul uiuendi electio amicitia eſt: finis eſt igitur ciuitatis
bene uiuere. Illa uero gratia finis. Ciuitas aūt eſt generum pagorūq; ſocietas uitæ perfe
ctæ ac per ſe ſufficiens. Hoc eſt ut diximus bene ac beate uiuere. Bene igit̃ agendi gratia
ponendum eſt eē ciuilē ſocietatem: non aūt gratia ſimul uiuēdi. Quapropter quicunq;
plus conferunt ad huiuſmodi ſocietatem: his plus iuris competit in ciuitatē q̄ his qui li
bertate ac genere pares ſunt uel maiores: ſed ciuili uirtute ſunt impares: & q̄ hii qui diui
tiis ſuperant: ſed uirtute ſuperantur. Quod igitur omnes qui de republi. contendūt p-
tem aliquam iuſti dicūt manifeſtū eſt ex ſupradictis. Eſt aūt dubitatio quid oportet
dominans eſſe: in ciuitate: nunqd populū: an eos qui diuitias hñt: an bonos & æquos:
uel unum qui ſit optimus oīum uel tyrannum. Verū hæc omnia uidentur habere diffi
cultatem. Quod enim inopes qa plures ſint partiant̃ ea quæ ſunt opulentorū hoc non
iniuſtū eſt: decreuerunt enim qui poteſtatem habent. Iniuria igit̃ ſūma quæ tandem di
cenda eſt. Rurſuſq; oībus acceptis ſi plures ea ſibi tribuant quæ ſunt paucorū: conſtat
ꝙ ciuitatem corrumpūt. Atqui uirtus nūq̄ corrūpit id quod eam habet: neq; iuſtū ciui
tatis corruptiuū eſt. Ex quo patet legem iſtam non poſſe iuſtam eſſe. Præterea illa quo
q; quæ facta fuerūt a tyranno neceſſariū foret iuſta eſſe omnia. Vi enī aufert propter po
tentiam quemadmodū multitudo diuitibus. Sed an paucos & opulentos iuſtū eſt do-
minari: an ergo ſi & illi hoc agant & rapinas exerceant: auferuntq; multitudinis bona:
hoc ne erit iuſtū: ergo & alteꝝ. Hæc igit̃ oīa cōſtat eſſe praua. Veꝝ bonos & æquos do
minari oportet auctoritatemq; habere oīum. Ergo alii omnes cum magiſtratus nō ca-
piant inhonorati manebunt: nam honores quidem magiſtratus poteſtateſq; appella-
mus: quos ſi boni ſemper habeant neceſſarium eſt alios excludi ab honoribus reipub.
Sed nūquid unus qui ſit optimus dominari debet. At enim hoc etiam grauius eſt quo
niā plures erunt ab honoribus excluſi: ſed forſan dicet aliquis legem dominari debere.
Non aūt hominem in quem cadunt animi perturbationes. Si igit̃ ſit lex quidem: ſed
uel ad paucoꝝ potentiā/uel ad multitudinis fauorē declināſ: qd tandē refert ī his de q
bus dubitatū eſt: euenient. n. eadē quæ ſupradicta ſunt. De his igit̃ ſi alius qdē ſermo.



Quod aūt magis penes multos debeat eſſe ptās q̄ penes paucos licet optimos. Videt̃
ſolui poſſe: & quādam habere dubietatē: immo forte ueritatem: nam ſi plures ſint quo
rū unuſquiſq; non ſit ſtudioſus: tñ fieri poteſt ut in unū conuenientes omnes meliores
ſint q̄ illi: non ut ſinguli ſed ut oēs. Quemadmodum cœna in qua plures conferunt q̄
ea quæ ex unius erogatiōe fit: nam cum plures ſint unuſquiſq; partem habet uirtutis ac
prudentiæ: ac fiūt in unum collati quaſi homo unus/qui multos pedes habeat. multaſ
q; manus multoſq; ſenſus: & eodem modo circa mores & intelligentiam. Quapropter
melius iudicant multi & in muſica & in poetarum operibus. Alii enim aliud: & cuncti
cuncta diſcernunt: ſed in hoc differunt ſtudioſi uiri ab unoquoq; aliorum ex multitudi
ne quemadmodum decoros a nō decoris aiunt: & picta artificioſe a ueris: eo ꝙ ſurſum
diſtincta in unum colliguntur. Cum ſi ſeparatio fiat pulchrius ſe habebit: huius qdam
picti oculus: alterius uero cuiuſdam alia particula. Si igit̃ de omni populo omniq; mul
titudine recipitur hanc eſſe differentiam multitudinis ad paucos ſtudioſos incertum ē
immo forſan certū qd̃ de quibuſdā eſt īpoſſibile. Nam eadem rō de beſtiis eſſet. Quā-
q̄ quid differūt quidam ut ita dixerim/a beſtiis: ſed de aliqua multitudine nihil uetat eē
uerum. Quapropter dubitationē illam primam per iſta ſoluere quis poteſt ac ſimi
liter aliam ſubſequentē. Quorum oportet poteſtatem habere liberos homines ac mul-
titudinem ciuiū: tales aūt ſunt quicunq; neq; opes habent neq; uirtutis exiſtimatiōem.
Etenim permittere iſtis magnos magiſtratus nequaq̄ eſt tutum: propter iniuſticiam
& ignorantiam per quas quibuſdam iniuriarent̃: in quibuſdā errarent. Rurſus uero ex
cludere illos penitus ab honoribus periculoſum eſſet. Cū enim multitudo inopum eſt
in ciuitate eademq; ab honoribus excluſa neceſſe eſt eam ciuitatē eſſe plenā hoſtiū reip.
Reſtat igitur ut ad conſultandū & decernēdū iſti recipiant̃. Quapropter & Solon &
alii qdam eorum qui leges condidere: huiuſcemodi hoīes ad repetēdas geſtorum ratio
nes & ad ſuffragia electioneſq; magiſtratuum admittunt. ſolis aūt ut magiſtratus cō-
mittantur nequaq̄ permittunt. Dum enim cum aliis una decernūt atq; conſultant ca-
piunt omnes ſimul ſufficientem ſenſum: & permixti melioribus ꝓſunt. r. pu. Quēad-
modum nō purū alimentū una cum puro totū facit utilius q̄ paucū: ſeparati uero utri
q; impfecti ſunt ad iudicandū. Sed habet dubitationē hmōi ordinatio reipu. primū qa
uideretur eiuſdem eſſe hominis ſcire iudicare quis recte medelam attulit: qui ipſe ſciat
etiam mederi ac ſanitatē ægrotantibus afferre: hic autem eſt medicus. Eodem modo de
aliis facultatibus & artibus. Vt. n. medicum ratiōem ſuæ medelæ apud alios medicos
reddere oportet: ita & alios apud ſimiles. Medicus autem eſt & ille qui agit: & ille qui p̄
cipit & oſtēdit: & tertio loco ille qui a pueritia expertus eſt circa artem. Sunt enim qui
dam tales in cunctis ut ita dixerim artibus. Tribuimus uero iudicium non minus exp
tis q̄ ſcientibus. Deinde & circa electionem eodem ſe uidetur modo habere. Nam recte
eligere ſcientis eſt opus: ceu geometram in geometria/& gubernatorem in nauigatiōe:
& ſi enim in quibuſdam operibus & artibus concurrunt alii quidam ignorātes/& non
tamen melius iudicāt q̄ ſcientes. Itaq; ſecūdum hanc rationem auctoritas multitudini
danda non eſſet: neq; in electionibus magiſtratuum: neq; in rationibus adminiſtrato-
rum repoſcendis. At enim forſan hæc omnia non bene dicuntur: & pp ſuperiorem ſer-
monem: ſi ſit multitudo non nimis ſeruilis. Erit enī unuſquiſq; deterior iudex q̄ hii qui
ſciunt. uerūtamen ſimul oēs uel melius iudicabunt/uel non deterius: & de quibuſdam
qdem non ſolum is qui fecerit: recte iudicat: & qui habet artem: puta domum non ſo-
lū is intelligit & iudicat qui fecit: ſed melius is q utitur. Vtitur aūt paterfamilias domo

& temone gubernator/nõ faber: & epulis conuiuia/non coquus. Hoc igit' dubium per hũc modũ uidetur ſufficienter ſolui. Eſt & alia dubitatio cũ hac annexa: quia inconueniens uidet' ut deteriores qui ſunt maiorum reꝝ habeãt p̄tãtem: q̄ probi. Rationes uero adminiſtratorũ a magiſtratibus repoſcere: & magiſtratus ipſos diligere maximũ eſt: q̄ duo in quibuſdam ciuitatibus a populo fiunt. Concio enim taliũ oĩum domina eſt: atqui concionis quidem participes ſunt deliberant/decernunt/exigui cenſus homines & cuiuſq; ætatis. Queſturam uero/& p̃turã/& maximos magiſtratus ſuſcipiunt ex cenſu magno atq; ætate. Queſtio illa poteſt eodẽ ſolui: nam forſan id ſe recte habet: neq; eni iudex neq; conſultor neq; is qui in concione exiſtit dominatur: ſed iudiciũ & ſenatus & populus. Illoꝝ uero unuſquiſq; eſt particula iſtoꝝ. Dico aũt particulam eſſe conſultorem: & concionatorẽ: & iudicem: itaq; iuſte domina maior eſt multitudo. Ex multis. n. populus cõſtat & iudiciũ: maior q̄ ſenſus eſt uniuerſoꝝ q̄ ſinguloꝝ p ſe & q̄ illoꝝ paucorũ q magnos ſuſcipiũt magiſtratus. Hæc igit' in hũc modũ terminata ſint. Prima uero illa quæſtio mãifeſtũ facit nihil adeo ut leges recte poſitas debere dominari. Illũ ãt qui reipu. p̄eſt ſiue unus hic ſit: ſiue plures in his p̄tãtem habere debere in quibus leges exp̄ſſe cauere nõ poſſunt: ex eo qa nõ facile ſit generali ſermone ſingulos caſus compræhẽdere. Quas tñ leges recte poſitas dicamus nõdũ apparet: ſed adhuc ſupeſt anterior dubitatio. Atqui tales eſſe leges quales ſunt reſpub. neceſſariũ eſt prauas uel ſtudioſas/iuſtas uel iniuſtas: & hoc unũ manifeſtũ oportere ad ſpeciem reipu. leges eſſe accomodatas. Quod ſi ita ſit patet ꝙ leges illas quæ ad rectas gubernatiões accomodatæ ſunt neceſſe eſt eẽ iuſtas. Illas uero quæ ad earũ labes eſſe nõ iuſtas. Cũ uero in cũctis ſciẽtiis & artibus finis ſit bonũ: maximum aũt & maxime in principaliſſima omnium: hæc autem eſt ciuilis poteſtas: eſt aũt ciuile bonũ iuſtũ: id aũt cõmunis utilitas: uidet' autẽ oĩbus æquũ quoddam eſſe iuſtũ: & uſq; ad aliquid conſentiũt philoſophicis rationibus ĩ q̄bus determinatũ eſt de moralibus. Quid. n. & quibus iuſtũ & oportere paribus par exiſtere: quoꝝ certe paritas & quoꝝ impitas ſit oportet non latere. Habet. n. id dubitationẽ & philoſophiã ciuilẽ. Forſan. n. diceret aliquis ſm omnis boni p̃eminẽtiam oportere impariter magiſtratus tribuere ſi in aliis nõ differãt: ſed pares ſint. Differẽtibus. n. aliud eẽ iuſtũ & quod ſit ſm dignitatem: atqui ſi hoc uerum ſit erit & ſm colorem & ſm magnitudinem: & ſm unũquodq; bonoꝝ plus tribuendum de ciuili iuſto illis q ſuperexcellunt: at hoc q̄dem falſum eſt: qd' patet in aliis ſcientiis & artibus. Paribus. n. fiſtulatoribus quantũ ad artem danda non eſt prærogatiua fiſtulaꝝ illi qui ſit nobilior. nihil. n. melius caneret: ſed oportet is q in opere ipſo ſuperexcellũt tribuere fiſtulaꝝ p̃rogatiuã. Quod ſi nũdum patet quod dicimus etiam magis deducentibus erit manifeſtum: nam ſi erit aliquis excellens fiſtulatoria arte inferior tñ nobilitate generis uel forma: & ſi maius quolibet illoꝝ eſt bonũ q̄ fiſtulatoria. Dico aũt nobilitatem & formã: & ſm proportionem fiſtulatoriæ ſunt anteponenda: tñ huic dãdæ ſunt meliores fiſtulæ: oportet. n. in opus ipſum prærogatiuũ conferre. Diuitiaꝝ uero & nobilitatis reſpectus nihil cõfert. Præterea ſm iſtam rõnem omne bonũ ad omne bonum eſſet utiq; cõparabile. Nã ſi magis aliqua magnitudo: & certe omnino magnitudo cõparabilis foret: & ad diuitias & ad libertatẽ: itaq; ſi magis hic excelleret magnitudine q̄ ille uirtute: & magis ſupereminere t oĩno magnitudo: uirtuti eſſent oĩa cõferenda. Quanto enim magnitudo huius illũ ſuperaret tãto conſtat eſſe ut parẽ. Cũ uero hoc ſit impoſſibile patet ꝙ in rebus ciuilibus non ſecũdum omnẽ imparitatem de magiſtratibus recte cõtendunt. Si. n. ſint hii quidẽ tardi: illi autẽ ueloces: nihil ob hoc oportet alios plus: alios minus



habere: ſed in gymnicis certaminibus hoꝝ excellentia honorẽ capit. At ex quibus cõſtat ciuitas: in his neceſſe contentiones cadere. Quapropter rationabiliter ſibi arrogãt honorẽ nobiles & ingenui & opulenti. Oportet enim in ciuitate ingenuos eẽ & cẽſum habere ad onera p̄feranda. Nõ. n. ciuitas eſſe poteſt ex pauperibus omnibus: quemadmodum nec ex ſeruis. Atq ſi hæc requiruntur patet ꝙ & iuſticia & uirtus bellica requirit': ſine his. n. ſtare ciuitas nõ põt. Hoc tm̄ intereſt ꝙ ſine primis illis ciuitas eſſe nõ poteſt. ſine his aũt non bene permanere. Ad hoc igitur ut ſit ciuitas uideri poſſunt uel oĩa uel quædam iſtorum recte ſibi honores uendicare. Ad uitam tñ optimam diſciplina & uirtus iuſtiſſime ſibi uendicare honores utiq; uiderentur: ut ſupradictum eſt. Cum uero nec omniũ parium par habere debeãt: qui in uno aliquo ſint pares: nec impares ſm unum neceſſarium eſt omnes huiuſmodi rerum pub. tranſgreſſiones eſſe: & labes. Dictum uero eſt prius: quia inter ſe quodãmodo oẽs iuſte contendunt: ſimpliciter autem non omnes iuſte. Opulenti quidem ꝙ plus regionis poſſident: regio aũt cõmune quiddam. Præterea in cõmertiis magis creditur eis ut plurimũ. Ingenui aũt & nobiles quaſi prope inter ſe: ciues. n. magis generoſiores q̄ ingeneroſi. Nobilitas aũt apud omnes in honore habetur. Inſuper quia conſentaneum eſt ex melioribus ortos eſſe meliores: eſt enim generis uirtus nobilitas. Similiter quoq; dicimus uirtutem merito contentionem inducere: ſociabilem. n. uirtutem dicimus eſſe iuſticiam: cui cæteræ omnes uirtutes neceſſario conſequuntur. Atqui & plures ad pauciores: nam & potentiores & diuitiores: & meliores ſunt ut ſuſceptis pluribus ad pauciores. An ergo ſi omnes iſti forent in una ciuitate ceu boni & diuites & nobiles: eſſetq; alia multitudo populi. Vtrum in dubium ueniret quibus gubernatio reipu. foret tribuenda. an nõ eſſet dubium. In unaquaq; igit' repub. eaꝝ quas diximus indubitatum eſt iudicium: qui nam debeant gubernare. Principalibus enim inter ſe differũt: ceu alia per diuites eſſe: alia per uirtuoſos: & aliaꝝ unaquæq; eodem modo: ſed tñ conſiderandum eſt quando circa idem tempus iſta exiſtũt quomodo ſit determinandũ. Nempe ſi uirtuoſi ſint in ciuitate admodũ pauci quomõ eſt agendum. An conſiderare oportet ſi pauci ad opus gubernandi rempub. ſufficiant: aut tot eſſe oporteat ut ex his ciuitas conſtet. Eſt aũt dubitatio quædam in cunctis qui de honoribus reipu. contendunt. Nam qui uel p̄pter diuitias uel propter genus gubernationem ſibi tribuendam putant: nihil iuſte dicere uiderentur. Sequeretur enim ut ſi unus omnium ditiſſimus foret is eodem iure gubernare alios omnes deberet. Eodem modo qui nobilitate antecellit eorum gubernator eſſet: qui cum ipſi ſint ingenui de honore contendunt. hoc idem forſan continget in optimatum gubernationẽ circa uirtutem. Siquis enim unus probitate antecellat aliis qui in eadem repub. uerſentur: hũc dominari oportebit ſecundum illam rationẽ. Ergo ſi & multitudinem dominari oporteret ex eo quia potẽtior eſt q̄ pauci: & ſi unus uel plures uno pauciores tamẽ q̄ multitudo potẽtiores ſint aliis: hos oporteat gubernare potius q̄ multitudinẽ. Hæc itaq; omnia uidẽtur oſtẽdere: ꝙ harum determinationum nulla ẽ recta ſecundum quam cẽſent ſibi quiſq; gubernationẽ eẽ tribuẽdam: cæteros uero omnes ſub eorum gubernatiõe eẽ debere. Nam profecto & ad eos qui per uirtutẽ ſibi arrogant gubernandi auctoritatẽ: & ad eos qui per diuitias reſpondere poſſet multitudo iuſtum ſermonẽ. Nihil. n. uetat multitudinẽ q̄nq; meliorẽ eẽ q̄ pauci: ac ditiorem non ſm ſingulos ſed ſm uniuerſos.

Ex quo ad quæſtionẽ illam quam afferunt p hunc modum reſponderi poteſt. Querunt. n. quidam ad quid reſpicere legis conditor debeat in legibus rectiſſimis conſtituendis. Vtrum ad meliorum uel ad plurium utilitatem: quando contingat ꝙ modo di

ximus rectum quidem accipiendum ẽ æque. A eque uero rectũ ad totius ciuitatis utili
tatẽ & ad cõmunem ciuium. Ciuis aũt cõmuniter qui particeps eſt imperandi & paren
di: licet alius ſm̄ unamquãq; ſpeciem rerum publicarum. Secundum aũt optimã ſpe-
ciem qui põt & eligit parere & imperare ad uitam ſm̄ uirtutem degẽdã. Quod ſi unus
ſit uſq; adeo ſuperexcellens uirtute uel plures q̃ unus. Nec tñ tot numero ut ĩplere ciui
tatẽ poſſint: ut neq; cõparanda ſit aliaꝝ oĩum uirtus: neq; facultas gerendi rempub. ad
hanc pluriũ ſi plures ſint: uel unius tm̃/ſi unus: amplius hii ponendi ſunt ciuitatis ꝑs.
Fieret. n. illis iniuria ſi pariter atq; alii cenſeantur: cum ſint uſq; adeo ſuperiores ſm̄ ciui
lem potentiam. Putandũ eſt. n. talẽ uirũ tanq̃ deum in hominibus eſſe. Ex quo manife
ſtum eſt poſitionẽ legũ neceſſariam eſſe circa æquales genere & uirtute. Sed in illos ta-
les non eſt lex. Ipſi. n. lex ſunt. Etenim ridiculũ foret qui illos legi ſubicire conaret̃. Di-
cerent enim fortaſſe quemadmodum de leone ſcribit Antiſthenes concionantibus le-
puſculis ac cenſentibus æquum omnes habere debere. Quapropter a ciuitatibus quæ
populariter reguntur. Oſtratiſmus repertus eſt. hæ ſiquidem ciuitates æqualitatem
maxime complectũtur. Itaq; qui ſuperexcellere uidetur uel propter diuitias: uel ꝓpter
amicos: uel propter aliquam aliam ciuilem potentiam extra ciuitatem relegatur ad tẽ
pus aliquod terminatum. Tradũt etiam fabulæ ob huiuſmodi cauſam Herculem ab
argonautis fuiſſe relictũ. non. n. una cũ aliis nauem gerere illũ uoluiſſe/ut nimiũ ſuper
excellentem inter nauigantes. Quapropter qui tuperant tyrannidem & conſiliũ Periã
dri Thraſybulo datũ: non ſimpliciter exiſtimandi ſunt recte dicere. Ferunt etiã Perian
drũ nihil reſpondiſſe ei qui conſilii petendi cã ad ipſum miſſus fuerat: ſed ſupereminẽ-
tes ſpicas demẽdo ſegetem adæquaſſe. Cuius cãm cũ nõ intelligeret nũcius ac factum
ab eo narraret intellexiſſe Thraſybulum. ꝙ oportebat ſupeminẽtes ciues auferre. Hoc
aũt nec prodeſt ſolũ tyrannis: nec ſolũ faciũt tyranni: ſed & in paucoꝝ potentia: & in
populari ſtatu ſimiliter ſe habet. Oſtratiſmus enim eãdem quodãmodo uim habet tol
lendo eos qui ſupereminẽt & in exiliũ pellendo. Hoc idem & ciuitatibus/& in gẽtibus
faciunt hii/qui dominantur: uelut Athenienſes circa ſamios & chios & leſbios. Quam
primum. n. ĩperium firmiter habuere eos in multis peſſundarunt: contra fœderis æqui
tatem. Perſarum aũt rex medos & aſſyrios q̃ magnũ aliquid de ſeipſis ſapiebant/ob im
perium prius habitũ ſæpe cõtriuit. Quæſtio aũt propoſita circa omnes eſt reꝝ publica
rum ſpecies uniuerſaliter q̃ ſunt rectæ: nam illæ quæ tranſgrediunt̃ ad propriam reſpi-
ciẽtes utilitatẽ hoc agunt. Quinimo & illæ quæ ad cõmune reſpiciũt bonũ eodem mo
do ſe habent: patet hoc in aliis quoq; artibus & ſcientiis: neq; enim pictor excedentem
menſuram pedẽ animal habere pateretur q̃uis pulcherrimus ille pes eſſet: neq; faber ꝓ
ram aut aliam partem nauis neq; certe magiſtri chori: eum qui pulchriorem ac meliorẽ
toto choro uocem emittit: ſinet in choro eſſe. Itaq; ob hoc quidem nĩl prohibet eos qui
domini ſunt cõuenire cum ciuitatibus ſi ꝓpriæ dominationis gratia: quæ prauitatibus
utilia ſunt agant: quare ſm̄ eas quas confitemur ſuperexcellentias quandam habet uti
litatem rõ illa per quam Oſtratiſmus fuit repertus. Melius tñ foret ſic ab initio per legis
conditorẽ prouideri ut reſpub. non indigeret tali medicina. Secũdo autem loco ſiquid
tale accidat conandum eſt tali aliquo remedio corrigere: quod tamen factum non eſt a
ciuitatibus. Non. n. reſpexerunt ad cõmodũ publicũ: ſed ꝑ ſeditionẽ uſi ſunt ciuili pul-
ſione. In his igitur ſpeciebus gubernandi quæ lapſæ ſunt quod ad priuatum cõmodum
pertinet ac iuſtum eſt patet: forſan autem nõ ſimpliciter iuſtum: & hoc eſt manifeſtũ:
ſed in optima repub. magnam habet dubitationẽ: non per excellentiam aliorum bono
rum:



um: ceu iurium & diuitiarum & amicitiaꝝ: ſed ſi quis excellat uirtute q d de eo ſit faciẽ
dum. Nõ enim dicendũ eſt ut talis uir ſit de ciuitate pellẽdus: atqui neq; gubernationi
aliorũ: talis uir erit ſubiiciendus. Perinde. n. eſt ac ſi qui Iouẽ gubernare uelint poteſta-
tem diuidentes. Reſtat ergo ut uidet̃ naturam huius talem eſſe: ut omnes ſpõte ſua il-
li parere debeant: itaq; hm̃oi quidẽ hoĩes eſſe reges perpetuos ĩ ciuitatibus. Forſan ue
ro poſt hæc congruum fuerit conſiderare de regia gubernatione. Dicimus. n. hanc eſſe
unam ex rectis ſpeciebus reꝝ publicaꝝ. Conſiderandũ eſt aũt utrũ conducat ciuitati &
regioni quã recte gubernare oporteat regem habere uel nõ: ſed alia quædam ſpecies gu
bernandi magis conducat: uel an quibuſdam cõducat: quibuſdã non. Ante oĩa uero di
ſtinguendũ eſt an ſit unũ genus eoꝝ: uel differentias habeant plures: facile eſt intueri
ꝙ plura genera ſunt. Nec ẽ omnium regum modus unus poteſtatis. In lacedæmonio
rum. n. repub. uidet̃ rex eſſe maxime ſm̄ leges: neq;. n. poteſtatem habet omnium: ſed
cũ egreditur extra regionẽ imperium habet eorum quæ pertinent ad bellum. Præterea
ſacrificia deorumq; cerimoniæ ei cõmiſſa ſunt: hæc igitur regia poteſtas quaſi auctori-
tatem belli perpetuam habere: uitæ enim neciſq; alicuius non habet poteſtatẽ niſi dum
bellum gerit: ut etiam apud antiquos fuiſſe uidetur: quod oſtendit Homerus: nã Aga
mẽnon in contionibus maledictis & iurgiis uexabatur: uel a cõcione digreſſus ĩ prælio
erat: occidendi habebat poteſtatẽ. Itaq; inquit quẽ ego procul a pugna fugientem con
ſpexero nõ ſibi ſat erit fugere canes & aues: nam penes me occidẽdi poteſtas. Una ergo
ſpecies regia eſt auctoritas belli ꝑpetua: & quandoq; per genus: & quãdoq; per electio
nem huiuſmodi regnum obtinetur. Eſt & alia ĩſuper monarchiæ ſpẽs qualia ſunt apud
quoſdam barbaros regna/uim habentia proximam tyrannidi: licet ſint legitima: & ſm̄
morẽ patriæ. Ob id enim quia magis aptæ ſunt ad ſeruiẽdum nationes barbarorum q̃
græcorum: & eorum qui incolunt Aſiam q̃ eorum qui Europam: perferunt ſeruile iu-
gum æquo animo: & ob hoc tyrannica ſunt huiuſmodi regna: ſed habent ſecuritatem
quia more & legibus conſiſtunt. Et ea de cauſa cuſtodiam habent regiam non tyranni
cam: reges enim a ciuibus cuſtodiuntur. Tyranni uero ab externis mercede cõductis.
Et reges ſecundũ leges & uolentibus. Tyranni uero inuitis dominãtur. Itaq; alteri a ci
uibus cuſtodiuntur: alteri contra ciues cuſtodiã parant. Sũt igitur hæ de quibus dictũ
eſt duæ ſpecies monarchiæ. Tertia eſt ſpecies ut antiquitus in græcia fuere quos uoca-
bant aeſymnetas. Eſt aũt hæc ut ſimpliciter dicamus electiua tyrannis differens a bar-
barica non eo ꝙ legitime: ſed eo ꝙ non conſuete: poteſtas aũt huiuſmodi: aut uiuẽte eo
durabat: aut tempore: uel rebus geſtis finiebatur: qualem eligerunt: quandoq; Mityle
nei pittacam aduerſus exules ſuos: quibus præerant Anthimenides: & Alcæus poeta:
oſtẽdit hic Alcæus in quodam loco ſuoꝝ carminum: increpat enim ꝙ pitticam hoĩem
obſcuri generis ſine felle laborãti ciuitati p̄fecerint Tyrannũ. Hm̃oi igit̃ ſpecies qa ty-
rannicæ ſunt dominationem habẽt. Quia uero electiuæ ſunt & uolentium regiæ: quar
ta ſpẽs regni ẽ: q̃les erant heroicis tp̄ibus ſpõtaneæ & ſecundũ morẽ & legẽ: pp bñficia
. n. a p̃ris collata in populos: uel ꝑ artes: uel ꝑ bellũ: uel ꝑ cõgregationẽ ĩ unũ: uel ꝑ acq
ſitionẽ regiõis: delatũ fuit eis regnũ de populoꝝ uolũtate & ſucceſſoribus. Id erat ſm̄
morẽ: hii & imperium habebant belli: & rei diuinæ cultũ exercebãt: niſi talia eſſent ſa-
crificia quæ ſacerdotiũ requirerẽt: & poſtea de controuerſiis iudicabãt: & hoc faciebant
alii iureiurãdo præſtito: alii ſine iureiurando: erat aũt illis iuſiurandum per ſceptri ele-
uationem. Veteres igitur illi reges antiquis tp̄ibus ciuitates & gentes & nationes exter
nas cõtinuo gubernabãt: poſtea uero partim ipſis regibus dimittẽtibus: partim multi-

tudine detrahente illud ſolum in quibuſdā ciuitatibus relictū eſt regibus ut cerimonia
rum erga deos haberēt facultatē: ac belli duces in externis eſſent. Regiæ ergo poteſta-
tis tot ſunt ſpēs: quatuor uidelicet: una qualis erat tpibus heroum uolentiū. ſ. & in qui
buſdā determinatis rebus. Dux. n. belli & iudex controuerſiarū & dn̄s cerimoniarū er-
ga deos altera erat barbarica ex ꝓgenie. ſ. dominatio ſm leges. Tertia quam aeſymneti
am uocant quā eſſe diximus electiuā tyrannidē. Quarta Laconica: ea aūt eſt ut ſimpli
citer dicā imperium belli in quodā genere perpetuū. Iſta quidem igiť per hunc modū
inter ſe differunt. Quinta eſt ſpēs qn̄ unus oīum habet ptātem quemadmodū unaq̃q;
genus & ciuitas unaq̃q; publice ordinata ad exemplar gubernationis domus: ut. n. gu
bernatio patriſfamilias eſt regia quædā poteſtas domi: ita regia ptās eſt ciuitatis & gen
tis unius: aut pluriū quaſi domeſtica q̃dam gubernatio. Fere aūt duæ ſunt regni ſpeci-
es de quibus cōſiderationē facere expedit: una hæc de qua diximus: altera laconica: nā
aliaꝝ pleræq; inter has mediæ ſunt. Paucoꝝ. n. domine q̃ oīmoda ptās regia: plurium
uero q̃ laconica. Itaq; cōſideratio fere circa duo uerſať. Vnum cōducat ne ciuitatibus p
petuū belli ducem habere: & hūc uel per genus: uel per electionē. Alterū conducat ne
unum hr̄e poteſtatem oīum an nō. De duce igiť belli conſiderare ad leges potius per-
tinet: q̃ ad aliquam ſpeciē reipu. Nam in omni repu. id cadere pōt. Quare dimittamus
hanc primam partē. De rege aūt qm̄ hæc ē gubernandi legitima ſpēs cōſiderare opor-
tet: & dubitationes q̃ in cadunt ꝑcurrere. Caput uero huius q̄ōnis eſt utrum expedi-
at magis ab optimo homine regi uel ab optimis legibus gubernari. Qui gubernatio-
nem hoīs p̄ferunt aiunt leges ſolū uniuerſaliter ꝓuidere: nō aūt ad ſingularia ordinari.
Itaq; in quacūq; arte litteris p̄cipere fatuum eſſe: & in ægypto poſt tertiā diem moue-
re: licet medicis qď ſi prius periculo id agunt ſuo: patet ergo ꝓpter eandem cām nō eē
per litteras & leges optimā gubernationem. Atqui & illam adeſſe oportet gubernati-
bus uniuerſalē rōnē: & melius certe cui nō adeſt turbatio aliqua omnino q̃ cui natura-
liter ineſt. Hæc igiť turbatione lex caret. Mens uero humana non caret: ſed forſan di-
cet aliqs ꝙ per hmōi rōnem ꝓbabilius deliberabit circa ſingula. Quod igiť neceſſe ſit
ipſum legis conditorē eē: ac leges poni manifeſtū eſt: ſed nō inuiolabiles quia tranſgre-
diunť. Nam in cæteris q̄dem inuiolabiles eē oportet: at de quibuſcunq; lex: aut ꝓuide
re non pōt oīno: aut non bene ꝓuidere: utrum in his uni uiro optimo danda ſit pote-
ſtas uel multis. Etenim nunc plures ſimul cognoſcunt de cauſis & deliberant & iudi-
cant. Sunt aūt huiuſmodi iudicia de ſingularibus & cum unuſquiſq; p ſe fortaſſe defici
at. Ciuitas aūt ex multitudine conſtet: ut conuiuiū ad qď plures conferunt melius eſt
q̃ una atq; ſimplex menſa: ſic iudicia multoꝝ ſæpe meliora ſunt q̃ uniuſcuiuſq;. Præte-
rea multitudo minus ſubiacet corruptioni quēadmodum aquæ magna cōgeries: ſic ēt
plures q̃ pauci incorruptibiliores ſunt. At cum unus iudicat ſi ira uel alia huiuſmodi p
turbatio uincat: neceſſarium eſt iudiciū corrumpi: ſed in multitudine difficile foret oēs
iraſci atq; errare. Sic multitudo liberoꝝ hoīum q nihil agāt p̄ter legem: niſi ī quibus lex
ipſa neceſſario deficiat: ꝙ ſi hoc: non facile in pluribus: ſi plures ſint boni uiri & ciues.
Vtrum in corruptior erit unus in gubernando uel cū erunt plures & boni oēs: uel pa-
tet ꝙ plures. Enimuero plures inter ſe factionibus cōtendunt: unus autem non conten
dit: ſed aduerſus hoc forſan ponendum eſt ꝙ ſtudioſi uiri ſunt oēs ut ille unus. Si ergo
plurium gubernatio bonoꝝ autem uiroꝝ oīum optimatium diciť: unius autē regnū:
optabilius eſſet ciuitatibus ab optimis gubernari q̃ a rege: & cū poteſtate & ſine pote-
ſtate: modo reperire queant plures ſimiliter: & ob hoc forſan rex ab initio repertus eſt:



ꝙ difficile erat uiros plures excellenti uirtute reperiri: p̄ſertim cum tunc ciuitates par-
uæ forent. Præterea ob beneficia accepta reges cauere: ꝙ opus eſt bonoꝝ uiroꝝ: ſed cū
poſtea contingeret ut plures pari uirtute reperirenť: non amplius tollerarunt regem:
ſed cōe quiddam quærentes res. p. conſtituere. Cum uero deteriores facti lucrum ſibi q̃
rerent ex gubernatione reꝝ pu. paucoꝝ hinc potentiam exortam fuiſſe credendum eſt.
Honorabant enim diuitias: ex his uero in tyrannides tranſire: ex tyrānis rurſus ad plæ
bem: ſemp enim ad pauciores redigentes: ꝓpter quæſtus cupiditatem. multitudinem
corroborauerunt: ut tandem inſurgens multitudo ad popularem ſtatum ciuitates re-
degerit. Factis nempe maioribus ciuitatibus non facile eſt aliam q̃ popularem gu-
bernandi ſpeciem remanere. Sin aūt quis ponat optimum eſſe ciuitatibus a rege guber
nari q̄uo fiet in filiis. Vtrum per genus erit ſucceſſio: at ſi qualeſcūq; perniciosum ē: ſed
non relinquet regnum huiuſmodi natis rex: cū id in ſua ſit poteſtate. At non facile iam
eſt in hoc fidem habere. Arduum enim ac maioris uirtutis q̃ ſecundū humanam natu-
ram. Quæſtio eſt etiā utrum hr̄e debeat qui regnaturus eſt circa ſe potentiā quandam
qua poſſit compellere non parētes: uel q̄uo gubernationē exercebit. Si enim habeat po
teſtatem a legibus conceſſam: & nihil ex uoluntate ſua faciat p̄ter leges: tamen neceſſa-
ria erit ſibi potentia per quā leges tueri queat. Forſan quidē de huiuſmodi rege nō diffi-
cile eſt determinare: nā oportet ipſum uires habere: ſed tales in unoquoq; ſeparatim &
ſimul pluribus potentior ſit: populo tamē ſit impotentior: ut antiqui ſolebant cuſtodi
am ciuitatis tradere: & qn̄ aliquem perficiebant œſymnetē uocitabant: uel tyrannū. Et
Dionyſio poſtulanti circa ſe habere aliquos cuſtodiæ cauſa conſuluit quidam ſiracuſa-
nis tot eē dandos. Verū de eo rege qui cuncta ex uolūtate ſua gerit conſideratio nūc
eſt facienda. Nam ille qui ſecundū leges diciť rex: non facit ut diximus regiæ guberna-
tionis ſpeciē: quia in cunctis rebus pu. cadere pōt ut ſit quidam ducēdo exercitui quoti
ens ciuitas bellum gerit ꝑpetuo præfectus: puta in populari ſtatu. & optimatium gu-
bernatione pluresq; auctoritatē uni cōmittunt belli gerendi. Eſt aūt talis quædā depu
tatio apud dyrachium: & apud ſipōtinos: licet apud ſipōtinos paulo conſtrictior: ſed
regia illa ptās pleniſſima p quā rex oīa ex uoluntate ſua gubernat: uideť q̄buſdam non
eē ſecundū naturā: ut unus oīum dn̄s ſit ciuiū: cū ex ſimilibus ciuitas cōſtet: nā ſimili-
bus natura idē ius eē neceſſariū eſt: & eandē dignitatē ſecundū naturā. quare ut parem
habere impares alimoniā: aut ueſtē nociuū eſt corpibus: ita & in honoribus res ſe hēt.
Similiter ergo & inæquales æqualibus: ex quo nō magis p̄eſſe q̃ ſubeſſe iuſtū eſt: & p ui
ciſſitudinē eodē modo: & hæc iā lex inſtitutio lex eſt. Melius ē igiť ut lex dominetur q̃
aliqs ciuiū: eadēq; iſta rōne ſi quos p̄eſſe oportet: ita ſunt pficiendi ut cuſtodes legū atq;
miniſtri neceſſe ē eē aliquos magiſtratus cum ptāte: ſed non unū hunc eē debere aiunt
in ciuiū paritate: q̃cunq; tn̄ uidenť p legem q̄dē terminari non poſſe per hoīem uero co
gnoſci poſſe: prudēter cauēs lex adiungit: cætera iuſtiſſima intētione iudicari debere: p
eos q iudiciis p̄ſunt. Ac inſuper emēdare permittit quod uideanť conantibus: ut meli-
us diſponať q̃ ſicut tacet. Qui igiť legē p̄eſſe iubēt uidenť iubere deū præeſſe & leges.
q aūt hoīem iubet p̄eſſe adiungit & beſtiā ſœuā. Libido q̄ppe talis eſt atq; obliquos agit
ēt uiros optimos q ſunt in ptāte: ex quo mens abſq; appetitu lex eſt. Videť aūt de arti-
bus falſum eē exēplum ꝙ ſm lr̄as medicari uanū eēt: meliuſq; fore ſi poſſidētibus artē
utamur: nā illi quidem nihil contra rōnem per amicitiam agunt: niſi ꝙ recuſant merce
dem accipere cū ſanos fecerint. At in magiſtratibus multa per affectionē & gratiā con
ſueuerūt delinquere: cū ſi de fide medici timereť ac ſuſpitio foret ne ſuſcepto ab inimi-

cis p̄cio necare uelit:tunc ex litteris curã magis optaremus. At qui ægrotantes medici
alios ad ſe medicos uocant magiſtri paleſtræ alios & magiſtros:quaſi nequeãt rerũ di/
ſcernere qui de ſe propriis iudicant:& in effectu cõſtituti ſunt. Quare manifeſtum eſt
ꝙ iuſtum querentes mediũ quærunt:lex enim medium. Præterea ualidiores: & de uali
dioribus rebus leges ſunt illæ quæ ex moribus ꝓueniunt q̃ quæ ex litteris. Quare ſi mi
nus fallitur homo q̃ hii quiſecundũ litteras:non tñ q̃ hii,qui ſecundũ conſuetudinem.
Atq nec facile eſt unũ diſcernere:opus erit ergo ut plures ſint ſub eo iudicantes. Itaque
quod refert hoc ſtatim ab initio ꝓuidere uel expectare ut ipſe unus aliis iſta cõmittat:ĩ
ſuper qđ prius dicebatᷣ ſiquidem uir ſtudioſus qm̃ melior ſit præeſſe debet:uno autem
duo boni meliores ſunt. Hoc enim ẽ quod Homerus ait duo ſimul euntes: & optatio
agamẽnonis:utinam tales mihi decem cõſultores adeſſent. Sunt aũt etiam nunc magi
ſtratus cũ poteſtate iudicandi de quibuſdã ceu iudex de quibus lex ꝓuidere non poteſt:
nam de quibus lex determinare põt nemo dubitaret. Sed cum quædam compræhendi
legibus poſſint quædã non poſſint: & hæc ſint illa quæ dubitationem & q̃ſtionem faci
unt:utrũ melius ſit ab optima lege/an ab optimo uiro gubernari. Nã quæ in conſulta/
tionẽ ueniunt de eiſdẽ ferri legem impoſſibile eſt. Nõ igitᷣ hoc aiunt ꝙ neceſſarium ſit
hominẽ de huiuſcemodi rebus iudicare:ſed ꝙ nõ unũ ſolũ ſed plures. Iudicat.n. unuſ/
quiſq; in magiſtratu bene:ſi ſit eruditus primo a lege. Forſan uero abſurdũ uideri poſ/
ſet:ſi melius cernat duobus oculis:& duabus auribus audiat:& duobus pedibus : dua
buſq; manibus agat q̃ plures pluribus:cũ & nunc quidẽ reges & tyranni oculos plures
ſibi comparant & aures & manus & pedes præficiendo amicos & curationẽ rerum eis
cõmittendo:qui niſi ſint amici non faciunt ſ̃m illoꝶ intentionem. Si uero ſint amici &
ſtatus illoꝶ & perſonaꝶ.amicus aũt par & ſimilis. Quare ſi eos cenſet perficiendos cer
te pares ac ſimiles gubernationi p̄eſſe cenſet oportere. Quæ igitᷣ contendentes contra
regiã gubernationem aiunt fere iſta ſunt. Sed hæc forſan in quibuſdam ita ſe habent
in quibuſdam aũt non ita. Eſt enim quoddã natura dominabile:aliud regibile: aliud ci
uile:& iuſtum:& utile. Tyrãnicum uero non eſt ſ̃m naturam:nec ulla aliaꝶ guberna/
tionum q̃ rectã tranſgrediuntᷣ formã:hæc enim fiunt præter naturã. Sed ex his quæ di
cta ſunt patet ꝙ in ſimilibus & paribus nec utile ẽ neq; iuſtum ut unus ſit dominus oĩ/
um:neq; ſi nõ ſint leges:ſed tã ipſa ſit lex:atq; ſi ſint leges neq; bonus bonoꝶ:neq; non
bonoꝶ non bonus:neq; ſi ſ̃m uirtutem ſit melior p quẽdam modum. Quis autem iſte
ſit modus dicendũ eſt. Diximus uero aliqualiter & ante: primo determinandũ eſt qđ
congruat regi:quid optimatibus.qđ reipu. Regibus congruit huiuſmodi multitudo q̃
natura apta ſit fere genus præſtans uirtute ad principatũ ciuilem . Optimatibus uero
congruens eſt multitudo q̃ nata ſit ad ferendũ gubernationem eoꝶ qui ſunt ſ̃m uirtu
tem primarii. Ad ciuilẽ gubernationem aũt reipu.congruit ea multitudo in qua popu
lus innaſcitᷣ bellicus qui gubernari poſſit & gubernare ſ̃m leges & æquitatem imperti/
ens tenuioribus honores & magiſtratus. Quando igitᷣ aut totum genus:aut inter ali/
os unum aliquẽ ita præcellere contingat ut unius ipſius uirtus maior ſit alioꝶ omniũ
uirtute:tunc iuſtũ eſt hoc eẽ regiũ genus:& oĩum dominari:& hunc unum eẽ regem.
Vt enim dictum eſt prius non ſolũ id ſe habet ſ̃m iuſticiam quã proferre ſolent rerum
publi.inſtitutores:& qui optimatiũ:& paucoꝶ potentia:& popularem. Omnes enim
excellentiam tribuunt:ſed excellentiam non eandem:ſed ſecundum prius dictum: ne
q; interficere:neq; in exilium agere:neq; relegare hunc poſſe decet:neq; dignari ut p ui/
ces excellentiam hoc accidit. Reſtat ergo ut huic ſuadenti pareatur & poteſtate eũ ha/



bere non per uices ſed ſimpliciter. De regia igitᷣ gubernatione:& quas differentias ha/
beat:& utrum utile ſit ciuitatibus:uel non:& quibus:& q̃uo in hunc modũ determina
tum ſit. Cũ uero tres diximus eſſe gubernandi ſpecies:harũ uero neceſſarium ſit eã eſſe
optimam quæ ab optimis gubernetur. Talis aũt eſt in qua contingit:aut unum aliquẽ
oĩum:aut genus totũ:aut multitudinem uirtute p̄ſtantẽ gubernare eos:qui guberna/
ri ualeant ad eã uitam quæ ſit maxime expetenda:& in primis libris oſtenſum ſit neceſ
ſarium eſſe ut ſit eadem uirtus boni uiri:& ciuis optimæ ciuitatis:patet ꝙ eodem mõ:
& per eadem fit uir bonus & ciuitatẽ ſtatueret quis ab optimis gubernari:uel a rege. Ita
q; eadem fere diſciplina & iidẽ mores facient ſtudioſum uirũ qui faciunt ciuilem & regi
um. His determinatis conãdum iam erit de optima re pub. dicere quẽadmodum fiat:
& q̃uo conſtituatur. Nã neceſſe eſt de illa conuenientem conſiderationem facere.

Explicit Liber tertius Politicorum.

Incipit Liber quartus Politicoꝶ Ariſto. Leonardo aretino interpræte.

IN cunctis artibus & ſcientiis q̃ non circa partem ſed circa ge/
nus aliquod perfecte exiſtunt unius eſt conſiderare: quid cui
q; cõueniat generari/ceu exercitatio corpori qualis quali con/
ueniat:& q̃ ſit optima. Optime enim naturæ diſpoſitio & op
time affluenti optimã cõuenire neceſſarium eſt:& quæ pluri/
mis:una oĩbus:etenim hoc gymnaſticæ eſt. Præterea uero ſi
quis non exactã illam cupiat habitudinem & ſciẽtiã circa cer/
tamina/nihilominus magiſtri gymnaſioꝶ eſt hanc potentiã
p̄parare:eodẽq; modo in medicina: & in fabricatiõe nauium:
& ueſtiũ:& in omni alio artificio uidemus cõtingere. Quare manifeſtũ eſt ꝙ eiuſdẽ eſt
ſcientiæ uidere quæ ſit optima res pub. & qualis maxime ad uotum foret nullo exter/
norũ eã impediente:& quæ quibus cõueniat. Nam plures optimã aſſequi forſan ĩpoſſi
bile eſt. Itaq; & ea quæ ſit ſimpliciter optima:& ea quæ quãtum fieri poteſt optima late
re non debet legis cõditorem:ac uero ciuilem hoĩem. Ac præterea tertia quæ ſit ex ſup/
poſitione. Nã oportet datã quoq; conſiderare poſſe quẽadmodum ab initio conſtitua
tur:& conſtituta ſeruaretᷣ q̃ plurimo tp̄e. Dico autem ceu ſi cui ciuitati contigerit neq;
optimã gubernatiõem habere:neq; neceſſaria illi adeſſe:neq; illiſipſis quæ aſſint recte
uti ſed aliis deterioribus. Præter hæc aũt oĩa eam gubernationem quæ omnibus maxi/
me cõgruat ciuitatibus noſſe oportet. Vt tradunt plurimi eorũ qui de re pu. tractãt.
Et ſi de aliis recte dicunt:de utilibus uero oberrãt:non ſolum enim optimam rem pu.
cõſiderare oportet:ſed ẽt illam quæ in uſum cadere poſſit:& quæ ſit facilior & cõmuni
or omnibus. Nunc aũt alii ſupremam quærunt ſolum multis ſine amminiculis indigẽ
tem:alii magis cõmunem aliquam tradentes:tollenteſq; eas quæ in uſu ſunt:laconicã:
uel aliam quandam cõmendant. At enim oportet talem inſtitutionem rei pu. induce/
re ut uelint ac poſſint homines ex his quæ ſibi aſſunt faciliter eam recipere. Nã eſt non
minus difficile corrigere rem pu. iam inſtitutã q̃ ab initio inſtituere : quẽadmodum &
poſt diſcere q̃ ab initio didiciſſe. Quapp nõ ſolum his quæ libris ſcriptæ ſunt res publi.
uerũ etiam illis q̃ reuera exiſtũt auxiliari poſſe debet ciuilẽ hoĩem:ut diximus. Hoc aũt
facere nõ poteſt ſi ignoret quot ſint ſpecies eaꝶ. Nã nunc quidam putant unã eſſe po/

pularem:& unam paucoꝝ potentium qđ non eſt uerum. Itaq; oportet nō latere diffe
rentias oīum:& quot ſint:& quotupliciter componant̃. Leges ẽt ſimul cum his con-
ſiderandæ erunt quæ ſint optimæ & q̃ cōueniant unicuiq; gubernationi. Sunt .n. leges
omnes ad rem pub. accomodandæ. non aūt res pub. ad legem. Eſt nāq; res pub. inſtitu
tio ciuitatis circa magiſtratus honoreſq; publicos: quemadmodum debeant impertiri
& in quo poteſtas auctoritaſq; ſūma debeat conſiſtere:& qui ſit finis cuiuſq; ſocietatis.
Leges aūt earum uariæ ſunt per quas modus rei pu. gubernandæ ſignificatur ſecundū
quas debeant illi q ſunt in poteſtate imperare:& prohibere tranſgreſſores. Ex quo pa-
tet ꝙ neceſſariū eſt differentias & numerum tenere ſingularū rerum pub. ẽt ad legum
poſitiones. Neq; enim fieri poteſt: ut eædem leges utiles ſint paucoꝝ potentiæ: ac po-
pularibus: neq; popularibus omnibus ſi quidem plures ſunt:& nō una dūtaxat. Cum
uero in præcedentibus dictū ſit a nobis tres eſſe reꝝ pu. ſpecies rectas. Regnū. Opti-
matium & eam quæ appellat̃ res pu. ac tres earum tranſgreſſiones & labes cū regnum
in tyrannidem: optimoꝝ aūt gubernatio in paucoꝝ potentiam: res pu. aūt in popula-
rem ſtatum labat̃. Et de optimatiū gubernatione & regia ſit dictum. Nam de optima
re pu. conſiderare idem eſt ac de illis dicere. uult. n. utraq; illaꝝ per uirtutē cæteris opor
tunius cōcurrētibus cōſiſtere:& inſuper quid inter ſe differāt regia poteſtas & optimo
rum gubernatio:& quādo regia gubernatio putanda ſit determinauimus. Reſtat nūc
ut de illa quæ appellat̃ res pu. dicamus & de cæteris gubernandi formis: & de paucoꝝ
potentia: ac de populari ſtatu:& de tyrannide. Patet igit̃ harum tranſgreſſionum quæ
deterrima ſit: quæue ſm quædam. Neceſſe eſt enim primæ & diuiniſſimæ tranſgreſſio-
nem eſſe deterrimam. Regiam quippe gubernationem neceſſe eſt aut nomen hr̃e cum
non ſit: aut ꝓpter magnam illius qui regit excellentiam eſſe. Ex quo fit tyrannidē de-
terrimam exiſtere ac plurimum a recta ſpecie gubernandi abeſſe. Secūdo aūt loco pau
corum potentiā: nam optimoꝝ gubernatio multū ab hac ſpē diſtat. Maxime uero me
diocrem eē popularem ſtatum. Fuit & prius quidam q iſto mō tradidit: non tñ in idem
aſpiciens nobiſcum. Ille enim extimabat rectaꝝ ſpecierum omnium ceu paucoꝝ potē
tiæ laudabiles & aliaꝝ deterrimam eē popularem: Improbarum uero optimam. Nos
autem eas quæ tranſgrediunt̃ aberrare omnes dicimus nec paucoꝝ potentia: ꝙ melior
ſit altera q̃ altera recte dicit̃. Sed ꝙ minus improba. Verum de his nūc diſcutere omit
tamus. Eſt aūt nobis primo diſtinguendum quot ſint differētiæ rerum pub. ſiquidem
plures ſunt ſpēs populares gubernationis ac paucoꝝ. Deinde quæ cōmuniſſima & op
tabiliſſima ſit poſt optimam rem pub. & ſiqua cōtingit alia ad optimatium naturā de-
clinans recte cōſtituta:& q̃ plurimis congruens ciuitatibus quæ nā iſta ſit: deinde alia-
rum quæ a quibus expetenda. Forſan. n. quibuſdā neceſſaria eſt popularis gubernatio
magis q̃ paucoꝝ potentia. Quibuſdā uero hæc magis q̃ illa. Deinde quemadmodum
diſpoſitū eſſe conueniat illum q uelit has gubernatiōes recipere. Dico aūt popularem
ſm ſingulas ſpecies. ac rurſus paucoꝝ potentiam. Tādem uero oīum iſtarū cum facta
fuerit breuiter mentio conandū erit referre q̃nam labes:& q̃ conſeruationes ſint: & cō-
muniter oīum:& particulariter uniuſcuiuſq;:& per quas cāſ illas maxime euenire con
tingat. Vt igit̃ ſint plures re. pu. ſpēs illa ē cā ꝙ cuiuſq; ciuitatis partes ſunt plures.
Videmus enim primo ex domibus conſtare ciuitatē. Deinde rurſus ex hac multitudi-
ne alios eē diuites: alios pauperes: alios medios. Diuitūq; & pauperū: partem eſſe bel-
licā partē imbellē. Et rurſus ex plebe partē agroꝝ culturæ deditā uidemus: partē mer-
caturæ: partē opificiis:& ſordidis miniſteriis. Nobilitatis quoq; differentiæ ſunt ſecun-



dum opulentiā & magnitudinē cenſus. Sunt enim alii equites qđ munus nemo faci-
liter ſupportare poteſt: niſi ſit diues. Itaq; antiquis tpībus quæcunq; ciuitates equeſtri
potentia excellebāt in his paucorū potentia gubernabat. Equitatu aūt bella cōtra fini-
timos exercebāt: ceu Eretrienſes & chalcidenſes & magneſii qui ſunt ſuper menandro
utiq;:& aliæ plures aſiaticarū ciuitatum. Præterea ſunt aliæ nobilium differentiæ: quoſ
dam. n. genus: quoſdā uirtus extollit:& qd utiq; aliud tale ciuitatis partē eſſe dictum ē
ubi de optimatibus tractauimus: ibi nāq; diſtinximus quot ex partibus neceſſariis oīs
cōſtat ciuitas:& heæ quidē partes quādoq; concurrūt oēs ad rem pu. gubernādā: quā-
doq; pauciores: quādoq; plures. Patet igit̃ ꝙ neceſſe eſt plures res pub. eſſe inter ſe diffe
rentes ſpecie. Nā & heæ partes earū inter ſe ſpecie differunt. Res pu. eſt iſtitutio guber
natorum. Hāc uero diſtribuunt oēs: uel ſm potentiā eorū qui participes ſunt uel ſecū-
dum aliquā æquitatē cōem. Dico aūt ueluti tenuiorū & opulentiorum uel cōmunium
aliquā amboꝝ. Neceſſariū eſt ergo res pu. tot eſſe quot ſunt inſtitutiones circa earū ſu-
pereminentias ſm differentiam partium. Maxime uero duæ uident̃ eē quēadmodum
de uentis dici ſolet: alios quidē eē boreales: alios auſtrales: cæteros aūt uentos horū ex
ceſſus: ſic. n. res pu. duas eſſe popularē. ſ. & paucoꝝ potentiam. Nā optimates ſpeciem
eſſe paucoꝝ potentie poſuere:& eā quæ uocatur res pu. Dicebāt eē popularem quem-
admodum de uentis: zephyrū quidē borealem: euꝝ aūt auſtralem. Eodemq; modo in
harmoniis: ut quidā tradunt: nā & in illis poſuerunt duas ſpecies: unā doricam: alterā
phrygiā: cæteras uero oēs uel ad doricā uel ad phrygiā referri. Maxime quidem igitur
cōſueuerunt de re pu. ſic exiſtimare: ſed certe uerius ac melius eſt ut nos diuiſimus dua
rum uel unius recte conſtitutæ cæteras eſſe tranſgreſſiones: ut recte armoniæ: ſic etiā
optimæ rei pu. ad paucoꝝ quidē potentiā inclinant quæ duriores ſunt ac magis uiolen
tæ. Quæ uero remiſſæ & molles ad popularem ſtatū. Neq; uero popularis ita ſimplici
ter ponenda: ut quidā ponūt ubi multitudo dñatur. nā & paucoꝝ potentiam & ubiq;
maior pars p̃ualet. Etenim ſi eēnt uniuerſi mille trecenti:& hoꝝ mille forēt opulēti ne-
q; partē gubernationis darēt trecentis illis paupibꝰ ingēuis ac cæteris paribus nemo cer
te diceret hanc eē popularē. Eodēq; modo ſi pauci quidē inopes ī ciuitate plus poſſent
q̃ multi & opulenti: nec honores illis impertirentur: nemo utiq; diceret hanc eſſe ſpeci-
em: quæ appellat̃ paucorū potentia. Potius itaq; dicendū fuerit popularem quidem eē
cum pœnes ingenuos homines eſt gubernatio: paucorū aūt potentiam cū penes opu
lentos. Sed cōtingit ut alteri multi ſunt: alteri pauci. Pleriq;. n. īgenui ſunt: rari uero di
uites. Etenim ſi magiſtratus honoreſq; publici ſecundū magnitudinem diſtribuerent̃:
ut in æthiopia quidā tradūt fieri: uel ſecūdū pulchritudinē paucorū eſſet gubernatio:
cum parua ſit multitudo magnorū & formoſoꝝ. Verūtamen non ſat eſt. res pu. iſtas
determinaſſe: ſed cū plures ſint partes & multitudinis paucorū potentiæ adhuc reſu-
mendum eſt ut neq; ingenui pauci exiſtentes pluribus: neq; multitudo ingenuis domi
netur: ut in apollonia: quæ eſt in ionio:& in Thera. In utraq;. n. iſtarū urbiū honores
dignitateſq; erāt illorum qui nobilitate præſtabant:& qui primi in eas colonias uene-
rant: qui erāt pauci. Non aūt diuitū: licet multitudine ſuparet populus: ut ī colopho-
ne antiquitus. ibi. n. poſſidebat magna patrimōia multitudo anteq̃ bellum gereret ad
uerſus lydos: ſed eſt multitudinis quædā gubernatio quando ingenui hoīes & inopes
multi exiſtentes gubernāt rēp. Paucoꝝ uero potentium quando opulenti & nobiliores
pauci exiſtētes gubernāt. Quod igitur plures ſint rerum pu. ſpecies:& quibus de cau-
ſis patet. Quamobrē uero plures ſint q̃ illæ quas dictū erat:& quænā iſte ſint:& ꝓpter

quid deinceps dicemus:principio inde prius aſſumpto.Fatemur enim nõ unã partem
ſed plures oẽm habere ciuitatẽ:ut igitur ſi animalis uellemus ſpecies capere primo ſe-
gregarem9 id qđ neceſſarium ſit animal omne hr̃e:ceu quædam ſenſitiuoꝝ:& ꝙ cibũ
cõficiat atq; receptet puta os & uentrẽ:& præterea illas quibus mouentᷣ partes. Si iam
tot ſpecies ſolũ.harum uero differentiæ forent:dico aũt ceu oris genera plura: & uen-
tris & ſenſitiuoꝝ:& præterea eaꝝ quibus mouentur partium.Harum coniugatiõis nu
merus neceſſario efficiet plura genera animalium:nõ enim fieri põt ut idem aĩal habe-
at plures differentias oris:ſic etiam neq; auriũ.Itaq; quando ſuſceptæ ſint omnes com
binationes iſtoꝝ facient ſpecies animalis:& tot quidem ſpecies quot cõiugationes ſunt
partium neceſſarium.Eodem modo de rebus pu.ciuitates.n.non ex una ſed ex multis
partibus conſtant:ut ſæpius dictum eſt. Vna quædã pars eſt circa alimenta multitu-
do quos agricolas dicimus.Altera uero pars circa miniſteria ceu artifices ſine qbus ci-
uitas habitari non põt.Harum uero artium aliæ ſunt neceſſariæ:aliæ ad delitias perti-
nent:& ad uitæ cultum.Tertia pars eſt forenſis multitudo quæ circa emendum uendẽ
dumq;:& circa mercaturã & nũmulariam uerſatur.Quarta pars mercẽnarii. Quinta
ꝓpulſatores belli q̃ quidem pars non minus neceſſaria eſt ciuitati q̃ aliqua ſuperior:Si
uelint tueri libertatẽ.Impoſſibile eſt.n.ut q̃ ciuitas uocari mereatᷣ ſit natura ſerua. Per
ſe.n.ſufficiens ciuitas.Seruus aũt non p ſe ſufficiẽs eſt.Quapropter in libris de re pu.
ornate quidẽ hoc ſed non ſufficienter dictũ eſt a Socrate.Inquit.n.ex quatuor maxime
neceſſariis ciuitatẽ conſtare.Hos aũt eſſe textorẽ Agricolã Coriariũ Aedificatorẽ. Cur
ſus uero adiungit quaſi illa nõ ſufficiãt.Fabrũ Ferrariũ & Paſtorẽ:& inſuper negociato
rem:& nũmularium:& hæc oĩa cõplent primũ ciuitatem.Quaſi uero ciuitas oĩs neceſ
ſarioꝝ gr̃a ſit cõſtituta:ac nõ magis gr̃a honeſti:& quaſi æque ĩdigeat coriariis: & agri
colis:ꝓpulſatores aũt belli nõ prius facit ptẽ:anteq̃ aucta regione:ac uicinis contactis
ad bellũ deueniatᷣ.Atq & in quatuor illis & in quotcũq; cõicantibus neceſſariũ eſt eſſe
aliquẽ quis dicat ac decernat.Siqdẽ ergo aĩam quis ponat aĩalis eſſe partẽ magis q̃ cor-
pus & ciuitatũ magis talia ponendũ eſt eſſe partes q̃ ea quæ pertinent ad neceſſarium
uſum:ꝓpulſatores belli uidelicet ac iuſticiæ iudiciariæ exhibitores: ac p̃terea cõſultores
qđ eſt ciuilis prudentiæ opus.Et hoc ſiue ſeparatim exiſtat quibuſdã eiuſdẽ nihil refert
ad hunc ſermonẽ.Nam & in armis eſſe & agros colere ſæpe cõtingit eiſdem. Quare ſi
hæc & alia ponenda ſunt ciuitatis eſſe pars:manifeſtũ eſt ꝙ & ꝓpulſatores belli partes
neceſſario ſunt ciuitatis.Septima pars eſt ipſoꝝ qui magna patrimonia habentes rei.p.
onera ſuſtinent quos opulentos uocamus.Octaua eoꝝ qui publicã operam exhibẽt &
qui in magiſtratibus gerendis occupati exiſtunt.Ciuitas.n.abſq; magiſtratibus eẽ non
põt.Neceſſarium igitᷣ eſt eſſe quoſdã qui magiſtratus gerere ualeant:& hoc munus ſuf
ficere uel perpetuo uel ad tp̃s.Reliqua uero ſunt illa de quibus ſupra determinauimus
in conſulendo & ius litigantibus reddendo uerſari.Si igitᷣ hæc ciuitatibus adeſſe opor-
tet recteq; fieri & iuſte:neceſſariũ eſt eẽ aliquos qui uirtutem habeant rerum ciuilium.
Cæteras ergo potentias eiſdem adeſſe poſſe uidetᷣ pluribus ceu eoſdem eſſe ꝓpulſato-
res belli & agricolas & artifices.Et præterea conſultores & iudicantes.Arrogant quoq;
ſibi uirtutem cuncti:& multiphariam ſe idoneos exiſtimant ad gubernãdum. Verum
pauperes ac diuites eoſdem eẽ impoſſibile eſt.Quapropter heæ partes p̃cipue uidẽtur
eſſe ciuitatis:inopes.ſ.& opulenti.Et p̃terea ex eo ꝙ ut plurimũ alii pauci ſunt:alii mul
ti maxime omniũ cõtrariæ inter ſe partes iſtæ apparẽt.Itaq; & res pu. ſecũdũ earũ præ-
ualentiã cõſtituerũt ac duæ uidentur.ſ.popularis & paucoꝝ potentia. Quod igitur



ſint plures reſpu.& ob quas cãs dictum eſt prius.Qđ uero & popularis ſpẽs ſint plu
res:& paucoꝝ potentie oſtẽdamus.Patet aũt hoc ex his q̃ dicta ſunt:nã & in plebe & ĩ
nobilitate plura ſunt omnium genera. Plebis quidem una ſpecies agricolæ: alia artifi-
ces:alia negociatores qui emendis uendendiſq; rebus intendunt: alia circa rem mariti-
mam:& hoꝝ alii bellatores:alii mercatores:alii nautæ:alii piſcatores.multis.n.in locis
hoꝝ oĩum turba ingens:ut piſcatores tarẽti & bizãtii:naualis multitudo athenis:mer
catores in ægina & chio.Portitores in tenedo:inſup manuales & paruas facultates ha-
bentes q ocioſe eſſe non pñt.Præterea qui nõ ex utroq; pente ciues ſunt orti:liberi tamẽ
hoĩes & ſiqua hmõi plebeioꝝ hoĩum ſpecies altera.Nobilitatis uero diuitiæ/genus/uir
tus/diſciplina/& his ſimilia:q̃ dicuntᷣ ſecundũ eandem differentiã.Popularis igitᷣ pri
ma ſpecies dicitᷣ maxime ẜm æqualitatẽ.Vult.n.lex huius popularitatis eſſe pares & di
uites & pauperes:nec alteros plus poſſe:alteros minus:ſed utroſq; eſſe æquales: ſiqdẽ
maxime libertas eſt in populari ſtatu:ut putãt quidã & æqualitas certe eſſet maxĩe pa-
riter oĩbus rei.p.pticipãtibus.Cũ uero populus ſit multitudo:& id obtineat qđ pluri-
bus uideatᷣ:neceſſe ẽ ut hæc ſit popularis gubernatio.Vna igitᷣ ſpẽs ſtatus popularis ẽ
hæc.Alia uero ſpẽs ut magiſtratus honoreſq; in re pu.ẜm cẽſum patrimonioꝝ & eum
qdem puũ tribuantᷣ:ita ut q tanta poſſidet habilis ſit ad honores rei pu. ſuſcipiendos.
Qui uero nõ poſſidet ſit inhabilis.Alia ſpẽs ſtatus popularis eſt oĩbus oĩno ciuib9 ha
bilitas ſit mõ non ſint aliqua ex cã obnoxii:dñetᷣ aũt lex.Alia ſpẽs popularis eſt ut oẽs
oĩno habiles ſint ad magiſtratus gerendos mõ ſint ciues & dñetᷣ lex.Alia ſpẽs eodẽ mõ
niſi ꝙ nõ lex dominatᷣ ſed multitudo.Hoc aũt fit qñ populi decreta p̃ualent legib9.Ac
cidit uero iſtud ob p̃potentes quoſdã q populũ ducũt.Nã in his rebus.p.in qbus dñatᷣ
lex:p̃potens aliqs non fit q̃ populũ ducat:ſed optimi ciuiũ rem p.gubernant.At ubi le-
ges nõ dominantᷣ:ibi ductores populi oriuntᷣ.Solus.n.populus regit cõpoſitus unus
ex pluribus.Multitudo.n.auctoritatem hẽt nõ ut ſinguli ſed ut oẽs.Homerus aũt cũ
dicit non eẽ bonũ ut plures regãt.Vtrũ de hac dicit uel de illa cũ plures gubernant ut
ſinguli incertũ eſt.Talis ergo populus utpote abſolutã ptãtem hñs dominari ſolus q̃-
rit nec ulli legi ſubeſſe:efficiturq; dñator.Itaq; aſſentatores eius in p̃cio hñtur:& ẽ hmõi
populus in gubernatione ſua tyrãno pſimilis.Iidem nempe mores & utrobiq; melio-
res deprimuntᷣ:& decreta huius populi pinde ſunt ut tyranni p̃cepta.Et ductores ſua-
ſoreſq; huius populi ſunt uel de adulteres illi qui circa tyrãnos uerſantᷣ: & utriſq; apud
utroſq; potentia par:tã adulatoribus penes tyrannũ:q̃ ductoribus ſuaſoribuſq; popu-
li apud ip̃m populũ.Hii auctores ſunt:ut decreta & leges infringãt:& ad uoluntatem
populi cũcta referantᷣ.Cõtingit aũt illis fieri potentes ex eo quia populus dominatᷣ oĩ
um:ipſi aũt uoluntatẽ populi maxime dicunt:qm̃ fides a populo eis adhibetur. Præte
rea q de magiſtratibus queruntᷣ ad iudiciũ populi negocia referũt: populus autem gra
tanter audit eoꝝ ꝓuocationes:per hunc modũ magiſtratus irritantᷣ omnes.Merito au
tem rep̃hendere uidentᷣ qui dicunt hmõi popularem non eſſe legitimam rei pu. ſpeciẽ.
Vbi.n.leges non p̃ualent non eſt res pu.Nam lex dominari oĩbus debet.in particula-
ribus ãt oportet magiſtratũ & politiã uel populum ꝓuidere.Itaq; ſi eſt popularis una
ſpecierũ rei pu.clarum eſt ꝙ talis gubernatio in qua decretis cuncta efficiuntᷣ: nõ eſt p
prie popularis.Nullum.n.decretum recipit eẽ uniuerſale.De populari ſtatu igitur ſpe
ciebus in hunc modũ determinatũ ſit.Paucorum uero gubernationis ſpecies una eſt in
qua magnum habentes cenſum ad gubernationẽ rei pu.recipiuntᷣ:atq; ita magnum ut
tenues hoĩes ad eũ peruenire nõ poſſint.is uero q tanta poſſidet habilis ſit ad rẽ pu. ge-

rendã. Alia ſpẽs eſt cũ a paruo cenſu eſt habilitas: & eligunt ipſi eos qui deſunt. Si igiť
ex oĩbus hoc faciunt/uideť hoc eſſe potius optimatium. Sin uero ex ꝑuo numero pau
coꝝ potentiæ: alia ſpẽs eſt: cum filius patri ſuccedit. Quarta ſpecies cũ hoc fit qď mo-
do diximus ut lex nõ domineť: ſed illi qui regunt: & hæc ſpẽs in paucoꝝ gubernatiõe:
ut eſt tyrannis in monarchia: & nõ eſt populari ſtatu. Vltima illa ſpẽs de qua diximꝰ:
& uocant hmõi ſpẽm paucoꝝ potentiã. Gubernationis igiť paucoꝝ heæ ſpẽs ſũt. Nec
latere nos debet ꝙ multis locis accidit rempu. quæ ſm leges non ſit popularis: moribꝰ
tñ & geſtione populariter gubernari. Similiter aũt econuerſo apud alios cõtingit rem
pu. ſm leges eſſe popularẽ: moribus tamẽ & geſtione ad paucorum gubernationẽ ma
gis referri. Contingit aũt hic maxime poſt mutationẽ rerum. p. nõ enim ſtatim mutan
tur: ſed contenti ſunt ab initio hoĩes parua acceſſione potentiæ. Itaqꝫ leges quidem ma-
nent ut prius erant: ꝓualent tñ qui rempu. mutauerunt. Quod aũt tot ſint popularis
& paucoꝝ gubernationis ſpecies ex his patet. Neceſſe eſt. n. aut oẽs partes populi quas
ſupra enumerauimus reipu. gubernationẽ habere: aut quaſdam habere: quaſdã nõ ha-
bere. Cum igiť agricolæ & mediocria poſſidentes rempu. gubernãt ſm leges eſt guber
natio. Victum. n. ex opera ſua ꝗrere habẽt: nec ocioſi eſſe poſſunt: itaqꝫ lege conſtituta
ſolũmodo neceſſariis concionibus intendunt. Aliis aũt recipi ad rempu. licet cum tãta
poſſidebunt quanta determinat lex. Oĩno. n. non licet oĩbus paucoꝝ potentiæ ẽ. Otia
ri aũt eum ꝗ non redditus habeat impoſſibile. Hæc igitur ẽ una ſpẽs popularis guber-
nationis. Altera uero ſpẽs eſt oĩbus licere qui ꝓhibiti non ſint per genus: potentibꝰ tñ
in otio eẽ. Quapp in hmõi quidẽ populari leges præualent & gubernant quia redditꝰ
nõ eſt. Tertia ſpẽs eſt oĩbus oĩno licere rempu. gerere ꝗ liberi ſint: nõ tñ licere ob ſupra
dictam cãm. Quare neceſſariũ eſt in hac quoqꝫ legem dominari. Quarta uero ſpẽs eſt
illa ꝗ poſteris tꝑibus in ciuitatibus eſſe cœpit. Maioribus. n. factis ciuitatibus ꝗ ab ini-
tio fuerant: & redditibus faciliter abundantibus participant oẽs rei pu. ꝓpter multitu-
dinis ꝓualentiã. Verſanturqꝫ in repu. gubernãda ex eo quia poſſunt otioſi eẽ: ẽt inopes
mercedem capientes maximeqꝫ hmõi multitudo otioſa eſt. Nõ enim cura rei familiaris
ꝓprie eos impedit: quæ diuites ita occupat ut ſæpe a cõtionibus abſint & a iudiciis. Ex
quo fit ut multitudo pauperũ domineť in repu. nõ aũt lege. Species igitur popularis
gubernatiõis tot ac tales ſunt ob neceſſitates ſupra dictas. Paucoꝝ autem gubernatio-
nis prima ſpẽs eſt quãdo plures habent patrimonia ſed non admodum ampla. Faciũt
. n. poteſtatẽ participandi ei ꝗ tanta poſſidet: & ꝓpter multitudinẽ eoꝝ qui ad rempu.
recipiunť. Neceſſe eſt non hoĩem ſed legẽ dominari. Quanto. n. magis diſtant a mo-
narchia neqꝫ tã amplas hñt facultates: ut eos negligendo otiari ualeãt. Neqꝫ ita exigu-
as: ut a ciuitate uictum querãt. Neceſſe ẽ ut legẽ uelint dominari. nõ aũt ipſos: ꝙ ſi pau
ciores ſint qui poſſident patrimonia ſiꝗdem prius. Plures ãt ſecũda ſpẽs fit gubernatio
nis paucoꝝ. Magis enim potentes plus habendi ſe dignos putãt. Quapropter ipſi ſu-
munt ex aliis qui ad rem pu. ſe conferãt. Præterea quia nõdum ita robuſti ſunt: ut abſqꝫ
lege gubernare poſſint/legem hmõi poſuere. ꝙ ſi eo deueniãt: ut ipſi pauciores nume-
ro maiores facultates habeãt: tertia cumulatio fit gubernatiõis paucoꝝ. Ipſi. n. ꝑ ſe ma
giſtratus & imperia retinent ſm legem iubentem: ut parẽtum defunctoꝝ loco filii ſuc
cedant. Quod ſi magis etiã ſubnixi ſint opibus & amicitiis: prope eſt talis potentia ad
monarchiã: & dñanť hoĩes/non aũt lex: & hæc eſt quarta ſpẽs gubernatiõis paucorum
correſpõdens ultimæ ſpẽi popularis. Sũt inſuꝑ duo alia genera rei. p. ꝓter eas in ꝗbus
aut multitudo aut pauci gubernãt: quarũ alterã aiũt oẽs ſpẽm eẽ unã ex ꝗtuor. Dicunt



aũt eas quatuor/Monarchiam/Paucoꝝ gubernationẽ/Popularẽ/& Optimãtẽ. Eſt &
quinta quã cõi noĩe oĩum appellant. rem. p. ſed quia nõ ſæpe fit: latet numerare uolen-
tes: & ita ſuſcipiunt quaſi ſint quatuor ſolũ ut Plato in libris de re. p. facit. Optimatem
igiť ſe recte habet appellare illam de qua tractauimus in primis libris. Quæ. n. ab opti
mis uiris ſimpliciter per uirtutẽ eſt gubernatio rei. p. & nõ ad ſuppoſitionem quãdam
bonoꝝ uirorũ: eam ſolum iuſtũ eſt optimatẽ appellari. In ſola. n. iſta ſimpliciter idem
eſt uir bonus & ciuis. In aliis aũt boni ſunt ad ſpẽm gubernandi ſuam. Sunt tñ quædã
ꝗ differentiã habeant a paucoꝝ gubernatione: & appellanť optimates: & ab ea quæ uo
catur res. p. ubi non ſolũ reſpectu diuitiarũ: ſed ẽt reſpectu uirtutis ad gubernationem
rei. p. ſumunť. Hæc res pu. differt ab illis: & naturã optimatis ſapere uideť. Nã in his
ciuitatibus non faciunt publice curam uirtutis: ſunt tñ quidam ꝑſtantiores ꝗ uidentur
eſſe boni uiri. Vbi ergo res. p. reſpicit ad diuitias & ad uirtutem & ad populum: ut eſt
apud carthaginẽſes: ea naturam optimatiũ ſapere uideť: & ubi ad duo illorum ſolum/
ut lacedæmonioꝝ ad uirtutẽ & ad populũ: & ẽ hæc mixtura popularis ac uirtutis. Op
timatum igiť poſt illã primã optimam rei pu. gubernandi formam heæ duæ ſpẽs ſũt:
& tertia ꝗcunqꝫ illius ꝗ appellanť. res. p. inclinãt magis ad paucoꝝ gubernationẽ. Re-
liquũ eſt ut de ea ꝗ appellať. res. p. dicamus: & de tyrannide. Ordinauimus aũt ipſam
nos cũ prius nõ eſſet: neqꝫ hæc tranſgreſſio: neqꝫ ille de quibus mõ diximus optimates:
quia reuera oẽs aberrant a rectiſſima gubernandi forma: poſtmodũ cum iſtis numerã
tur: & ſunt harꝫ tranſgreſſiones & labes: ut in ſuperioribus circa principium diximus.
Merito aũt poſtremo loco tyrannidem reſeruauimus: ꝓpterea ꝙ iſta minime ẽ. res. p.
Noſtra uero materia eſt de re pu. tractare. Qua igiť de cã ſic ordinauimus dictum eſt.
Nunc aũt eſt a nobis de illa ꝗ cõi noĩe appellať. re. p. oſtendẽdũ. Nã clarius eius uis ap
parebit poſt determinationem eoꝝ quæ ad paucoꝝ gubernationẽ: & ad popularẽ ſpe-
ctabant. Eſt enim respubli. ut ſimpliciter dicamus mixtura paucorum gubernatio-
nis/ac popularis. Cõſueuerunt aũt eas quæ inclinãt ad popularẽ uocare. res. p. eas uero
ꝗ ad paucoꝝ gubernationẽ uocare optimates: ex eo ꝗa opulentioribus doctrina: atque
nobilitas magis adeſſe cõſueuerũt. Præterea ꝗ diuitias hñt/ea uidenť habere propter ꝗ
cæteri iniurias faciunt: unñ & honeſtos & bonos & nobiles iſtos appellant. Cũ ergo op-
timatium gubernatio uelit excellentiã tribuere optimis ciuibus: & paucoꝝ gubernatio
nem eẽ dicant ex bonis & honeſtis: magis uideť impoſſibile quæ ciuitas non ab impro
bis ſed ad optimis gubernetur: eã non bene gubernari. Eodẽqꝫ modo quæ leges non ha
beat bonas gubernari ab optimatibus. Habere aũt leges bonas nõ id eſt ſi recte ſint po
ſitæ: nec eis pareať. Itaqꝫ una recta legũ inſtitutio putanda eſt legibus parere: altera ut
recte ſint leges poſitæ quibus parere oportet. Fieri enim poteſt ut pareãt ciues male po
ſitis legibus. Id aũt dupliciter accidit: aut. n. optimis quantũ dať ipſis: aut ſimpliciter
optimis. Videť aũt optimatũ eſſe maxime honores tribuere ſm uirtutem. Finis enim
optimatum uirtus. Paucorum uero gubernationis diuitiæ. Popularis autem libertas.
Quod aũt pluribus uidetur cõmune eſt oĩum: nã in paucorum & multitudinis guber
natione: & in optimoꝝ: qď uideť maiori parti eoꝝ ꝗ in re. p. uerſanť id obtinet. In ple
riſqꝫ igiť ciuitatibus hæc ſpẽs gubernãdi. re. p. uocatur. Sola. n. mixtio coniecturã facit
opulẽtoꝝ & inopũ: diuitiarũ & libertatis. Fere. n. apud plurimos illi ꝗ diuitiis pollent
bonorum & honeſtorũ locum obtinere uidenť. Cum uero tria ſunt quæ circa æquali-
tatem rei pu. contendãt libertas: diuitiæ: uirtus: nã quartũ illud quæ appellatur nobili
tas duobus cõſequens eſt. Nobilitas eni eſt antiquæ diuitiæ: & uirtus: manifeſtũ eſt ꝙ

duorum mixtura diuitũ:& pauperũ.res.p.appellanda.Trium uero optimatũ guber-
natio maxime aliaꝝ præter illam uerã & primam.Quod igitur ſint aliæ.res.p.p̃ter mo
narchiam:& popularẽ:& paucoꝝ potentium dictũ eſt:& quales iſtæ:& in quo diffe-
rant inter ſe:& optimatũ gubernatio:& aliæ ſpecies ꝗ ad optimates declinant:& quo-
modo nõ longe diſtant inter ſe manifeſtum eſt.Quomodo aũt fiat præter popularem
& paucoꝝ potentiam illa quæ appellatur.res.p.& quo in ordine reponenda ſit dein-
ceps dicemus.Et ſimul apparebit quibuſdã diffiniant popularem & paucoꝝ guberna
tionem.Sumenda eſt enim hoꝝ diſtinctio.Poſtea ex his ab utraq; tanꝗ regulam ſumẽ
tes comparare oportet.Sunt aũt diffinitiones tres cõpoſitionis ac mixturæ:aut.n.am
bo ſumenda:quoꝝ utræq; leges ponunt:ceu circa iudicia.In paucoꝝ.n.potentia diui-
tibus pœnã cõſtituũt niſi iudicãdo aſſint:paupibus uero mercedẽ nullã.In ſtatib9 po
pularibus aũt pauperibus mercedẽ.Diuitibus aũt pœnam nullã.Cõe ac medium iſto-
rũ ſunt ambo hæc:itaq; & ciuile:mixtum eſt.n.ex ambobus.Vnus igiť modus hic eſt
cõbinationis.Alius aũt medium capere eoꝝ quæ ab utriſq; iubenť:ceu cõcionari:hæc q
dem a nullo cenſu uel exiguo penitus:heæ uero a magno cenſu:cõe certe neutrum:ſed
mediũ utriuſq; cenſus.Tertius uero ex duobus iuſſis.Hoc quidẽ ex populari lege.Illo
aũt ex paucoꝝ gubernatione.Dico autẽ tale aliquid uideť popularis qdẽ magiſtratus
ſortiri:paucoꝝ autem gubernationis eligere:& popularis nõ ex cẽſu tribuere:paucoꝝ
aũt ex cenſu.Optimatum igitur a ciuile ab utraq; utrunq; accipere:ex paucoꝝ quidem
gubernatione electiuos facere magiſtratus:ex populari aũt ſumere non p cenſum.Mo
dus igiť admiſcendi talis.Bene aũt admiſcuiſſe popularem:& paucoꝝ gubernationẽ:
finis eſt qñ eadem.res.p.dici poteſt popularis & paucoꝝ gubernatio.Patet.n.hoc acci
dere dicentibus eas bene eẽ cõmixtas.Accidit hoc etiam medio.Conſpicitur nãq; in eo
utrunq; extremorum quod contingit lacedæmonioꝝ.rei.p.Sunt.n.permulti q aggre
diuntur dicere eam eſſe popularem:ꝓpterea ꝙ populariter complura in illa ſunt con-
ſtituta primũ circa educationem pueroꝝ.Pari modo diuitum filii educantur:& paupe
rum:& erudiuntur per eum modũ per quem ualeant pauperũ filii erudiri:ſimiliterq; i
ſequenti ætate cum uiri facti ſunt.In illo nõ magis conſpicuus diues ꝗ paup.Cibi quo-
q; iidem utriſq; in cõmeſſationibus ueſtitu etiam tali diuites utuntur qualem & paupe-
rum quis habere poteſt.Præterea duoꝝ maximorũ magiſtratuum alterũ eligit popu-
lus:alterum gerit:ſenatores enim per populum eliguntur:ephori autem ex populari-
bus conſtituuntur.Alii uero dicunt eſſe illam paucorum gubernationem:quoniã mul
ta habeat:quæ paucorũ potentiam aſſerunt:ceu omnes dignitates per electionem con
ferri:per ſortem uero nullam:& inſuper apud paucos poteſtatem eẽ necandi:& in exi-
lium pellendi:ac cætera huiuſmodi permulta.Oportet.n.in re publi.bene temperata
utrunq; uideri in eſſe:& neutrum.Et conſeruari per ſeipſam non aliũde:& per ſeipſam
non per alios multos extraneos qui uelint:nam & praue rei.p.hoc poteſt cõtingere:ſed
nec uelle quidem gubernationẽ alteram:quoquomodo partium ciuitatis oĩno.Quem
admodum igitur oporteat.rem.p.cõſtituere:& ſimiliter illas quæ appellãtur optima-
tes dictum eſt. Reſtat nũc ut de tyrãnide dicamus:nõ ꝙ multis uerbis indigeat:ſed
ut habeat in hoc tractatu locũ ſuum.Quãdoquidẽ hãc quoq; poſuimus partem eẽ ali-
quã publicæ gubernatiõis.De regno igiť determinauimus in ſupioribus libris ubi tra-
ctatũ eſt a nobis nunqd regia gubernatio utilis foret ciuitatib9 an inutilis:& quã & uñ
cõſtituere oportet:& qũo.Tyrãnidis uero ſpẽs duas ibidẽ diſtinximus.Propterea ꝙ ea
rũ potentia queãdmodum alterať ad regiã gubernationem:ex eo quia ambæ poteſta-



tes iſtæ ſunt ſm leges.Nam & apud barbaroꝝ quoſdam eliguntur aliqui gubernandũ
ſoli cum abſoluta omnimodaq; poteſtate:& apud græcos eodem modo quidem elige
bantur qui ſoli gubernarent quos uocabant œſymnetas:habebãt uero hæc inter ſe dif-
ferentias quaſdam.Erant enim regiæ/ex eo quia ſecundum leges:& ex eo qa uolẽtibus
imperabant.Tyrãnice aũt eo quia ꝓ arbitrio dominationem exercebãt.Tertia ſpecies
tyrãnidis ꝗ maxime proprie uideť id nomẽ hr̃e:oppoſita eſt regiæ poteſtati abſolute.
Nam neceſſe eſt tyrãnidem illã quæ nullis ſubiaceat legibus:& domineť pariũ ac me-
lioꝝ reſpiciat ad ꝓpriam utilitatẽ/non ad utilitatẽ ſubditoꝝ.Quapropter inuolunta-
ria eſt cũ nemo liber ſponte ſua ferat huiuſmodi ſeruitutẽ.Species igiť tyrannidis tot
& tales ſunt pp p̃dictas cãs. Quæ uero ſit optima.res.p.& quæ uita optima pluribus
ciuitatibus & hoĩbus:neq; per uirtutẽ iudicant:ꝗ ſupra uulgus emergat:neq; p doctri
nam ꝗ ingenio indiget & adiumentis externis:neq; p gubernationẽ ꝗ ad uotũ fiat:ſed
uitam eã ꝓbãt quã plurimi cõſeq poſſint & gubernationẽ eã ꝗ plurimæ ciuitates uale-
ant recipe:nã quas uocãt optimates de qbus mõ diximus/ptim exterius cadunt pluri-
mis ciuitatibus:ptim appropinquãt illi qui res.p.uocať.Quãobrem de ambabus tãꝗ
una ſit dicendũ eſt.Iudicium aũt de oĩbus iſtis ex eiſdem principiis eſt:ſi recte dictum
fuit in ethicis uitã beatam eſſe ſm uirtutẽ nõ impeditã.Virtutẽ aũt ipſam eſſe medio-
critatẽ:neceſſe eſt mediũ eſſe uitã optimã eius quã ſinguli adipiſci ualeant mediocrita-
tis:& has oẽs diffinitiones neceſſe ẽ eſſe circa ciuitatis uirtutẽ uitiũ & rem pu.Eſt.n.res
p.uitã ꝗdã ciuitatis:in cunctis aũt ciuitatibus partes ſunt tres:nã alii diuitiis excellũt.
Alii paupertate nimia deprimunť.Alii aũt inter hos medii.cũ igiť cõfeſſi ſimus medio
critatẽ & mediũ eſſe optimũ palam ꝙ bonoꝝ fortunæ mediocris poſſeſſio eſt optima
oĩum exiſtimanda.Hæc.n.facilis eſt ad obedientiã mandatoꝝ.At.n.ſi modũ excedãt
in alterutrã ptẽ:ceu ſi forma:ſi uiribus:ſi nobilitate generis:ſi diuitiis:uel hiis cõtrariis
ceu paupertate nimia:ſi ĩbecillitate egregia:ſi ignominia multa difficile eſt ut rõni obe
diant.Fiunt.n.iſtoꝝ alii ſuperbi & delinquẽtes apte in rebus magnis:alii occulte pra-
ui:& in rebus exiguis fraudatores.Iniuriæ uero inferunť qñq; p cõtumeliã:qñq; per do
lũ.Inſup hii minime circa gubernationẽ.rei.p.afficiunť:minimeq; cõſulũt.Hæc autẽ
utraq; dãnoſa ſunt ciuitatibus.Præterea q bonis fortunæ ſupabundãt:ceu opibus:diui
tiis:amicis:& aliis hmõi nec ipiũ cuiuſꝗ pati uolunt:neq; ſciũt & hoc ſtatim domi eoꝝ
natis exiſtit pp delitias.n.ne in ſcholis qdẽ p̃ceptoribus obedire cõſueuerunt.Qui autẽ
eoꝝ ſunt ĩ indigentia nimia cõſtituti:deiecto nimiũ aĩo:uileſq; exiſtũt:ex quo fit ut alii
magiſtratũ gerere neſciãt:ſed ad parendũ ſeruiliter ſint apti.Alii uero ſibi impari nul-
lo mõ patiunť:ſed ipſi aliis tanꝗ dñi uolunt imparare.Efficiť ergo ſeruoꝝ & domino-
rum ciuitas:non aũt liberoꝝ & alioꝝ inuidentium:alioꝝ ſpernentium:qď plurimum
abeſt ab amicitia & ciuili ſocietate.Nã ſocietas amicabile qddã eſt:cũ inimicis.n.ne uiã
qdem cõmunicare uolunt hoĩes.Vult qdem ciuitas ex pibus ac ſimilibus eẽ.Hoc autẽ
maxime exiſtit mediis.Itaq; neceſſario ſit ut hmõi ciuitas optime guberneť:qa dixim9
natura cõſtare ciuitatẽ.Conſeruanť quoq; in ciuitatibus iſti maxime cæteroꝝ ciuium.
Neq;.n.aliena cõcupiſcunt ut faciũt pauperes.neq; eoꝝ bona cupiunť ab aliis ut accidit
diuitibus:& qa neq; inſidianť aliis:neq; alii ipſis:ſine periculo degunt.Quapp bñ op-
tauit phocylides multa mediocrib9 optima:mediocris eẽ uolens in ciuitate.Patet igiť
ꝙ ciuilis ſocietas optima ẽ:ꝗ per mediocres fit eaſq; ciuitates recipere ut optime guber-
nenť:in quib9 mediocres plurimi ſunt:ac plus poſſunt:maxime qdẽ ambab9 uel ſaltẽ
altera parte.Hæc.n.addita præualere facit & prohibet contrarios exceſſus fieri.Qua-

propter ualde optandum eſt ut hii qui in re.p.uerſant̃ facultates habeant mediocres:
ac ſufficientes. Nam ubi alii nimis multa poſſident: alii nihil uel plebs infima inſurgit:
uel paucoꝝ potẽtia: illa extrema uel tyrannis ꝓpter utrũq; exceſſum. Ex populari eni
ſtatu nimiũ ſuperbo & ex paucoꝝ potẽtia ad tyrannidẽ deuenitur. Ex mediocrib9 aũt
ac ꝓpe paribus multo minus: cuius rei cãm poſtea ubi de mutationibus tractabitur di
cemus. Quod aũt media ſit optima manifeſtũ eſt. Sola enim ſeditiõibus caret. Vbi.n.
permultum eſt mediocre minimũ ſeditiones & diſcordiæ ciuium innaſcuntur: magnæ
q; ciuitates ob hanc ipſam cãm minus ſeditionibus ſubiacent: quia magna in his eſt me
diocrium hominũ multitudo. Paruas aũt ciuitates facile eſt in duas partes diuidi oẽs:
ita ut nihil medium relinquat̃: & fere cuncti: uel inopes ſunt: uel opulenti: populares
quoq; gubernationes tutiores ſunt & diuturniores: q̃ paucoꝝ potentium propter me-
dios. Plures.n.ſunt & magis honoris participant in populari gubernatiõe: q̃ paucorũ.
Nam quãdo ſine hiis multitudo inops plus poteſt: male res ſe habent: ac cito pereũt.
Signum uero huius putãdum eſt ꝙ qui optime leges condiderunt ex mediocribus ci-
uibus fuere: nam & ſolũ huiuſmodi fuit ut apparet ex eius carminibus. Et lycurgus: nõ
enim erat rex: & charondas & plurimi alioꝝ. Patet aũt ex his & quia plurimæ res pu.
aut populares ſunt: aut paucoꝝ gubernationes. Quod.n.in his frequenter pauci ſunt
medii ſemꝑ qui præualent: ſiue his qui facultates habẽt: ſiue populares qui mediũ tran
ſcendunt per ſeipſos gubernationẽ agunt. Itaq; aut multitudo populi inſurgit aut pau
coꝝ potentia: præterea ex eo quia ſeditiões fiunt & pugnæ inter multitudinem & opu-
lentos: quibuſcunq; uincere cõtingit hii neq; cõmunem amplius habent rẽ.p.neq; æqua
lem: ſed quaſi uictoriæ ꝑmium reportãt rem pu.obtinere: & alteri popularem ſtatum:
alteri paucoꝝ potentiam faciunt. Præterea qui principatum græciæ habuerunt: hii ad
propriam reſpicientes.rem.p.aut popularem ſtatum in ciuitatibus conſtituerunt: aut
paucoꝝ gubernationem: nõ ad ciuitatum illaꝝ cõmoda reſpiciẽtes: ſed ad ſua: atq; ita
per iſtas cauſas effectum eſt: ut uel nũq̃ mediorum illa gubernatio extiterit: uel admo-
dum raro. Vnus enim uir cõſenſit ſolus ex his qui antiquitus in principatu fuere: hunc
gubernandi modũ conſtituere. Iamq; in ciuitatibus cõſuetudo obtinuit: nõ uelle æqua
le: ſed aut imperare quærere: aut uictos obedire. Quæ igitur optima ſit res pu. & quam
ob cãm ex his patet. De aliis autem: quoniã plures populares & plures paucoꝝ guber-
nationes eſſe diximus: quæ prima ponenda ſit: & quæ ſecunda: & quæ deinceps: qa po
tior ſit: aut deterior: determinata optima: nõ erit difficile intueri. Neceſſe eſt enim eſſe
meliorem quæ proxime huic accedit: deteriorem uero quæ plurimum diſtat a medio:
niſi ad ſuppoſitionem quis iudicet. Dico autem ad ſuppoſitionem quia multotiẽs alia
rei pu.forma eligibiliori exiſtente nihil uetat aliã quibuſdam magis utilem eſſe. Quæ
autem.res.p.quibus & qualis qualibus conferat conſequens eſt tractare: ſed capiendũ
prius eſt uniuerſaliter de cunctis idẽ. Oportet enim partem illam ciuitatis quæ re. pu.
ſtare uult potentiorem eſſe: q̃ illa pars quæ non uult.in re publi. manere. Eſt autem ci
uitas ex quali & quanto. Dico autem quale ceu libertatem: diuitias: diſciplinam: nobi-
litatem. Quantum uero ceu multitudinem populi præualentem. Fieri autem poteſt
ut quale exiſtant uni ciuitatis parti: alteri uero quantum ceu maiorem eẽ numerũ igno
bilium q̃ nobilium: & paucorum pauperum q̃ diuitum: neq; tamen tantum ſuperare
quantitate: quãtum ſuperari qualitate: ꝓpter hoc adinuicem conferenda ſunt. Vbi er-
go ſuperat pauperum multitudo: eam quã diximus ꝓportiõem hæc popularis guber-
natio exoritur: ac ſpecies ſingulæ popularis ſtatus ſecundũ multitudinis exuperantiã:



ceu ſi agricolarũ multitudo plus poſſit: prima ſpecies. Si multitudo tenuiorũ ac mer-
cẽnariorum: ultima ſpecies: & ſic de aliis quæ ſunt haꝝ mediæ. Vbi aũt ea pars in qua
ſunt opulenti & nobiles magis ſuperat qualitate q̃ deficiat quãtitate. Hic paucoꝝ po-
tentia gubernatioq; exorit̃: ac eodem mõ ſingulæ ſpẽs huius ſm exuperantiã iſtiuſmo-
di hominum. Debet aũt qui legẽ ponit in.r.p.ſemper ad medios reſpicere. Siue.n. ad
paucoꝝ gubernationem dirigant̃ leges de mediis eſt coniectandũ: ſiue ad popularem
ſtatũ hos reſpicere debet. Vbi.n.mediocriũ ſupat multitudo uel utrũq; extremũ: uel al
terum tm̃ hic res.p.recipit ſtabilitatẽ. Non.n.eſt metus ne qñq; diuites cũ pauperibus
cõſpirent cõtra mediocres. Nunq̃ enim alteri ſeruire alteris uellẽt: ꝙ ſi cõmuniorem ali
quam quærunt nullã aliam q̃ iſtã reperirẽt: nam per uices gubernare nõ pateret̃ ꝓpter
diffidentiam quæ inter eos exiſtit. In cunctis uero locis arbiter eſt fideliſſimus: arbiter
aũt medius: quãtoq; melior eſt gubernatio tꝑata: tanto durabilior. Aberrant ẽt pleriq;
illoꝝ q optimates.rei.p.gubernationes efficere uolunt: nõ ſolum in tribuẽdo nimium
diuitibus: uerũ etiã in excludendo plebẽ. Neceſſe eſt.n.procedẽte tẽpore ex falſis bonis
uerum malũ euenire. Diuitũ enim cupiditates plus habendi magis deſtruũt. rem.p. q̃
multitudinis. Sunt autem illa circa quæ ſimulant ac fallaciter prætexunt ad populum
quinq; numero. Concio: magiſtratus: iudicia: armatura: exercitatio. Circa concionem
quidẽ licere omnibus adeſſe: ſed pœna appoſita diuitibus ſi non aſſint uel ſolis uel ma-
iorem q̃ multitudini. Circa magiſtratus aũt non licere his qui cenſum habent magnũ
renũciare magiſtratui: pauperibus aũt licere. Circa iudicia uero pœnam eſſe diuitibus
niſi iudicent: pauperibus autẽ impunitatẽ: aut illis magnam his paruã pœnam: ut eſt
in charondæ legibus: quibuſdã uero locis oĩbus licet deſcriptis in contionibus iudiciiſ-
q; adeſſe: ꝙ ſi deſcripti ſint: & nõ exerceãt in pœnas incidũt permagnas: ut metu pœnæ
uitent deſcriptionẽ: & ꝑ non deſcriptionẽ neq; iudicia neq; cõtiones exerceant. Eodem
modo circa arma & circa gymnaſia legibus ſtatuũt. Pauperibus.n.licet non habere ar
ma: diuitibus autem pœna conſtituta eſt niſi habeãt. Et ſi gymnaſio ſe non exerceant
pauperes pœna eſt. Diuitibus aũt eſt pœna ut alii metu pœnæ ſe exercere compellan-
tur: alii nullã formident pœnã non faciant. Hæc igit̃ paucorum potentiæ ſunt machi
namenta. In populari aũt ſtatu contra hæc alia excogitant. Pauperibus.n.ſalaria ſtatu
unt contionãtibus atq; iudicantibus. Diuitibus aũt nullam pœnã imponũt. Itaq; ma-
nifeſtum eſt ſi quis uelit iuſte hæc temperare: ꝙ oportet utrinq; aſſumere: & his qdem
ſalaria conſtituere: his autẽ pœnam. Sic enim omnes cõmunicarent. Nam illo quidẽ
modo res pu.fit alterorũ ſolum. Oportet quidẽ rem pu.eẽ ex his ſolum qui arma poſ-
ſident. Cẽſus autem magnitudo diffiniri ſimpliciter non poteſt ſed conſiderata qualita
te adiungatur largiſſimus: ut qui participant rei pu.ſint plures q̃ hii qui non participãt
hoc inſtituere. Volunt enim pauperes & honorum expertes quietẽ agere ſineq; contu
melia eos quis afficiat: neq; bona illis auferat: Sed hoc non facile non ſemper contingit
ut qui rem publi.gubernant ſint mites: & humani: & conſueuerunt quotiens bellum
eſt grauiter ferre niſi ſuſcipiant alimẽta: nam ſunt egeni: & ſi quis alimẽta porrigat cu-
piunt bellum. Apud quoſdam gubernatio rei publi.exiſtit non in his qui ad armatu-
ram ſunt abiles: ſed in his qui exercebant arma: in malienſibus quidem gubernatio rei
publi.miniſtris & magiſtratum creabant ex his qui militabant. Primaq; rẽ publi.apud
græcos conſtituta eſt ex his qui bellum gerebant: ab initio quidem ex equitibus: nam
robur belli tunc in equitibus habebat̃: peditatus.n.niſi ordo ac diſciplina aſſit inutilis
eſt: huiuſmodi aũt diſciplina & ordo antiqs illis tꝑibus nondum erat: ex quo fiebat ut

in equitatu robur belli haberet̃. Sed auctis ciuitatibus quæ in armis potentiā habebāt
plures ad cōmunionē. rei. p. recepti ſunt: ex quo factū eſt ut quas nunc. res. p. uocamus
tunc populares ſtatus diceret̃. Fuerat enim antiqua ciuitatum gubernatio rōnabiliter
paucoꝝ & regia ꝓpter paucitatē. n. hoīum nō erat magnus numerus mediocriū. Itaqꝫ
pauci cū eēnt multitudine & inſtitutione magis ferebant ab aliis gubernari. Quā igit̃
ob cām plures ſunt rerū. p. formæ: & quāobrem præter alias q̄ dicunt̃ neqꝫ popularis
gubernationis una eſt ſpecies: neqꝫ aliarū ſimiliter: ac præterea q̄ differentiæ ſint inter
eas: & quare accidat: & inſuper quæ ſit optima. res. p. & plurimū dici pōt aliarū: qualis
& qualibus cōgruat dictū eſt. Rurſus autē & cōiter & ſeparatim de unaquaqꝫ dicemus
eoꝝ quæ poſt hoc ſequunt̃ cōuenienti ſumpto principio. Sunt ergo tres partes oīum
rerū. p. in ſingulis quaꝝ ſtudioſus legis poſitor cōſiderare debet utilitatē: qbus ſe habē
tibus neceſſe eſt rem. p. bene ſe hr̄e: & gubernandi formas inter ſe differre in eo ꝙ ſingu
læ iſtaꝝ differunt. Harū trium partiū una eſt quæ uerſat̃ in publicis conſiliis. Altera in
magiſtratibus hoc eſt quos eē oportet: & quā ptātem hr̄e: & queādmodū debeant crea
ri. Tertia pars in iudiciis cōſiſtit. Ea pars quæ cōſulit auctoritatē hēt de bello & pace: de
ſocietate ineunda uel diſſoluenda: de legibus ferendis uel abrogandis: de morte: de exi
lio: de publicatione bonoꝝ: & rōnibus repoſcendis. Neceſſe eſt. n. uel oībus ciuibꝰ hæc
oīa decernenda tribuere: uel quibuſdā: ceu uni cuidā magiſtratui aut pluribus: uel aliis
alia: uel q̄dā illoꝝ oībus: quædā quibuſdā. Oēs igitur & de oībus populare ē. Talē. n.
æqualitatē affectat populus. Sūt aūt plures modi: unus ſi ſingulariter & nō ſimul oēs
ut eſt in re. p. Teleclei meleſii: & in aliis rebus. p. deliberāt magiſtratus ſimul collecti:
ad magiſtratum uero uadunt oēs ſingulatim ex tribubꝰ: & partibus ēt minutis donec
tranſeat per oēs. Congregat̃ aūt populus ſolūmodo pro legibus ferendis: & pro his q̄
pertinent ad rei. p. ſtatum: & pro his audiendis quæ a magiſtratibus anunciant̃. Alius
modus eſt oēs ſimul conuenire aūt ſolūmodo ad magiſtratus creando: & ad ferendas
leges: & pro bello uel pace: & ad rōnes repoſcendas: in cæteris uero eo qui magiſtratū
gerunt decernere ad ſingula deputatos: uel p electionem: uel per ſortē. Alius modus ē
ut ad magiſtratus creandos & ad rōnes depoſcendas cōueniant oēs ciues: & ad delibe-
rationē belli ſuſcipiendi: uel ſocietatis ineundæ: certa uero magiſtratus exequantur per
electionē creati quod fieri pōt. Talia uero ſunt quot exercere neceſſarium eſt eos q ſci-
unt. Quartus modus eſt ut oēs de oībus de conuenientes deliberāt: magiſtratus uero
de nullo ſtatuant: ſed tm̄ primo loco ſnīam dicant queādmodū fit ī extrema illa guber
natione populari quā in paucoꝝ gubernatione ſpeciei illi uiolentæ & in gubernatione
unius tyrānidi correſpondere diximus. Hii ergo modi populares oēs: quoſdā uero de
oībus paucoꝝ potentiæ: habet aūt & hoc differentias plures. Quādo. n. a mediocri cē
ſu fiat aſſumptio & multi aſſument̃ ꝓpter eam cenſus mediocritatem: & quæ lex uetat
non moueant: ſed ſequant̃: & liceat acquirenti cenſum habere: paucoꝝ eſt hmōi guber
natio: ſed tñ ciuilis propter eius mediocritatem. Quādo uero nō omnes participes ſūt
ſed qui eligunt̃: & ſecūdū leges gubernāt ut prius paucoꝝ potētiæ eſt: quādo ipſi ſe eli
gunt qui deliberādi auctoritatem habeāt: & qn̄ filius patri ſuccedit: ac dn̄i ſunt legum:
neceſſe eſt hmōi gubernationem eſſe paucoꝝ potentiæ. Sed quādo aliquoꝝ aliqui ceu
cum de bello & pace & repetendis rōnibus uniuerſi: de aliis autem magiſtratus electi:
uel ſorte aſſumpti optimatium id eſt: uel eius quæ appellat̃ res pu. Quod ſi de quibuſ
dam electi: de quibuſdam uero ſortiti: & ſortiti uel ſimpliciter: uel ex prælatis: uel com
muniter electi: ac ſortiti: partim optimatū ē: partim rei. p. ipſius: diſtinguitur. ergo ea





pars quæ in cōſulendo deliberandoue cōſiſtit in hunc modū pro natura reipu. & admi
niſtrat̃ unaquæqꝫ res pu. ſm̄ hmōi terminationē. Confert aūt & gubernationi illi quæ
nūc maxime uidet̃ eſſe popularis: dico aūt ei qua populus dn̄s eſt ēt legum in deliberā
do ac melius diſponēdo: hoc idē facere in cōibus quod fit circa iudicia in paucorū potē
tia. Imponūt. n. pœnā illis quos iudicare uolunt ut iudicēt: populares uero mercedem
ſtatuūt pauperibus. Melius. n. deliberabunt ſi oēs cōſilio interſint. Populus qdē cū no
bilioribus: iſti aūt cū populo. Cōfert ēt per electionē aſſumi eos qui deliberaturi ſūt: uel
per ſortē equaliter ex partibus ciuitatis. Cōfert ēt ſi plurimū excellat multitudo plebis
eos q̄ ſunt in gubernāda re pu. peritiores uel non oībus mercedē tribuere ſed quātū rñ-
det numero nobilitatis uel ſortiri plures: in paucoꝝ uero gubernationibus: aut eligere
quoſdā ex multitudīe: aut tale aliqd cōſtituere quale eſt in qbuſdā ciuitatibus quos ap
pellant præcōſultores ac legū cuſtodes ac de his ſolūmō rebus cōſiliū referre de quibus
iſti ante deliberauerūt. Per hūc. n. modū populus interueniet in deliberādo: nec tollere
q̄cq̄ de re pu. ualebit. Inſuper aut illa decernere poterit populus: aut nihil contrariū il-
lis quæ præponētur: uel cōſiderādi quidē oēs participes facere deliberandi uero magi-
ſtratibus ptātē relinquere: & oppoſitum eius facere qd̓ in populari ſtatu. Populi. n. de
cretū in cōdēnādo ratū nō ſit: ſed ad magiſtratus rurſus referat̃. Qd̓ cōtra fit in popu
laribus: magiſtratus. n. abſoluēdi dn̄i ſunt oīno: condēnādi uero nō ſunt: ſed ad popu-
lū hr̄ recurſus. De cōſultādo igit̃ & deliberādo eiuſqꝫ ptāte in hūc modū determina-
tū ſit. Conſequēs his ē circa magiſtratus diſtinguere: hēt. n. & hæc pars drīas multas.
Quotqꝫ magiſtratus: & quaꝝ rerū auctoritatē hr̄e: & ꝓ quo tpe ſingulos nā alii ſeme
ſtres: alii breuiores: alii annuos diuturniores ſtatuunt magiſtratus. Et utrum magi-
ſtratus oporteat eſſe ꝑpetuus: an ad lōgū tp̄s: aut neutrū: ſed multotiens eoſdē aut non
eundē bis: ſed tm̄ ſemel: & præterea circa conſtituēdū magiſtratus ex qbꝰ oportet crea
ri: & a qbus & qūo: de his enim oībus oportet poſſe diſtinguere quot modis ualeāt fie
ri ac deinde accōmodare qbus conferāt gubernationibꝰ reipu. Eſt aūt nec hoc qdē faci
le determinare: quales magiſtratus ſunt nuncupandi. Indiget. n. ciuilis ſocietas multis
præſidētibus. Quapropter non oēs q uel eliguntur: uel aſſumunt̃ ſorte: ſunt magiſtra
tus exiſtimandi: utputa ſacerdotes: hoc enim aliud quiddā ponēdū eſt a ciuilibus ma-
giſtratibus. Præterea qui pompas ducūt: & præcones: & legati qui eligunt̃. Huiuſmo
di enim curæ ciuiles aut oīum ciuiū ſunt & ad unam actionē puta dux eoꝝ qui militāt:
aut ſm̄ partē ut mulierum puerorumqꝫ curatores. Aliæ diſpēſatiuæ: ſæpe enim eligun-
tur quidā ad diſtribuēdum annonā. Aliæ miniſtratiuæ ad quas ſi opulenti eligant̃ ſub
ſtituūt ſeruos. Maxime uero ut ſimpliciter dicamus illi ſunt magiſtratus appellādi q-
bus datum eſt deliberare de quibuſdā & ſtatuere & iubere & maxime hoc extremū. Nā
iubere imperioſius eſt. Verum iſta quantum ad uſum nihil differunt ut ita dixerim: nō
dum. n. determinata eſt huiuſmodi de nomine controuerſia: hēt aūt quandā aliā intel-
lectiuam conſiderationē: Sed quales magiſtratus & quot neceſſarii ſunt ciuitati: æqua
les neceſſarii quidē: inutiles uero ad bonam reipu. gubernationē magis utiqꝫ quiſpiam
dubitabit: & ad oēm rempu. & præſertim ad paruas ciuitates. Nam in magnis qdem li
cet & debēt ſinguli magiſtratus ad ſingula deputari. Sufficit. n. multitudo ciuium ad
magſtratus gerendos: & alios cum intermiſſione magna tp̄is alios ſemel duntaxat ge-
runt. Meliuſqꝫ ſingula curantur: q̄ ſi in multis cura noſtra diſtrahatur: ſed in paruis ci
uitatibus neceſſe eſt in paucos magiſtratus plures conferre: nā cum ſit paucitas homi-
nū: nā facile eſt multos in magiſtratibus eē: q nā poſtea forēt ſucceſſores horū indigēt

quandoq; magiſtratibus eiſdẽ & legibus: paruæ magnæq; ciuitates: niſi ꝙ hæ qdẽ ſæpe
indigent eiſdẽ: his uero multo tẽpore intermiſſo id accidit. Quapropter nihil prohibet
multaq; ſimul hii demandare: non enim ſe impediunt: & propter hominum paucitatẽ
neceſſarii ſunt magiſtratus quidã quaſi lumĩaria obeliſcis impoſita. Si ergo dicere poſ
ſumus quot neceſſarii ſunt omni ciuitati: & quot non neceſſarii quidẽ ſed oportuni: faci
le quis ſciens iſtã coniungat: quot cõiungere cõgruat in ciuiũ magiſtratu: dẽt ẽt hoc nõ
latuiſſe quales conueniant ſm locum magiſtratus pluriũ curam habere: & qualiũ ubiq;
unum magiſtratum ptãtem habere: ceu honeſtatis. Vtrũ in foro præfectum an/nõ: &
alium alibi: ubiq; eundẽ: & utrum ſm negocia partiẽdum eſt an ſm perſonas: dico aũt
ceu unum curam honeſtatis: aliũ puerorum & mulierum & in rebus pu. utrum diffe
rat ſm unamquãq; & magiſtratuum genus uel nihil: ceu in populari ſtatu: & paucorũ
gubernatione: & optimatũ: & monarchia: utrum iidẽ ſunt magiſtratus poteſtatẽ habẽ
tes: ſed non ex æqualibus: aut ſimilibus: ſed alii in aliis ueluti in optimatibus quidẽ ex
hominibus doctis: in paucorum aũt potentia ex opulentis: in populari ſtatu ex inge
nuis. Vel exiſtant quidã ſecũdũ iſtas differẽtias magiſtratuum: & alicubi cõferat eoſdẽ
eſſe: alicubi diuerſos: alicubi enim congruit magnos eſſe: alicubi paruos eoſdẽ magiſtra
tus: uerumtamen ſunt aliqui proprii ceu eorũ qui ante deliberant: hæc enim ptãs non
eſt popularis. Conſilium uero populare: oportet eſſe aliquid tale cui cura ſit populum
conſilio præuenire ne ocioſus ſit. Hi aũt ſi pauci ſunt numero paucorum potentiæ: eſt
aũt neceſſe ut illi ſint pauci qui ante deliberant: itaq; paucorũ potentiæ eſt: ſed ubi ſunt
ambo iidem magiſtratus illi qui ante deliberant conſiliarios cõſtituũt: cõſiliarius enim
popularis: qui uero ante uenit in conſulendo & deliberando paucorum potẽtiæ: diſſol
uitur etiam poteſtas conſilii in huiuſmodi gubernationibus in quibus populus ipſe cõ
ueniens de omnibus conſtituit. Hoc aũt accidere conſueuit cum eſt utilitas quædã aut
merces conſtituta his qui in cõmune conueniunt. Ocioſi enim conueniunt perſæpe &
de cunctis ipſi ſtatuunt: qui aũt puerorum curam habent: & qui mulierum: & ſi quis
alter eſt qui poteſtatem habet: & curam huiuſmodi: optimatiũ id eſt: & nõ populare.
Fieri enim nõ poteſt ut prohibere pauperum mulieres alteriꝰ ſit q̃ paucorum potẽtiæ:
cũ mulieres ipſoꝝ in delitiis uiuant. Sed de his quidẽ eatenus dixiſſe nũc ſatis ſit. De
conſtituendis aũt magiſtratibus conandum eſt iam tranſigere: conſiſtunt autem diffe
rentiæ in tribus diffinitionibus quibus cõpoſitis neceſſe eſt omnes modos eſſe compræ
henſos: unũ ex tribus eſt qui ſint illi qui magiſtratus conſtituant: alterum ex quibus cõ
ſtituantur: tertiũ per quem modum. Cuiuſq; uero iſtorũ differentiæ ſunt tres: aut enim
ciues omnes conſtituũt: aut quidam: & uel ex omnibꝰ: uel ex qbuſdam determinatis:
ceu per cenſum: uel per genus: uel per uirtutẽ: uel per aliud quiddã tale quale apud ma
garenſes: ex his qui una cum populo coniũcti redierunt: & hoc aut per electiouẽ: aut p
ſortem. Rurſus autem hæc ſimul conduplicata: dico autem hæc: ceu quoſdam aliqui:
quoſdam omnes: & quidam ex omnibus: & quidam ex quibuſdã: & quidam electione:
quidam ſorte. Vniuſcuiuſq; iſtorum differentiæ modi erũt quattuor: aut enim omnes
ex omnibus per electionem: aut omnes ex omnibus per ſortem: uel ex cunctis: uel qua
ſi diuiſim per tribus & conuentus & ſocietates quouſq; pertranſeat per uniuerſos ciues:
aut ſemper ex omnibus & partim ſic: partim illo modo. Rurſus uero ſi pauci ſunt illi q
conſtituunt magiſtratus: aut ex omnibus per electionem: aut ex omnibus per ſortem:
aut ex quibuſdam per electionem: aut ex quibuſdam per ſortem: uel partim iſto mõ: p
tim illo. Dico autem quædam ex omnibus per electionem: quædã per ſortem: atq; ita



duodecim modi efficiuntur ſeorſum duobus conduplicatis. Horum autẽ duæ cõſtitu
tiones ſũt populares: hoc ẽ oẽs ex oĩbus electiõe/uel ſorte/uel ꝑtim ſorte ꝑtim electõe.
At.n. non omnes ſimul: ſed ex omnibus conſtituere: uel ex quibuſdã ſorte: uel electio
ne: uel utroq; modo: aut partim ex omnibus: partim/ex quibuſdam utroq; modo. Di
co autem utroq; modo partim ſorte partim electione illius ſpeciei eſt quæ appellat̃ res
pu. Quoſdam uero ex omnibus conſtituere partim electione partim ſorte paucorum
potentiæ eſt: multoq; magis ſi ex ambobus: ſed quoſdam ex omnibus: quoſdam ex qui
buſdam ciuile optimatum: uel quoſdam electione quoſdam ſorte: quoſdam uero ex q
buſdam paucorum potentiæ: etiam ſi per ſortem fiat: uel non fiat: & quoſdam ex qbuſ
dam utroq; modo: quoſdam autem ex omnibus & ex quibuſdam omnes per electionẽ
optimatum. Modi igitur circa magiſtratus tot ſunt & diſtinguuntur ita ſm rerum pu.
formas. Qui autem quibus conducant: & quomodo conſtitutiones eorum fiende ſunt
una cum poteſtatibus magiſtratuum: & qui ſint hii manifeſtum erit: dico autem pote
ſtatem magiſtratus ceu circa redditus auctoritatem habere: & circa cuſtodiam: alia.n.
poteſtatis ſpecies quemadmodum circa bellum & circa contractus forenſes. Reli
quũ ex tribꝰ eſt de iudiciis dicere. Capiendi uero ſunt iſtorum modi per eandem uiam:
eſt enim differentia iudiciorum in tribus terminis ex quibus: & de quibus & quomodo
dico autem ex quibus utrum ex omnibus uel ex quibuſdam. De quibus quot ſpecies iu
diciorum. Quomodo utrũ per ſortem uel per electionem. Primo igitur diſtinguamꝰ:
quot ſint iudiciorũ ſpecies. ſunt aũt octo: unum rationes repoſcere: alterũ ſi publice qs
cui iniuriatus ſit: alterum quot ad ſtatũ ciuitatis pertinẽt. quartum & magiſtratibus &
priuatis hominibus quotcunq; circa pœnas uerſantur. quintum de priuatis contracti
bus habẽtibus magnitudinẽ: ac præterea de homicidiis & de peregrinis: homicidii rur
ſus ſpẽs: ſiue in ipſis iudiciis: ſiue in aliis ex ꝓuidentia fecerit uel inuitus: & quotcunq;
confitemur qdem facta ſed de iure cõtrouerſiã facimus. & quot ꝓ homicidio exulanti
bus circa reditũ ſtatuũtur ut athenis dicitur: & in Phreatti iudiciũ. Cõtingũt aũt talia
& in omni tꝑe pauca & in magnis ciuitatibus: de peregrinis aũt una pars eſt ſi peregri
nus contra peregrinũ agat: altera ſi peregrinus cõtra ciuem. Eſt inſuper ultra hæc om
nia de paruis rebus cognitio: quæ dragmas quinq;: aut non excedant aut ꝑatum: opor
tet enim & de his ius dici: nec incidit iu iudiciorum multitudinẽ: ſed omittamus de his:
& de homicidiis & de peregrinis. Dicamus autem de ciuilibus in quibus ſi non recte iu
dicetur: ſeditiones gignuntur ac rerum pu. motus: neceſſe eſt enim uel oẽs de omnibꝰ
ſupra dictis iudicare electione uel ſorte: uel oẽs de oĩbus partim ſorte: partim electiõe:
uel de quibuſdam eorũ aliquos partim ſorte partim electione aſſumptos. Hii ergo mo
di ſũt quattuor: totidem alteri qui ſm partem: rurſus enim ex quibus & qui iudicãt de
omnibus per electionem aut ex quibus de omnibꝰ per ſortem uel partim ſorte partim
electione uel quædam iudicia ex eiſdem ex ſortitis eſt & electis. Iſti ergo ut dictum eſt
modi in prædictis: inſuper eadem conduplicata ut quædam ex omnibus: quædam ex
quibuſdam: quædam ex utriſq;: ceu ſi eiuſdem iudicii eſſent: alii ex omnibus alii ex qui
buſdam: & uel per ſortem uel per electionem: uel ex ambobus. Quot igitur modi iu
diciorum eſſe poſſunt dictum eſt. Horum autem prima popularia ſunt quæcunq; ex
omnibus uel de omnibus. Secunda paucorum potentiæ quotcunq; ex quibuſdam de
omnibus. Tertia optimatũ & ciuilia quæcunq; partim ex oĩbus: partim ex quibuſdã.

Explicit Liber quartus politicoꝝ.

Incipit Liber quintus Politicorum Ariſtotelis/Leonardo aretino interprete.

DE aliis qdem oibus de qbus dicere ꝓpoſuimus fere dictū eſt:
ex qbus aūt mutantur res pu.& quot ea ſint:& qualia:& quæ
nam ſint ſingulariū rerū pu.corruptiones:& labes:& ex qua-
libus in quales maxime mutant̃:præterea quæ remedia gene
raliter:& ſpecialiter cuiuſq;:& per quæ maxime cōſeruari poſ-
ſit unaquæq; res pu.cōſiderandū deinceps erit. Oportet autē
prius illud principiū aſſumere ꝙ plus ſunt formæ reipu.& in
his confitentur quidem omnes iuſticiam & cōuenientem æq-
tatem:ſed aberrant ab ea ut eſt ante dictum.Nā populus con
ſtat ex his qui cum ſint ſecundū quid pares:putant ſe ſimpliciter pares.Paucorum ue-
ro potentia ex his qui cum præſtent aliqua re:ſe in cūctis præſtare arbitrantur:opibus
enim ſuperantes:ſimpliciter exiſtimāt ſuperare. Deinde uero illi quaſi pares exiſtētes:
in cunctis dignum putant ſe parem portionē habere:hii aūt quaſi ſuperiores ſint maio
ra ſibi cōpetere arbitrant̃:maius enim inæquale.Habent uero oēs aliquid iuſtū:ſed ſim
pliciter aberrāt:& ob eam cauſam qn̄ non pro opinione ſua utriq; reportent de repu.ſe
ditiones concitant.Omnium uero iuſtiſſime hoc facerent qui uirtute præcellūt:qui tn̄
minime omniū id faciunt.Nā hii ſimpliciter rōnabile eſt ut ſoli præferant̃.Sunt aūt q
dam qui præſtantes genere plus habere ſe dignos putant:uident̃ nobiles eſſe illi quoꝝ
maiores uirtute & diuitiis præditi fuere.Hinc principia & fontes ut ita dixerim ſeditio
num oriuntur:quapropter mutationes merito fiunt:qn̄q; ex præſenti ſtatu ad aliū:ceu
ex populari gubernatione ad paucorum potētiā:uel ad popularem ex paucis uel ad rē
pu.& optimatem ex illis uel ad illas ex iſtis.Qn̄q; præſentē gubernandi formam non
quærunt mutare:ſed in ea permanentes pro ſe illam ſuſcipiūt ut paucorum potētiam
uel monarchiā.Inſuper circa magis & minus:ceu uel paucorū potentiā exiſtentem ma
gis extendere uel cohercere:uel popularem ſtatum ampliare uel reſtringere. Eodemq;
modo de aliis ſpeciebus ampliandis uel reſtringēdis:uel in parte aliqua reipublicæ mo
uenda:ceu magiſtratū quēdā de nouo inducere uel remouere;: ut apud lacedæmonios
ferunt Lyſandrū tentaſſe regiā ptātem tollere:& pauſaniā regem inphoros:& epidāni
mutata eſt res publica in parte:cum pro tribuū præfectis ſenatores creauerunt.Apud
eliænſes uero neceſſariū eſt illorū ēt qui uerſantur in re' pu.dignitas inuadere qn̄ creat̃
magiſtratus aliquis.Paucorū aūt potentiæ erat in hac re pu.ꝙ unus ſolus ad magiſtra
tum ſumebatur:ubiq; enim ꝓpter inæqualitatem oritur ſeditio:diſparibus tn̄ non exi-
ſtit ꝓportio:perpetua enim poteſtas regia iniqua foret ſi eſſet imparibus: omnino enī
quærentes æquum in ſeditiones incidunt.At enim duplex eſt æquum unum numero:
alterū dignitate:numero quidem ceu multitudine aut magnitudine idem & æquum:
dignitate autem dico id quod eſt ſm rationem ceu tria excedunt duo: ſm æqualem nu
merum:& hoc in uno.Dico autem quatuor excedere duo:& hoc in uno.æqua enim ps
duo ex quatuor:& unum ex duobus:ambo enim medietates.Fatentes autem ſimplici-
ter eſſe iuſtum id quod eſt ſm dignitatem:contendunt ut prius dictum eſt:alii quia ſi
in aliquo ſint pares:ſe penitus pares exiſtimant:alii quia ſi in aliquo præſtant in cūctis
ſe ſuperare arbitrantur. Quamobrem duæ præcipuæ fiunt gubernandi formæ popu-
lus ſcilicet & paucorum potentia:nobilitatem enim ac uirtutem in uerbis quidem om-
nes fere uſurpant.At enim qui reuera nobile ac boni ſint:nuſq̄ centum reperiūtur. Di



uites autem multis in locis.Simpliciter uero omnino ſm alterutrum ſtatuere æqualita
tem improbū eſt:patet aūt ex eo quod contingit.Nulla enim huiuſmodi rerū pu.reci-
pit ſtabilitatē.Cauſa uero huius qa impoſſibile eſt ex primo errore in pricipio cōmiſſo
non euenire ad extremū aliquid mali.Quare opus eſt partim arithmetica æquitate uti
partim ea quæ eſt ſm dignitatem:uerumtamē tutior eſt ac minus ſeditioni ſubiacet po
pularis gubernatio q̄ paucorum.Nam in paucorū gubernatione duo gignuntur ſedi-
tiones:una inter:ſeipſos alia ad populum.In gubernationibus autem populi una tan-
tum ſeditio fit ad paucorū potentiam.Ipſis uero inter ſe quod quidem dignū dictu ſit
non accidit ſeditio populi.Inſuper mediocriū hoīum gubernatio:ꝓpinquior eſt popu
lari gubernatione q̄ illi quæ paucorū:quæ quidem eſt magis tuta q̄ aliqua huiuſmodi:
rerū pu. Cū uero conſideremus qbus de cauſis ſeditiones mutationeſq; rerū pu.eue-
nerint capiēda ſunt primo uniuerſaliter principia & cauſæ eaꝝ:ſunt aūt fere tria de qui
bus ipſis primo ſuccincte determinandū eſt.Videre enim oportet quēadmodū diſpoſi
ti ad ſeditiones deueniunt:& quarū rerum gratia:& tertio quæ ſint initia ciuilium tur-
bationū ac ſeditionum inter ciues.Quod quidē igitur diſponant̃ ad res nouas appetē
das illa eſt potiſſima cā:de qua iam diximus:quia alii pares eſſe uolunt his qui plus poſ
ſunt:& niſi hoc fit non acquieſcunt:alii uero ſe præſtare dignos putātes:in digne ferūt
niſi plus habeant:hæc autē qn̄q; iuſte cupiuntur:qn̄q; iniuſte.Inferiores quidem ut pa
res ſint res nouas exoptant:& pares qui ſunt ut præſtent.Quēadmodum igit̃ diſpoſi-
ti ſint qui res nouas quærunt dictū eſt.Res autem pro quibus contendunt ſunt lucrū:
& honor:atq; his contraria : dedecus enim & dānū uel ipſorum uel amicorum fugien-
tes ſeditiones agunt.Cauſæ uero ac principia motus:unde ipſi ita diſponunt̃ : & ꝓ his
de quibus diximus ſunt ut ſeptē:ſunt etiam ut plura:quorum duo ſunt eadem cum il-
lis quæ dicta ſunt non tn̄ eodem modo:propter lucꝝ enim & propter honorē irritant̃
inuicem.non ut acquirāt ſibiipſis:ſed quia uidēt alios: ptim iniuſte:ptim iuſte plus ha
bere.Inſuper propter contumeliam:ꝓpter metum:propter præpotentiam:ꝓpter cō-
temptum:propter incrementum exceſſuum & alio modo propter uerecūdiam:ꝓpter
negligentiam:propter puſillitatē:propter imparitatem:ex quibus contumeliam & lu
crum quam habeant uim:& quot cauſæ fere eſt manifeſtum.Superbia.n.& auaritia eo
rum qui gubernant homines prouocant contra ſe:& contra ſtatum eius reipu.quæ iſta
fieri patiat̃.Auaritia uero qn̄q; ex priuatis rebus fit qn̄q; ex publicis. De honore etiā cla
rum eſt & quid ualeat:& quomodo cā fit contēdendi. Ipſi enim inhonorati & alios ho
noratos cernentes ſeditionem aggrediuntur.Hæc autē iniuſte quidem fiunt/cum præ
ter dignitatem honorantur quidam uel in honorantur.Iuſte uero cum ſm dignitatem
propter præpotentiam aūt qn̄ maior ſit & potentior uel unus uel plures q̄ ſm dignita
tem & potentiam reipu.Conſueuit.n.ex talibus fieri unius dn̄atio:uel gubernatio uio-
lenta.Quapropter quibuſdā in locis oſtraciſmo utuntur:ceu argis & athenis.atq me-
lius erat ab initio prouidere ne in huiuſmodi potentiam augeri homines permitteren-
tur:q̄ poſt contra auctos remedium quærere.Propter metum aūt ad ſeditionē deueni-
unt qui pœnas formidant ob maleficia cōmiſſa:& hii contra quos paratur uiolentia p̄-
uenire uolentes prius q̄ malum patiantur:ut apud rhodum nobilitas contra plebem
inſurrexit mœtu iudiciorum quæ ſibi parabant̃:propter contemptum aūt ad ſeditiōes
deueniunt:ceu in paucorum potentia qn̄ plures ſunt illi qui a repu.excluduntur:potē
tiores enim ſe putant:& in populari ſtatu opulenti contēnentes inordinationem & in
curiam eorum qui gubernant:ceu apud thebanos poſt pugnam in œnophytis cōmiſ-

ſam mala gubernatione popularis ſtatus intereiit & in megarēſibus ceu per ordinatio-
nem & negligentiā ſuperati ſunt: & ſyrracuſis ante gelonis tyrānidem: & rhodi popu-
lus anteꝗ̃ contra inſurgeret̃. Fiunt etiam propter incrementum mutationes rerũ pub.
ut enim corpus ex partibus ſuis cōſtat: & oportet eas ſimul pro modo quāqꝫ ſuo creſce
re ut conuenientia permaneat: ac niſi hoc fiat corrumpitur: quādo pes quattuor cubito
rum ſit: cæterum uero corpus duarum palmarum longitudinem habeat. Interdum ue
ro, & in alterius animalis figuram tranſiret: ſi non ſolum quantitate: uerumetiā qualita
te īmoderatum fieret incrementum: ita & ciuitas ex partibus conſtat quarum interdũ
aliqua paulatim ſubcreſcit: ceu egenorum hominũ multitudo in popularibꝰ guberna
tionibus & rebus publicis. Contingit uero qñqꝫ id per fortunā uelut apud tarentum cũ
ſuperati prælio alii a lapygēſibus nobilitatis magnā partem amiſiſſent: fuit aũt id præ-
ſium paulo poſt id tp̄s quo medi græciam inuaſerunt: ad popularē ſtatũ ex re pu. eſt fa
cta mutatio. Et argiui poſt cedem ſuorũ in heudoma a cleomena ſpartiata factam coa-
cti ſunt inquilinos quoſdam ad rem pu. recipere. Et athenis cum terra male pugnaret̃
aduerſus lacedæmonios nobilitas attenuata eſt cũ ex deſcripto ſubmittere ad bellũ co-
geret̃. Contingit aũt hoc & in popularibus gubernationibus rarius tñ: pluribus enim
diuitibus exiſtentibus uel diuitiis in pluribus auctis mutatio fit in paucorum potētiā.
Mutantur ēt res pu. abſqꝫ ſeditione propter uerecundiā: ut in heræa. Cũ. n. per electio-
nem ſumere magiſtratus ſolerent poſtea ſortiti ſunt: ex eo quia ꝙ electiones eorũ in ho
mine turpes pudendoſqꝫ cadebant: & propter negligentiā qñ ſinunt ad ſũmas poteſta
tes eos aſſumi: qui nō ſunt amici ſtatus eorum: per quem qdē modũ apud horeũ euer-
ſa eſt paucorũ gubernatio per heracleodorũ: qui magiſtratum nactus gubernationē ci
uitatis ex paucorũ potentia ad popularem ſtatum traduxit. Inſuper ꝓpter puſillanimi
tatem: dico aũt puſillanimitatem: qñ latet paulatim ſubcreſcēs reipu. mutatio quæ ad
magnitudinē latenter euadit ſi negligat̃: quemadmodũ apud ambraciotas: paruo cen
ſu prius erant magiſtratus: tandem uero nullo fuerũt quaſi nihil aut prope foret inter
parum & nihil: ſeditiones quoqꝫ cōcitat peregrinitas donec in eadem ſimul cōſpiratio-
nem deuenerit: ut enim non ex quauis multitudine conſtituit̃ ciuitas: ita ēt neqꝫ in quo
uis tempore. Quapropter quicunqꝫ adhuc inquilinos ſuſceperunt uel aduenas oēs fere
ſeditionibꝰ iactati ſunt: ceu apud ſybarim una cum trœziniis incoluerũt achæi. Poſtea
maiorem in numerũ creſcentes achæi trœzinios pepulerũt. Vnde pollutio illa exorta
eſt ſybaritis: & in thuriis idē fecerunt ſybarite cōtra eos qui illos receperāt: nā plus habe
re uolentes: quaſi de ſuis agris pulſi ſunt: & apud bizantiũ peregrini in oppreſſionē ci-
uium coniurati cognita re prælio & armis expulſi ſunt: & antiſſæi exules ex chio ſuſce-
ptos tandē armis deicere coacti ſũt: Zanclæi uero ꝗ ſamios receperũt mox ab eis ſũt ꝓ
pria ciuitate deiecti: apoloniatæ qui ſunt in ponto incolis receptis ſeditione agitati ſunt
& ſyrracuſani poſt tyrānos expulſos cum hoſpites & conductos milites feciſſent: ciues
in ſeditionem & prælium inciderũt: & amphipolitæ receptis calcidenſiũ colonis: pulſi
tandem ab illis ſunt fere omnes. Seditionem autem concitant in paucorũ quidem po-
tentia multitudo indigne ferens quod cum ipſi ſint pares non pariter honorant̃. In po
pulari uero ſtatu nobilitas ꝙ par fiat cæteris cum ipſi ſint præſtantiores. Incidunt etiā
qñqꝫ in ſeditionē ciuitates ꝓpter ſitum qñ talis eſt locus ut non ad unā eādēqꝫ guberna
tionē ſit aptus ut & clazomenis accidit: qui in chitro habitāt contra eos ꝗ habitant ī in
ſula: & colophoniis erga notios: athenis quoqꝫ non eodem modo ſed multo magis po-
pulares ſunt qui in pirrhæo habitant ꝗ̃ qui in urbe: ut. n. in præliis trāſitus foſſarum ēt



ſi admodũ paruæ ſint interrumpũt ordines militum: ita & in ciuitate diſſidētia omnis
uidetur diſiunctionem facere: maxime forſan diſſidēt uirtus & uitium. Deinde pauper
tas & diuitiæ: & alia magis ꝗ̃ alia: quaꝝ una eſt illa de qua diximus. Oriunt̃ autem ſe
ditiones nō pro paruis rebus: ſed ex paruis ad magna perueniunt maxime ēt paruæ cor
roborātur: quando in principalibus fiunt ut contigit ſyrracuſanis antiquitus. Mutatꝰ
eſt enim ciuitatis ſtatus propter duos adoleſcentes qui in magiſtratu cōſtituti ſimulta
tem inter ſe habuerũt ex amatoria cauſa: altero enim abſente: alter puerum quem ama-
bat ſibi cōciliauit: at ille reuerſus cum id grauiter ferret uxorem illius habere ſtuduit: ex
hoc omnes qui uerſabant̃ in re. p. diuerſo fauore diuerterũt. Quāobrem ab iſtis princi
piis cauendũ eſt diligenter ac diſſoluēdæ ſtatim ſunt eorum diſcordiæ qui multum in
re pu. poſſunt. In principio enim peccatur. Principium autem dicitur eſſe dimidiũ to-
tius. Itaqꝫ paruũ in principio erratum correſpōdens eſt ad alias partes. Omnino enim
excellentiũ uirorum diſcordiæ totam poſt ſe trahunt ciuitatem & contigit apud Heſti
æam poſt popularē ſtatum. Duobus enim fratribus de diuiſione patrimonii contendē
tibus unus eorũ qui erat pauperior quaſi non exhibente altero fratre bona omnia neqꝫ
theſaurum quem pater inuenerat proferēte quærebat ac populum in ſuos fauores præ-
texeret. Alter uero qui diuitiis pollebat locupletes ſibi aſſciuerat. Et ī delphis ex fauore
partiũ cōtentione exorta principiũ fuit ſeditionũ omnium quæ poſtea fuerunt in ea ci-
uitate ſecutæ: hic enim cum ſibi triſte augurium incidiſſet ut uenit ad ſponſam ſuſcipe-
re illam uoluit: parentes uero puellæ quaſi ſpreti atqꝫ contempti ſacrorum quiddam eo
ſacrificante iniecerunt: atqꝫ ut ſacrilegum accuſantes capite damnari fecerũt. Mitylenæ
quoqꝫ ſeditio ex hereditate exorta magnorum malorũ fuit origo: indeqꝫ bellum atheni
enſibus contra mityleneos ſuſceptum in quo urbs eorum a pachete duce capta fuit.
Timophane enim quodam opulēto homine uita functo cum duæ filiæ ſuperſtites fuiſ
ſent doxādrus quidam dari illas filii in matrimonium concupiuit: quod cum aſſeq nō
potuiſſet alios ſibi prælatos dolēs res nouas moliri aggreſſus. Athenienſibus qbꝰ erat
publicæ hoſpes bellũ ſuſcipere perſuaſit. Et apud phocēſes ſeditio exorta eſt ex heredita
te inter mnaſeā mneſonis patrē & euthycratem onomarchi: hæc ſeditio phocenſibus
initiũ fuit eius belli quod ſacrum appellauerunt. Mutatus eſt etiam epidamni ciuitatis
ſtatu ex nuptiis. Deſponderat enim quis filiam: Cum uero pater ſponſi magiſtratũ ge-
rens ſibi mulctā irrogaſſet quaſi deſpectus omnes qui poteſtati ciuitatis ſtatui infenſi
erant. Per factionē ad ſe recepit. Fiunt etiam mutationes & in paucorum potentiā & in
populare ſtatũ: & in ea quæ appellat̃ res pu. ex eo ꝙ aliquod collegium uel alia pars ci-
uitatis famā ſit uel augmentũ maiorem in modũ conſecuta/ut apud athenienſes. ario-
pagi conſiliũ per tēpora belli perſaꝝ famā conſecutũ ſeueriorem reipub. gubernādi for
mam uidetur feciſſe: & rurſus naualis turba ꝙ cauſa uictoriæ ſalaminenſi bello fuiſſe ui
debat̃: & ob eam uictoriā principatũ maris acquiſiſſe ciuitati popularem ſtatũ magis
aſſeruit. Et apud argiuos nobilitas ꝙ in prælio contra lacedæmonios apud mantineam
urbē cōmiſſo: magnam famam cōſecuta erat popularem ſtatum delere temptauit: &
apud ſyrracuſanos multitudo urbana: quod cauſa uictoriæ belli aduerſus athenienſes
uidebat̃ fuiſſe rempu. mutauit ad popularem ſtatum: & apud chalcidenſes ꝙ ſimul cũ
nobilitate ad opprimendum phoxũ tyrānum plebs inſurrexiſſet: ſtatim reipu. guber-
nationem ſuſcepit: & apud ābratiā eodem modo populus una cum aggreſſoribus piā-
dro tyrāno expulſo in ſeipſum gubernationem cōuertit: & oīno hoc latere non oportet
ꝙ ꝗ potentiæ cauſa fuerunt: ſiue priuati homines: ſiue collegia publica: ſiue tribus: ſiue

& pars aliqua ciuitatis: ſiue quæcūq; multitudo ſeditionē cōmouent: aut enim q̄ hnori
illorum inuident ſeditionem faciunt: aut ipſi propter præualenriā par hēre cum cæte-
ris non acquieſcunt. Mouetur quoq; res pu. quādo ptes illæ ciuitatis contrarie uidētur
eſſe parificātur: ceu diuites & plebs: medium autem parum aut nihil omnino ſit. Si. n.
quæuis ps ita robuſta fiat: ut ad illā quæ prædominabatur proxime accedat: non tolle
rat poſt hac diſcrimina ſubire. Quapropter & qui uirtute præcellunt nullā ut ita dixe-
rim faciunt ſeditionem: pauci enim ſunt: alii uero permulti. Vniuerſaliter ergo in cun-
ctis rebus pu. initia cauſæq; ſeditionum ac mutationū in hunc modū fiunt. Mutaṫ aūt
res pu. qn̄q; per uim: qn̄q; per dolum: per uim autem aut ſtatim: aut poſtea compellē-
do: nā & fraus duplex eſt: nōnunq̄ enim decepti ab initio ſua demū ſponte recipiūt ali-
um gubernādi modum: deinde poſtea uiolenter conſeruāt: ut accidit cum quadringē-
ti illi athenienſium populū decæperunt. Affirmātes. n. ꝙ perſarum rex pecunias ad bel
lum contra lacedæmonios ſubminiſtraret: ac in eo mentiti nihilominus poſtea ui reti-
nere gubernationem conati ſunt: interdum autem ab initio perſuadentes: ac poſtea rur
ſum perſuaſis ſponte ac uolentibus retinent gubernationē: Similiter ergo circa oēs res
pu. ex his quæ dicta ſunt cōtingit mutationes fieri. Sed oportet in unaquaq; ſpē rerū
publicaꝝ hoc idem cōſiderare. Popularis ergo ſtatus maxime recipit mutatiōes pp eo-
rū hoium perfidiā q ſunt quaſi duces in populo. Hii enim priuatim egregiū queq; calū
niādo coſpirare ſimul cōpellūt. Cogit enim in unū cōis metus ēt eos q prius erāt inimi
ciſſimi: publice uero multitudine irritāt: & hoc fere ubiq; in hunc modū fieri uidemus.
Nā & apud coū popularis ſtatus interiit ob prauitatē eoꝝ q populū ducebāt: nobilitas
enim conſpiratione facta regimē ciuitatis arripuit: & apud rhodū. Impoſitis enim pe-
cuniis quæ cōductis militibus ſoluerenṫ: potētes quidā in populo ꝓ ſe eas retinebāt: ꝑ-
fecti aūt claſſis cū pecunias nō haberēt ac nihilominus nauigare ex lege cogerenṫ ueriti
pœnā iudicii: conſpirationē inierunt ad popularē ſtatū euertendū: apud heracliā quo-
q; populus oppræſſus eſt ea de cā. Potētes enim quidā in populo illatis iniuriis nobili-
tatē expulerūt. Illi uero poſtea cōſpirātes & i unū cōueniētes in urbem reuerſi populū
oppræſſerūt: nec multo diſſimiliter apud megarenſes popularis ſtatus interiit. Ducto
res enim populi quo pecunias per bonoꝝ publicationē haberēt multos e nobilitate pe
pulerant: ut tandē facta ſit per magna exulū multitudo. Exules ergo in unū cōuenien-
tes prælio ſuperarūt: oppræſſoq; populo paucoꝝ potentiā cōſtituerūt. Cōtigit hoc idē
apud cumas in populari ſtatu quē deſtruxit thraſymachus: & apud alios fere qs inſpi-
ciat eodē mō cōtigiſſe. Interdū. n. uṫ gratificenṫ iniuriātes nobilitatē cōſpirare faciunt:
uel patrimonia diuidētes: uel redditus muneribus publicis ſubiiciētes. Interdū uero ca
lūniātes ut bona opulentorū publicari faciāt: uetuſtis quidē tpibus qn̄ idē erat potens
in populo ac belli dux populares res in tyrānidē mutabanṫ: & ꝓfecto ātiquoꝝ tyrāno
rum plurimi ex popularibus hoibus facti ſunt. Cauſa uero erat ea cur tunc fierent: non
aūt nunc illa eſt ꝙ tunc q in populo maxime poterāt erant ex his qui bello gerēdo præ
ficiebanṫ: nondū. n. dicendi peritiā habebāt: nunc aūt rethorica arte ſuperueniente qui
dicendi facultatē habent populos ducunt quidem: ſed quia imperiti ſunt rerum bellica
rū tyrānidem inuadere non audent niſi ubi parū aliquid tale incidit tyrānides certe fre
quentius fiebant prius q̄ nunc: & propter magnas poteſtates quibuſdā commiſſas: ceu
mileti ex conſulatu. Multarum enim ac magnarū rerum poteſtatē habebat conſul: ac
ēt ob id quia tunc urbes non erant magnæ: ſed rure hoies habitabant ocium agētes præ
terq̄ ab agris qui patroni erant in populis cū uiri militares eſſent tyrannidem inuade-



bant: idq; agebāt omnes præſtita ſibi prius fide a populo quæ acquirebaṫ ex inimicitia
aduerſus opulentos: ut athenis piſiſtratus per factionem contra pediacos ſuſceptā: &
megaris theagenes armētis opulentorum occiſis: quæ iuxta flumē repererat paſcentia:
& Dionyſius accuſans daphnæū & diuites meruit tyrannidem ſyracuſis obtinere: pro
pter inimicitiā nobilitatis ſibi fide a populo præſtita: quaſi popularis eſſet. Mutantur
etiam reſpu. ex conſueta gubernatione in ultimā ſpeciem popularitatis. cum enim per
electionem ſunt magiſtratus nō tn̄ a cenſu: eligit aūt populus ambientes populū ma-
giſtratuū gratia/eo rem deducūt ut ſit populus dn̄s etiam legum: remediū aūt ne hoc
oīno fiat: uel ut minus fiat illud eſt: ut tribus quidem magiſtratū eligant: nō populus
uniuerſus. Populariū igiṫ ſtatuū mutationes fere oēs per has fiunt cās. Paucoꝝ aūt
gubernationes mutanṫ ꝑ duos maxime modos manifeſtiſſimos: unū ſi iniuriis afficiāt
multitudinē: quilibet enim patronus ſufficit & maxime ſi ex numero paucoꝝ dux aliqs
exiſtat/quēadmodū in naxo lygdamis qui tyrānidē poſtea inuaſit. Habet aūt ēt ex aliis
initium ſeditionis differentias: qn̄q;. n. ab ipſis opulentis qui non honorātur fit diſſolu
tio: cū perpauci ſint illi qui dignitates uſurpant ut in maſſilienſibus: & in iſtro: & apud
heracliam: & in aliis ciuitatibus accidit. Hoies. n. ab honoribus excluſi res nouas moli
ri non ceſſant: quoad ipſi quoq; honorenṫ. Quibuſdā. n. locis non ſimul ad rēpub. gu
bernādā recipiunṫ filius & pater. Alicubi uero frater ſenior ac iunior: & ubi paucorum
potentia ciuilior eſt ut in iſtro ad populum recidit: i heraclia uero a paucioribus ſed ſex
centos. Mutata eſt & gnidi paucoꝝ potētia ſeditione inter nobilitatē ipſam cohorta: ex
eo ꝙ pars eoꝝ ab honoribus excludebaṫ: ſiquidē pater filium impediebat: & frater fra-
trem: nec niſi qui ſenior foret honorabaṫ. Inſurgens. n. populus per illorum diſcordiā
ac ducem: nactus ex ipā nobilitate peruicit: imbecillis. n. aduerſa pars erat: & apud ery
thrienſes in paucorum gubernatione regiaꝝ urbiū antiqs tpibus licet diligēter curarēt
qui in gubernatione illaꝝ uerſabanṫ: tn̄ qa perpauci erāt: nō tulit populus: ſed rēp. mu
tauit. Mutātur ēt paucoꝝ gubernationes ex ſeipſis pp factiōes ipſoꝝ qui plus poſſe uo
lunt: hoc aūt dupliciter fit: qn̄q;. n. ſibi aſſciſcunt & cōiungūt alios ex ipſo numero pau
coꝝ ut athenis in triginta illis fecit charicles: & in quadringētis phrinieus: qn̄q; uero ip
ſi qui ſunt ex paucoꝝ numero uendicāt ſibi plebem ut apud lariſſam: nobilitas plebem
colebaṫ ex eo quia ꝑ plebē fiebat electio magiſtratus illius q cuſtodia reipu. uocabatur
& in qbuſcūq; gubernatiōibus paucoꝝ nō illi ipſi eligūt ad magiſtratus qui & gerere il
los poſſunt: ſed ex cenſibus magnis tribuunṫ: uel ex aliquo corpore: electio tn̄ eorū ꝑ
ciues fit: ut ꝑ plebē ut abydi: & ubi iudicia nō ſunt ex his q rēp. gubernāt colēdo plebē:
quo eoꝝ ſuffragia ꝓmereanṫ rempu. mutant ut apud heracliā contigit quæ eſt in pō-
to: quod idē accidit qn̄ in gubernatione paucoꝝ qdā exiſtentes ad pauciores ēt remp.
trahūt: pares. n. cæteris eſſe quærentes compellunṫ populū in ſui auxiliū adhibere. Fi-
unt etiam mutationes in gubernatione paucoꝝ qn̄ prodigaliter uiuentes qui gubernāt
per luxuriā patrimonia conſumpſerūt. Optāt. n. res nouas hmōi hoies: tyrannidemq;
uel ſibiipſis uel alteri affectāt quēadmodū hipparinus dionyſiū ſiracuſis & amphipo-
li cleotimus chalcidenſes colonos ſuperinduxit: & cū ueniſſent ſeditionē cū illis contra
diuites facit: & in ægina qui negocium id chariti athenienſi confecerat res nouas moli-
tus ē pp hmōi cām. hi ergo hoies cōſumptis patrimoniis aut res nouas cōmouēt aut rē
pu. furtis expillant. Itaq; ſeditiōes aut ab ipſis aut ab illis cōcitanṫ: aut ab his q eoꝝ fur-
ta nō tollerāt ut apolloniæ q̄ eſt i pōto accidit: cōcors uero ſi ſit paucoꝝ gubernatio ex
ſeipſa non facile interit. Huius ſignū eſt apud pharſalū urbē reſp. ſtatus pauci ſi qdē in

ea ciuitate gubernatores multoꝝ ſunt domini: quia ipſi inter ſe recte ac debito more ſe
gerũt. Euertunť etiam qñ in paucoꝝ gubernatione aliam paucorũ gubernationẽ affici
unt: ideſt qñ eoꝝ ad quos pertinet gubernatio reip. ꝗ pauci ſunt ſelectio quædã fit: ne-
q; habilitas eſt oĩbus ad maximos magiſtratus dignitateſq; poſſe aſſumi: quod apud eli
dem urbẽ qñq; contigit. Nã cũ paucoꝝ eſſet gubernatio reip. admodũ pauci eoꝝ ad ſe
natoriũ ordinẽ ꝗ erat perpetua dignitas peruenire poterãt nonaginta exiſtentes: ob id
qđ erat potẽtium hic ordo: ac perſimilis lacedæmonioꝝ ſenatui. Fitiaũt mutatio guber
nationis paucoꝝ: & in bello: & in pace. In bello quidem ꝙ populo diffidentes cõducto
milite uti compellunť: & qui illis perficiť ſæpe tyrãnus euadit: ut corithi timophanes.
Quod ſi plures præficiunť ipſi ſibi potentiã parãt: interdum uero iſta formidantes qui
regunt populũ recipiũt ad reipu. cõmunionem: qm̃ neceſſitas cogit populo uti: in pace
aũt propter diffidentiam quã inter ſe habent conductis militibus cuſtodiã trãdũt præ
ficiũtq; illis uiꝝ aliquem qui ad neutram partem magis inclinare uideať: at iſte ſæpe fit
dominus partis utriuſq;: quod accidit in lariſſa urbe Aleuadenſibus rempu. tenentibus
& apud Abydum tempore ſodalitatum quarum una erat iphiadi. Oriunť etiam ſedi-
tiones per excluſionem aliorum ab aliis factam eorum ipſorum qui ſunt in paucoꝝ gu
bernatione qñ de nuptiis uel de iudiciis concertãt quemadmodum de nuptiis ſupra di
ximus: & in eretria paucoꝝ gubernatio equitum ſublata eſt per diagoram qui affectus
iniuria fuerat ex nuptiis. Ex iudicio aũt apud heracliam ſeditio extitit & thebis ob adul
terii iudiciũ. Atqui utroq; in loco non iniuſta fuerat accuſatio: ſed per factionem pœna
nimis exaſperata. Apud heracliã quidẽ aduerſus eutionem: thebis uero aduerſus archi
um quem inimici peruincẽtes in foro ligari: ac ceruicem eius annulo ferreo includi fece-
runt: ſæpe etiam paucorum gubernationes diſſolutæ fuerunt ob nimiam dominationẽ
non probantibus quibuſdam ex ipſis qui gubernabant huiuſmodi exceſſum ut accidit
his qui apud gnidum: & apud chium per paucorum potentiam gubernabant. Fiũt eti
am caſu mutationes illius quæ uocatur reſpu. & gubernationes paucorum ubicunq; a
cenſu ſumuntur ad deliberandum & iudicandum & ad cæteros magiſtratus. Sæpe enĩ
conſtitutus primo cenſu ad præſens tempus ut participent in paucorum quidẽ guber-
natione pauci in repu. uero medii fœlicitate aliqua ſuperueniẽte uel per pacem: uel per
aliam cãm contigit eaſdẽ poſſeſſiones multo maioris præcii fieri: itaq; omnes efficiunť
habiles ad cunctos reip. gradus: dignitateſq; ſuſcipiẽdas: idq; contigit interdum ſenſim
& latenter: interdum celerius. Paucorum igitur gubernationes mutanturq; & ſeditio-
nem recipiunt per huiuſmodi cauſas: omnino & popularis ſtatus & paucoꝝ potentiæ
conuertunť interdum non in contrarias ſpecies: ſed in eas quæ ſunt proprii generis: ceu
ex inſtitutis popularibus & paucoꝝ in ipſa propria: & ex illis rurſus ĩ iſta. In optima
tibus autem ſeditiones fiunt: Interdum quidẽ ex eo ꝙ pauci ſunt honoꝝ participes qđ
in paucoꝝ gubernatione diximus ſeditionem mouere. Nam & optimatũ gubernatio
quemadmodum paucorũ eſt: in utraq; enim pauci gubernãt: non tamẽ propter idem
pauci: cum uideať propterea optimatum gubernatio eſſe paucorum: maxime uero id
accidere neceſſe eſt: quando ſit multitudo aliter ſentientium: quaſi ſimiles ſm uirtutẽ:
uelud apud lacedæmonios: hii qui partheniæ nuncupabantur: ex ſimilibus enim erant
quos depræhenſos res nouas moliri in coloniam tharentum miſere: uel quando aliqui
inhonorãtur cum ſint magni & nihilo inferiores uirtute q̃ illi q̃ honores capiũt. quem
admodum lyſander a regibus: uel quãdo uir fortis & magni animi nõ ſit particeps ho-
norum: quemadmodum cinadon ille ꝗ coniuratione facta per ageſilai tempora ſpar-



tiatas opprimere tentauit. Præterea cum alii paupertate nimia præmuntur: alii diuitiis
abũdant: quod maxime in bello contingit: & accidit hoc lacedæmoniis meſſinenſi bel
lo. Oſtendit hoc Tyrtæus poeta in illo carmine qđ inſcribiť: bona diuiſio: exhauſti. n.
ꝗdam per id bellũ ac pauperes facti cenſebant agros æqua portione ciuibus eſſe diuidẽ
dos. Inſuper ſiquis magnus & potens etiam maior fieri: ac ſolus dãnari uelit ut apud
lacedæmonios uidetur pauſanias ille feciſſe: qui dux belli aduerſus medos fuit: & apud
carthaginenſes hãno. Diſſoluũtur aũt maxime & reſp. & optimatũ gobernationes pro
pter tranſgreſſionem iuſticiæ in ſeipſis factam: huius autem origo eſt non bene tempe
ratam ſimul eſſe: ac permixtam in repu. quidem popularem gubernationem & pauco-
rũ. In optimatibus uero iſta ſimul atq; uirtutem maxime: illa duo popularem dico at-
q; paucorum: hæc enim & reſp. conantur miſcere & multæ illarum quæ optimates uo-
cantes: differunt enim optimates ab illis quæ appellantur reſp. in hoc & ob id ſunt aliæ
eaꝝ minus aliæ magis durabiles. Illas enim quæ magis declinãt ad paucoꝝ potentiam
optimates appellant. Illas uero quæ ad multitudinem reſp. uocant. Quapropter tutio
res ſunt iſtæ: q̃ aliæ: fortius. n. eſt id: plus enim ac magis acqeſcũt æquũ habentes. Qui
uero diuitiis abũdant ſi reſp. excellentiam eis tribuat contumelia cæteros afficere ꝑgũt:
nec par habentes conquieſcunt: penitus enim ad quãcũq; ſpeciem declinet gubernatio
ciuitatis in eam trãſmutať utriſq; ſuũ augentibus: uelut reſp. ad populũ: optimates ad
paucoꝝ potentiam: uel in contraria ceu optimatũ gubernatio in popularem: tanq̃ enĩ
iniuriam patientes in contrariũ trahũt qui magis ſunt inopes reſpub. uero in paucorũ
potentiam tranſmutanť. Solũ. n. ſtabile eſt ſm dignitatem æquũ & habere ſua q̃ ſunt:
contigit uero id qđ modo diximus in thuriis: qđ. n. a maiore cenſu erat magiſtratus in
minorem facta eſt mutatio: & in plures gubernatores: & ꝗa agros totos poſſidebat no
bilitas contra legem: nam gubernatio eius ciuitatis erat paucioꝝ: itaq; plus habere po-
terant. At populus bello exercitatus ac potẽtior effectus q̃ illoꝝ cuſtodes nobilitatem
cõpulit agros qui cõtra legẽ tenebanť dimittere. Inſuper ꝗa oẽs optimatũ ſpẽs ad pau-
coꝝ potẽtiã declinãt nobilitas in illis plus hẽt uelut apud lacedæmonios opes & diui-
tiæ in paucis ſunt ac magnã licentiã hẽt nobilitas faciendi quodlibet: & qui uelit grati-
ficandi: quæ cã fuit ut locroꝝ ciuitas interiret: propter dionyſii clientelas: quod nõ con
tigiſſet in populari ſtatu: neq; in ea optimatũ gubernatione quæ bene mixta & tẽpera-
ta eſſet. Maxime uero latent optimatũ gubernationes paulatim ſeſe diſſoluẽtes qđ qdẽ
dictũ eſt prius uniuerſaliter de oĩbus reb9 publicis idq; inter cãs mutationis minuta ꝑ-
uitas appellať: qñ. n. omittũt aliqd ex his q̃ ad rẽp. pertinẽt ad deinde aliud paulo ma-
ius facilius mouent quouſq; totã moueãt reip. formã: qđ in thuriis accidit. Cũ enim le
gẽ haberent per quã nõ niſi intermiſſo quinquẽnio præturã gerere licebat iuniores qui-
dam rei militaris periti & apud multitudinẽ famã habẽtes cũ cæteros ꝗ in rebus geren-
dis uerſabanť ſpernerent ac faciliter ſe cõſecuturos arbitrarenť legem totã illam tolle-
re aggreſſi ſunt lata altera lege ut liceret cõtinue eoſdẽ prætores eẽ. At. n. magiſtratus ꝗ
præerat ſuffragiis: appellabanť uero cõſultores cõmodi prius ad reſiſtendũ: tñ poſtea
deſtiterũt putãtes q̃uis hac una lege ſoluta: tñ cæteras eẽ ꝑmanſuras. Poſtea uero ꝓhi-
bere uolẽtes ne alia mouerenť nihil ꝓficere uoluerũt: ſed mutata eſt eoꝝ reſp. in potẽtiã
eoꝝ ꝗ nouas res aggrediebanť. Diſſoluũtur uero cũctæ reſp. interdũ per ſeipſas ĩterdũ
ꝑ externã cãm qñ cõtraria gubernatio ſit: uel ꝓpe uel longe quidẽ ſed admodum potẽs
qđ qdẽ cõtigit atheniẽſibus: & lacedæmõiis. Atheniẽſes. n. ubiq; potentiam paucoꝝ: la
cedæmonii uero ubi ꝙ popularẽ ſtatũ euertebant. Vnde igiť rerumpu. mutatiões: ſedi

tioneſq; exoriant᷑ fere dictum eſt. De conſeruatione aũt & cõiter & ſeorſum uniuſcu-
iuſq; reipu. conſequẽs eſt ut dicamus. Illud ergo ante oĩa patet qđ ſi ſciamus ꝑ q̄ corrũ
punt᷑ reſpu. ſcimus ẽt per quæ conſeruant᷑. Contrarioꝝ. n. cõtrarii effectus. Corruptio
ni aũt cõſeruatio eſt cõtraria. In illis igit᷑ rebuſpu. quæ laudabiliter permixtæ ac tẽpera-
tæ ſint illud eſt diligẽter obſeruandũ nequid ex legibus inſtitutiſq; moueat᷑: maximeq;
ab eo cauendũ quod paulatim rẽpit: latet. n. corruptio qa nõ tota ſimul fit: decipiturq;
mens ab illis ut ſophiſtica illa rõ: ſi unũquodq; puſillum & oĩa: hoc aũt eſt ut ſit: & eſt
ut nõ: totum. n. & omnia non puſillum: ſed cõpoſita ex puſillis. Vna igit᷑ cuſtodia ad
uerſus hoc principiũ eſt opponenda deinde nõ cõfidere his quæ fingunt᷑ quodãmodo
& adumbrant᷑ ad populũ: reprobant᷑ enim ex ipſis operibus. Qualia uero dicamus rei
pu. figmenta ſuperius eſt oſtẽſum. Intueri licet quaſdã reſp. durare nõ ſolũ ex optimati
bus. uerũ etiam ex paucoꝝ potentiis: non qa per ſe ipſe ſtabiles ſint: ſed qa hii q guber-
nant recte ſe gerũt: tam erga eos qui ſunt extra remp. q̄ erga eos q in reipu. gubernatio-
ne uerſant᷑. erga eos quidem q non participes ſunt gubernationis non afficiendo ipſos
iniuriis ac præſtantiores ipſoꝝ ad participationẽ rerũ publicaꝝ recipiendo: cupidoſq;
honoris non deprimendo: neq; multitudinẽ ſuis cõmodis fraudando: erga illos uero q
ſocii in gubernanda repu. ſunt: humane inuicẽ ac populariter es gerendo: æqualitas. n.
illa quæ in populari ſtatu affectat᷑ ea in ſimilibus non ſolũ iuſta eſt: uerũ etiam utilis.
Quamobrẽ ſi plures ſint in gubernatione reip. conſtituti eis permulta populariũ in-
ſtitutorum utilia ſunt: ceu ſemeſtres eẽ magiſtratus: ut omnes qui ſunt ſimiles adipiſci
ualeant: ſunt. n. tanq̄ populus quidã illi qui iter ſe pares ac ſimiles ſunt: itaq; in illis fre-
quẽter exiſtunt uelut duces quidam populi: ut prius diximus. Deinde minus in poten
tias incidũt paucoꝝ gubernationes & optimates: nõ enim ſimiliter facile eſt latere ma-
le agentẽ in breui tempore magiſtratus & in longo tempore. Nã ob hoc in paucoꝝ gu
bernationibus & popularibus: tyrãnides fiũt: aut. n. hii qui maximi ſunt in utraq; tyrã
nidem inuadũt: hic ductores populi: ibi potentes uel qui maximos gerũt magiſtratus:
quando longo tẽpore durãt. Conſeruant᷑ aũt reſpu. non ſolũ ex eo qa procul ſint a pe-
riculis: uerũ etiam interdũ quia propinquæ ſunt. Homines enim formidantes uigilan-
tius intẽdũt ad reipu. cuſtodiam. Itaq; oporteret eos qui remp. ſaluam eẽ uolunt formi
dines quaſdam parare ut caueant neq; diſſoluant quaſi nocturnam quandam cuſtodiã
reip. obſeruationẽ: & quod longe abeſt propinquũ facere: etiam nobilium contentiões
ſeditioneſq; ꝑ leges quoq; oportet cuſtodiri conari & qui extra contẽtiones ſunt eos an-
te capere tanq̄ malum ab initio exoriens cognoſcere: nõ cuiuſuis ſit ſed ciuilis iuri: ad
mutationes uero quæ propter cenſum fiunt ex paucorum potẽtia atq; ex republi. quan
do contingit hoc manẽtibus eiſdem cenſibus. & pecuniarum copia facta. utile in repu.
eſt conſiderare uniuerſum totius ciuitatis cenſum: ac præſens tp̄s ad præteritũ conferre.
nam in qbuſdam ciuitatibus cenſus agitur annuatim: in maioribus uero per triennium
aut quinquenniũ: & ſi ſit multiplicat9 ac multo maior factus q̄ prius erat ille ſm quem
ſtatuta fuerat reip. gubernandæ habilitas lege prouidere ut cẽſus uel augeat᷑ uel relaxet᷑
ſiquidẽ excedat reſtringat᷑ ſm multiplicationẽ: ſi uero deficiat relaxet᷑: ac minor fiat cẽ-
ſus taxatio. In paucoꝝ enim gubernationibus & in rebuſpu. niſi hoc fiat hic paucorum
gubernatio ibi potentia illa nimia inſurget. Illo aũt modo ex repub. quidem popularis
ſtatus: ex paucoꝝ uero gubernatiõe reſp. aut populus. Cõe aũt eſt & in populari & in
paucoꝝ gubernatione & in omni reſp. neq; augere nimiũ queq̄ ſupra modum: ſed ma-
gis conari paruos & longi tẽporis honores ꝑbere q̄ confeſtim magnos. Corrumpũtur



enim nec cuiuſuis eſt hominis ꝓſperitatem ferre quod ſi accumulate dati ſint alicui ho
nores: nõ ſunt ſimul oẽs poſtea auferendi ſed paulatim. Maxime uero lege ita ꝓuidere
conandũ eſt: ne nimiũ ſit exceſſiua potentia: neq; amicoꝝ: neq; pecuniaꝝ. Quod ſi ita
contingat per abſentiã remouendæ ſunt hmõi hoĩum cliẽtelæ. Cũ uero ex priuata etiã
uita res nouæ orıant᷑: magiſtratus conſtituẽdus eſt quidã qui ſit quaſi in ſpecula uel ad
mores ciuiũ intuendos ne qs ita uiuat: ut reipu. nocere poſſit. In populari quidem ſta-
tu ne aliene uiuat a popularitate. In paucoꝝ aũt potentia: ne aliene a natura eius guber
nationis. Eodẽ modo de aliis ſpẽbus rerũ pu. & ſi qd exultet allatũq; ſit ĩ ciuitate. ꝑ par
tes obſeruandũ eſt ꝓpter eaſdẽ cãs. Cuius remediũ eſt ſemp cõtrariis partibus magiſtra
tus & res agendas cõmittere. Cõtrarias ꝑtes uoco ceu ꝓſtantes uiros multitudini: & di-
uites pauperibus: conandũq; eſt uel admiſcere paupes cum diuitibus: uel medios auge
re: hii. n. diſſoluent ſeditiones ob imparitatẽ ꝓcedentes. Maximũ uero illud eſt in oĩ re
pu. & legibus & cætera oĩ diligentia conſtituendũ ne ex magiſtratibus lucra ꝓueniant:
id aũt maxime in paucoꝝ gubernatione eſt obſeruandũ: leuius enim ferunt populi qui
ab repu. excludunt᷑: quinimo gaudent ꝙ ſua agere nõ impediunt᷑. At ſi exiſtiment eos
q magiſtratus gerũt ex rep. ditari duplicẽ capiũt moleſtiam & qđ ab honore excludũt᷑
& qđ a lucro. Vnice uero & recipit ſimul exiſtere popularẽ ſtatũ & optimatũ ſi ita qs
inſtituat: foret. n. ut & nobiles & plebei haberent q̄ utriq; uellent: licere enim oĩbus rem
pu. gerere populare eſt: magiſtratus uero a nobilibus teneri optimatũ. hoc aũt accidit
qñ ex magiſtratibus non ꝓueniẽt lucra: paupes. n. magiſtratus non uolẽt ſi nil inſit lu
cri: ſed potius ſuis rebus ꝓpriis intendere: diuites aũt qa non indigent ex re pu. lucrari
magiſtratus gerẽt: atq; ita continget egenis quidẽ ditari ob operam reb9 ſuis impẽſam:
nobilibus uero non ſubiici cuicũq;. Adhoc aũt ut nõ ſubripiant᷑ pecũiæ publicæ editio
fiat a ciuibus omnibus pecuniarum ſuarum & deſcriptæ per ſocietates & ordines: & tri
bus deponant᷑. Quod uero magiſtratus ſint abſq; lucro ſtatuendi per legem ſunt ho-
nores his qui optime ſe geſſerint. Oportet aũt ĩ populari ſtatu diuitibus parcere: ac nõ
modo poſſeſſiones eoꝝ non auferre ſed ne fructus quidem earum quod in quibuſdam
ciuitatibus imprudenter fit. Melius enim eſt uolẽtibus ꝓhibere: ne munera illa ſubeãt
quæ ſint magni ſumptus ac nullius utilitatis: ceu choros exhibeř & ludos & cætera hu
iuſmodi munera. In paucoꝝ uero gubernatione cura ẽ pauperũ ſuſcipiẽda diligẽter: &
officia quibus ſunt ſalaria conſtituta iſtis tradenda: & ſi quis diuitum eos contumelia
affecerit maior pœna eſt conſtituenda: q̄ ſi ipſi inter ſe idem feciſſent: & ſucceſſio in here
ditatibus per cognationẽ ſit: non ꝑ donationẽ: nec ualeat quiſq̄ plures hæreditates ca-
pere: ſed unam ſolũmodo. Per hũc. n. modũ magis æquales erunt facultates: & egeno-
rum permulti ad abũdantiam traducent᷑. Vtile eſt in populari ſtatu: & in paucorũ gu
bernatione alioꝝ: uel æqualitatem: uel ꝓſtantiam tribuere his qui minus participant re
pu. In populari quidem diuitibus. In paucorum uero gubernatione egenis exceptis ta-
men his magiſtratibus in quibus ius auctoritaſq; reipub. conſiſtit. hii. n. ſolis his q ſunt
ex repu. cõmitti debẽt. Tria uero debẽt habere illi qui principales magiſtratus ſunt ſu-
ſcepturi: primũ ut ament præſentẽ ciuitatis ſtatũ: deinde ut habeant potentiam maxi-
mã ad ea exequẽda quæ magiſtratus requirit: tertiũ ut habeãt uirtutẽ & iuſticiã in una-
quaq; repu. ad ipſam rempu. Niſi. n. iuſtũ idem ſit in cunctis rebus pu. neceſſe foret &
iuſticiæ eẽ differẽtias: Habet aũt dubitationẽ quando hæc omnia non concurrũt in eo-
dem quemadmodũ ſumere oportet: ceu ſi ſit qdã aptus ad rem militarẽ: ſit autem ille
idem improbus: nec reipu. amator: alter uero iuſtus & amator: ſed ad rem militarẽ nõ

aptus:cuius facienda ſit electio:uidet᷑ aũt inſpiciendũ eſſe ad duo:cuius magis partici
pent oẽs & cuius minus. Quapp in re militari qdem ad peritiam magis q̃ ad ꝓbitatem
eſt reſpiciendũ. Pauciores.n.ſunt rei militaris periti:plures uero ꝓbitatis:contra uero i
cuſtodia & admiuiſtratione ærarii:plus.n.probitatis requirit q̃ quantum habeant mul
ti:ſciẽtia uero cõis eſt oibus. Dubitari etiam poteſt ſi potentia abſit reipub. & amicitia
quid opus eſt uirtute:ſufficiẽt enim illa duo ad reipu.utilitatẽ. An quia fieri poteſt: ut
duo illa habentes ſint intẽperati itaq; ut ſibiipſis non obtemperant ſcientes & amantes
ſeipſos:ſic etiam erga rempub.nihil uetat ita ſe habere quoſdam. Simpliciter aũt q̃cũq;
in legibus ꝓdeſſe rebuſpu.diximus cuncta illa rẽpub.ſeruant:& qđ ſæpe iam diximus
maximũ fundamentũ eſt cuſtodire ut potentior ſit ea pars quæ rempu.ſaluam eſſe ue-
lit:q̃ illa quæ nolit:præter hæc aũt omnia latere non oportet:quod modo latet eas reſ-
pu.quæ tranſgrediunt᷑ medium. Multa enim quæ popularia uident᷑ popularem ſtatũ
diſſoluunt:multa etiã quæ paucoꝝ eſſe uident᷑:diſſoluunt gubernationem. Qui uero
exiſtimant hanc eſſe unam uirtutem trahunt ad exceſſum: ignorãtes ꝙ quẽadmodum
naſus excedit rectitudinẽ laudabilem ad aquilinũ eſſe uel ſimũ:ſed tamẽ pulchritudinẽ
ac gratiam retinet:at ſi quis magis trahat ad exceſſum primo quidem abiicit cõgruentẽ
menſuram partis:tandem uero ita diſponit᷑:ut nõ naſus appareat pp ſup excellentiã ac
defectum contrarioꝝ:eodem modo & de aliis partib9. Contingit aũt hoc & circa alias
gubernationes. Nã paucoꝝ quidem potentiã & popularem ſufficienter ſe habere con-
tingit:& ſi tranſgrediant᷑ ab optimo ſtatu:quod ſi quis intendat magis utranq; eaꝝ de
teriorẽ faciet:tãdẽ uero neq; rẽpu.eſſe. Quapp non ignorari oportet a legis conditore:
ac ciuili homine qualia popularium ſeruẽt populi ſtatum:& qualia paucorum apparẽ
tia euertant paucorum gubernationẽ:nulla.n.iſtarũ uidet᷑ ſtare poſſe abſq; opulentis
multitudine. Sed qñ adæquatio fiat facultatũ:aliã neceſſe eſt eẽ rempub. Itaq; diſſoluẽ
tes leges quæ ſunt circa excellentiam diſſoluũt reſpu. Aberrãt uero & i populari ſtatu:
& in paucoꝝ gubernatione. In populari qdẽ ductores populi:ut multitudinẽ dominã
legũ efficiant:ob id enim faciunt ſemp ciuitatẽ opulentis repugnantẽ:at oportebat cõ-
trariũ uideri ſemper dicere ꝓ opulentis. In paucoꝝ uero gubernatione: ꝓ populo eos
qui rempu.gubernant:& contra iurare q̃ nunc iurent. In quibuſdã.n. ciuitatibus nunc
iurãt:populũ odio habebo:& conſilio annitar ut male habeat. Expedit aũt ſimulare ac
fingere cõtrarium atq; ita iuramentũ cõcipere:nõ afficiã populũ iniuriis. Maximũ aũt
oium quæ dicta ſunt ad reipu.ſtabilitatẽ eſt id qđ nunc paruifaciũt oẽs.erudiri ad rei-
pu.diſciplinã. Nihil.n.ꝓſunt utiliſſimæ leges q̃ a gubernatoribus decernunt᷑ niſi mo-
ribus inſtituti & diſciplina imbuti hoies fuerint:ſi leges populares populariter:ſi pau-
coꝝ potẽtiæ ad hanc ipſam gubernationẽ. Nã ſi eſt i uno ĩtempantia:eſt ẽt in ciuitate.
Diſciplina reipu.eſt nõ ea facere ꝑ q̃ letent᷑ pauci potẽtes:aut populares: ſed ꝑ q̃ ualeãt
illi qdem paucoꝝ gubernationẽ tenere:hii uero popularem. Nũc aũt in paucoꝝ potẽ-
tia gubernatoꝝ filii delitiis affluũt. Tenuioꝝ aũt filii gymnaſiis laboribuſq; exercẽtur:
itaq; & uolũt magis & pñt res nouas moliri. In populari uero ſtatu q maxime uř eẽ po
pularis cõtra quã utile ſit/cõſtitutũ eſt:huius rei cã eſt: ꝙ male diffiniũt libertatẽ. Duo
ſunt.n.quibus popularis ſtatus diffinit᷑ ptãte ſũma populi:ac libertate. Iuſtũ ãt æquũ
uidet᷑ eſſe æquũ uero quodcũq; uideat᷑ multitudine id eſſe ſtabilitũ. Libeꝝ aũt & æquũ
qđcunq; uelit quis facere. Itaq; uiuit unuſqſq; ut uult i hmõi populari ſtatu & ad quod
gliſcit ut ait Euripides:ſed hoc eſt prauũ:non enim putãdũ eſt eẽ ſeruitutem uiuere ad
formã reipu.ſed ſalutẽ. Ex quibus igitur mutantur reſpu.& corrumpuntur:& per quæ



ſeruantur:& permanent ut ſimpliciter dicamus tot & talia ſunt. Reſtat nunc uidere
de unius gubernatione ex qbus corrũpatur:& per quæ ſeruari ualeat:fere aũt ſimilia ac
propinqua ſunt illis:quæ diximus ſupra de cæteris gubernationibus: illa q̃ circa regnũ
& circa tyrãnidem contingunt. Nã regia qdem poteſtas optimatum gubernationi re-
ſpondet. Tyrannis aũt ex paucorũ potentia illa poſtrema & ex populari componitur.
Quapropter pernitioſiſſima eſt his qui ſub ea ſunt:utpote ex duobus compoſita ma-
lis & tranſgreſſiones & delicta continens:quæ ex ambabus illis proueniũt. Exiſtitq; ge
neratio:ſtatim ex contrariis utriq; iſtaꝝ. Nam regia poteſtas ꝓ tutela præſtantiũ uiro-
rũ contra populũ reperta eſt:& fit rex ex præſtantibus per excellentiam uirtutis: uel re
rũ geſtaꝝ quæ ſint a uirtute:uel per excellentiam hmõi generis. Tyrannus uero origi-
nem habet a populo ac multitudine contra nobilitatẽ ut populus iniuriam ab illis non
patiat᷑:patet hoc ex ipſis his qui cõtigerũt. Fere enĩ tyrãni ut plurimũ facti ſunt ex du-
cibus populoꝝ/fidem adepti ab initio propter calũnias contra nobilitatem iactas. Ty
rannides igit᷑ aliæ in hũc modũ conſtitutæ ſunt ciuitatibus iam adauctis: aliæ prius ex
regibus tranſgrediẽtibus patria iura: & affectãtibus magis dñari: aliæ ex electis ad pri
cipales magiſtratus. Antiquitus enim populi conſtituebant diuturniores adminiſtra-
tiones & procurationes:aliæ ex paucorũ potentia eligentiũ unũ aliquẽ dñm ad maxi-
mos magiſtratus. Omnibus iſtis modis facultas fuit ꝑficiendi: ſi modo uoluerit ꝑ po-
tentiã ſibi præexiſtentẽ:uel ex regia poteſtate:uel ex honoribus a populo exhibitis:ceu
phidon apud argos:& alii alibi regiam ptãtem habentes tyranni ſunt facti. Circa ioniã
uero tyrãni & phalaris ex honoribus: Panætius quoq; in leõtinis:& Cypſelus corinthi:
& Piſiſtratus athenis:& Dionyſius ſyracuſis: & alii eodem modo ex fauore populorũ
apud quos multum poterant. Ut ergo diximus regia poteſtas inſtituta eſt ſecũdũ opti
matum gubernationem:eſt enim ſecundũ dignitatem uel per uirtutem propriam: uel
generis:uel per beneficia collata:uel per iſta ſimul ac potentiam. Omnes enim qui ma
xima beneficia in ciuitates genteſq; contulerunt:uel qui eam facultatem habuerunt: ut
conferre ualerent hoc honore potiti ſunt:alii bello conſeruatis populis ne i ſeruitutem
deuenirent quemadmodum Codrus. Alii a ſeruitute liberatis ut Cyrus. Alii ꝙ condi-
diſſent urbem uel ꝙ regionem acquiſiſſent quemadmodum lacedæmoniorum:& ma-
cedonum:& moloſſorum reges. Vult autem rex eſſe cuſtos:ut qui diuitias habẽt nihil
iniuſtũ patiant᷑:nec etiã populus afficiat᷑ cõtumeliis. Tyrannus aũt ut ſæpe iã diximus
ad nullã cõem reſpicit utilitatẽ niſi gratia ꝓprii cõmodi. Eſt aũt obiectum tyrãni quod
placeat:regis quod honeſtum ſit. Quãobrem & illa in quibus plus habent ſunt: tyrã-
nis qdem pecuniæ:regibus aũt honores. Et cuſtodia regi a ciuibus ſuis ẽ:tyrãno autẽ a
peregrinis. Quod uero tyrannis cõtineat illa mala q̃ ſunt & popularis gubernatiõis &
paucoꝝ potentiæ manifeſtũ eſt. Et paucoꝝ quidẽ potentia finẽ eſſe diuitias:per has.n.
ſolas neceſſe eſt permanere ut conductos retineat cuſtodes:ut ſumptus faciat in educã
do:ut populo ſuo in nulla parte confidat. Itaq; arma ciuibus ſuis adimere: ac multitu-
dinẽ populi conculcare:ac ex urbe pellere:& uacuã habitatoribus ciuitatẽ reddere. Cõ-
munia ſunt paucoꝝ potentiæ & tyrannidis. Ex populari aũt uexare nobilitatem:clam
euertere:& ptem i exiliũ pellere/tanq̃ aduerſarios & machinatores cõtra potẽtiã ſuam.
Ex his.n.& conſilia aduerſus eos iniri contingit:aliis dominationẽ affectantibus: aliis
ſeruitutem fugientibus. Unde Periandri cõſilium Traſybulo datũ ſupereminẽtes ſpi-
cas decerpere tanq̃ oportunũ fuerit eminẽtiores ciuiũ de medio tollere. Ut igitur fe-
re dictũ eſt eadem pricipia mutationũ ſunt exiſtimanda:& in rebus pu.& in unius gu-

bernatione. Per contumeliam.n.& per metum & per contēptū inſurgūt pleriq; ſubie-
ctoꝝ aduerſus dominantes. Iniuriæ uero maxime ꝑ cōtumeliā nōnunq̄ & per ablatio-
nem reꝝ fiūt. Sunt aūt & fines ibi tales quales ſunt circa tyrānides & regna. Opes.n.&
honores q in tyrānis regibuſq; conſpiciunt affectant oēs. Inſurgit aūt qnq; in corpus
dominantis: qnq; in ipſam dn̄atione. Quando.n.per contumeliam adducuntur homi
nes ad inſurgendū: impetus fit in corpus. Cūq; ſint contumeliæ partes plures unaqq;
illaꝝ concitat ad irā. Iraſcentiū uero plurimi ultionis cauſa impetum faciunt: nō cauſa
potētiæ: quale fuit illud filioꝝ Piſiſtrati. Ob contumeliā.n. ſorori Harmodii illatā: &
ipm Harmodium cōpellatū: impetus in eos factus eſt: ab Harmodio qdem ꝓpter ſo-
rorē: ab Ariſtogitone aūt ꝓpter Harmodium. Aduerſus Periandrū quoq; Ambraciæ
tyrānū inſidiæ factæ ſunt ex eo qa in potu quem amabat puerū interrogauit an adhuc
ex ſe ꝓgnans eſſet. Philippus uero a Pauſania occiſus eſt: quia nō ulciſcebat contumeliā
ſibi factā ab Attalo. Et Amintas paruus a Derda qa iactare ſe in illis ætatem. Et Eunu
chus ab Eugoracyprio. Quod.n.mulierē eligerat eius filiū quaſi contumelia affectus
eū necauit. Plurimæ uero inuaſiones factæ ſunt ex eo qa in corpus uerecūdiam intuliſ
ſent: qualis fuit inuaſio illa Cratei aduerſus Archelaū. Semper.n. moleſta illi fuerat cō
ſuetudo eius: itaq; ꝓua ēt occaſio ſufficiens fuit: uel quia filiaꝝ nullam ſibi dederat cū ſe
datuꝝ ꝓmiſiſſet. Sed primā occupatus bello aduerſus ſyrrhan arabæū tradidit regi Ele
uiæ. Alterā uero filiam minorē natu filio Amentæ coniugauit. Exiſtimās per hūc mo-
dū minime ſibi fore aduerſatuꝝ ex Cleopatra genitū: ſed indignationis principiū exti-
tit qd grauiter ferebat ſe ad libidinis gratiam haberi. Fuit una cū illo ad rem patrādam
Hellanocrates Lariſtæus ob eandē cām. Quod.n.abuſus ætate illius non ut ꝓmiſerat
deducebat ob cōtumeliā id fieri ratus eſt: nō ob amorē: Parō uero & Heraclides Aenii
Cotym peremerūt patri mactantes. Adamas uero a Coto rebellauit quaſi contumelia
affectus qd ab eo in pueritia exectus eſſet. Multi ēt ob uerberatū corpus uel interfece-
rūt ira ꝓciti uel impetū fecerunt quaſi contumelia affecti: & cōtra hoīes in ꝑtāte conſti
tutos: & cōtra reges: ut Megacles apud Mitylenen magiſtratus circūeuntes & clauis
pulſantes cū amicis aggreſſus interfecit. Et poſtea Smerdes uerberibus ceſus & a mu-
liere tractus Pēthilon interimit. Archelai uero necis pṙiceps fuit Deamnichus. Is enim
primus cæteros aggreſſores cōmouit & irritauit. Cā uero fuit iraꝝ ꝙ illi Archelaus Eu
ripidi poetæ uerberādū tradidiſſet. Erat uero infenſus illi Euripides ob maledictū ī ip-
ſius inſuauitatē oris iactatū. Et alii cōplures tali de cauſa uel interfecti ſunt uel in ꝑicu-
lum inſidiarum uenerunt. Similiter quoq; ꝓpter metū. hæc.n.una ex cauſis eſt: ut in re
pub. ſic etiam in unius gubernatione. Ceu Xerſem Artapanes metuens calūniā de Da
rio ꝙ eum eleuaſſet Xerſe non iubēte: ſed putans illi ueniam eē datam propter cœnam
quaſi ab ignoſcēte: aliæ uero propter contēptū ut uidens qdam Sardanapalū regem ī-
ter mulieres penſa diuidētem ſi modo hæc fabula uera fuit. Et ſi non in illo: attamē hoc
in alio ueꝝ eſſet. Et Dionyſium poſteriorem Dion inuaſit ꝙ eum contēnebat. Conſpi-
ciens ipſum Dionyſiū ſemꝑ ebrium: & ciues ſyracuſanos ita ſe habere. Amicorum etiā
qdam inſurgūt ꝓpter contēptum. Ob fidē enim eis adhibitam ſpernūt tanq̄ facultatē
habētes clam moliendi: & putantes ſe dominationē obtinere ꝓſſe quodāmodo ꝑ con
tēptum inuadunt. Tanq̄.n. potentes & cōtēnentes periculū propter ſuā potentiā faci-
liter inſurgūt: ut duces quidā exercituum aduerſus principes ſuos queādmodū Cyrus
cōtra Aſtyagē: cuius & uitā & potentiā cōtēnebat cernēs: & copias eius iam cōſenuiſſe:
& ipſum in delitiis uitam agere. Et Seuthis thrax cū eſſet dux exercitus amadoci. Qui





dam uero hmōi plurium gratia inſurgunt: ceu ꝓpter contemptum & ꝓpter lucrū ue-
lut contra Ariobarzanē mithridates. Maxime uero ꝓpter hanc cām inſurgunt hii qui
ſunt natura ſuperbi: & honorem habent ex rebus bellicis apud dominantes: & princi-
pes: fortitudo enim potentiā habens ſuperbia eſt: per quas ambas quaſi faciliter ſupera
turi eos aggrediunt. Eoꝝ uero qui ob honoris cupiditatem inſurgunt alius modus
eſt cauſæ ultra iam dictos. Nō enim ut qdam tyrannos inuadunt ſpe magnoꝝ cōmo-
dorum magnorūq; honorū quos in illis cernunt inducti: ſic & qui ob honoris cupidi-
tatem eos aggrediunt. Sed illi qdem ut ea ſibi arripiant quæ in tyrannis admirantur.
Hii aūt ut ex re geſta memorabili atq; ægregia famā ac celebritatem noīs cōſequantur:
nō dominationem acquirere uolentes ſed gloriam. Sunt tn̄ perpauci qui ob hanc cām
moueantur. Cōſtituendum eſt enim ſibi uiuendum nō eſſe niſi rem cōfecerint. Quibus
adeſſe oportet dinois ꝓpoſitū nō facile quidem fieri in multis. Ille enim cum paucis mi
litibus cōtra Dionyſium ꝓfectus ait quantūcunq; progredi poſſet ſatis id ſibi foret ut
ſi uel parum terræ illius inuaſiſſet pulchrum iā ſibi mori exiſtimaret. Corrumpunt au
tem tyrannides uno quidē modo ut unaquæq; aliarū rerum pu. ab extra ſi aliqua ſit cō
traria res pub. robuſtior. Nā uoluntas quidē aderit ꝓpter cōtrarietatē electionis. Quæ
aūt uolunt oēs efficiunt modo poſſint. Contrariæ uero ſunt gubernatiōes: populus q-
dem tyrannū ſm Heſiodum: ut figulo figulis: nā gubernatio populi illa poſtrema ty
rannis eſt. Regia uero poteſtas & optimatū gubernatio ꝓpter cōtrarietatem gubernā
di. Quapropter lacedæmonii multas euerterūt tyrānides: & ſyracuſani per id tempus
quo res pu. eoꝝ recte gubernabatur. Alio aūt modo corrumpunt cum ī ſeipſis ſeditio-
nem habent queādmodū circa Gelonem factum eſt & nunc circa Dionyſium. Gelōis
enim filium Thraſibulus Hieronis frater per illecebras & uoluptates traducebat: ut ip
ſe dominaretur. Domeſtici uero ac neceſſarii per factionem repugnabant: ut nō tyran
nis omnino diſſolueretur: ſed thraſibulus. Verum alii inter hæc cōſpirantes eam occa-
ſionem nacti ipſos oīs pepulerunt. Dionyſium autem Dion contra eum copiis ductis
cum eſſet affinis ſuſcepto populo illum pepulit: ipſe uero interfectus ē. Cūq; duæ ſint
cauſæ ꝓpter quas maxime cōtra tyrannos inſurgunt: odium ſcilicet & contēptus. Odi
um quidē exiſtat oportet in tyrānos: ex contemptu autem plurimæ fiunt euerſiones.
Huius uero ſignum fuerit ꝙ pleriq; eoꝝ qui dominationes adepti ſunt: eas uſq; ad ex-
tremum conſeruauerūt. Sed qui ab illis ſuſceperūt confeſtim ut ita dixerim perierunt
omnes. In uoluptatibus enim uiuentes efficiuntur facile contēnendi ac mulras præbēt
occaſiones opprimendi ſui. Particulā uero quādam odii debemus iram exiſtimare: nā
quodāmodo earundem rerū cā exiſtit: & eſt interdum ita efficacior q̄ odium uehemen
tius.n.inſurgunt quia perturbatio illa non utitur ratione. Maxime uero cōtingit ut ira
deferantur qui contumelia fuerint affecti. Per quam quidem cām & piſiſtratidarum de
lata eſt tyrānis & multæ aliarum. Sed odium magis. Nā ira cum dolore fit: quare non
facile rōne utitur. Odium uero ſine dolore: ut aūt ſūmatim dicamus quocunq; cās di-
ximus paucorum potentiæ illius poſtremæ & nimiæ ac popularis gubernatiōis extre-
mæ totidem: & tyrānis cās eſſe ponendum eſt. Nam & heæ ſunt tyrānides quædam.
Regnum aūt ab his quæ extra ſunt minime corrumpitur: quapropter & diuturnius ē.
ex ſe aūt ipſo ut plurimum euerti contingit. Corrumpitur autem duobus modis. Vno
modo ſi ſeditio oriatur īter eos qui participes ſunt regni. Alio modo ſi tyrānice guber-
nare pergāt uolentes eſſe domini plurium & contra legem: non fiunt: nec amplius re-
gna: ſed ſiqua fiunt monarchiæ & tyrannides magis ſunt: ob id quia regnum ſpōtanea

gubernatio eſt:ac maioꝝ domina. At plurimi pares ſunt neq; uſq; adeo præcellẽtes ut ad magnitudinem diuinitatẽq; huius gradus ſe poſſint attollere. Atq; ex eo fit:ut ſponte illi non pareatᷣ ꝙ ſi deceptione quis aut ui dominetᷣ:iam apparet hanc eſſe tyrannidem. In regnis aũt illis in quibus ſuccedítᷣ per genus ponendũ eſt corruptionis eẽ cauſam:ultra illas quæ ſupra ſunt dictæ:ꝙ plerunq; contẽnendi hoĩes ſuccedũt in regnũ: & ꝙ cum nõ habeant potentiã tyrannicam ſed regiam ſuperbiunt. Eſt enim facilis deiectio regis:ſi.n.nolint ſtatim nõ erit rex. At ẽt tyrannus etiam nolentium eſt. corrumpuntur ergo gubernatione unius per has & hmõi cauſas. Seruãtur aũt ſimpliciter loquendo ex contrariis. Singulariter aũt loquendo per deductiõem illarũ ad mediocrem modum:quanto enim magis reſtringit poteſtas omnis tanto maiori tpe neceſſe eſt eã durare. Nam & ipſi qui regunt minus ſuperbiunt:magiſq; moderati fiunt & illi qui reguntur inuident minus. Propter hoc enim & apud moloſſos longo tpe durauerunt reges:& apud lacedæmõios ꝙ ab initio ſtatim in duas partes diuiſa fuerit regia poteſtas: & poſtea Theopõpus & alii ad mediocritatem magis illam deducẽs ephoros ſuperaddidit:poteſtate quidem minuẽs:ſed tpe augens regiam auctoritatem : ut facerent eam quodãmodo nõ minorem ſed maiorem:ut ad uxorem reſpondiſſe ferunt dicentem an non erubeſceret ꝙ filiis minorem poteſtatẽ regiam derelinqueret q̃ a parẽtibus ipſe accepiſſet:non profecto inquit:nã relinquo eis multo durabiliorem. Tyrãnides uero ſeruantur duobus modis inter ſe cõtrariiſſimis. Quorum alter eſt is quem per ſucceſſionem traditũ plurimi tyrannoꝝ obſeruant. Horum aũt multa conſtituiſſe ferunt Periãdrum corinthiũ. Multa etiam ex gubernatione perſarũ eſt aſſumere. Sunt aũt hæc illa pernitioſa quæ ſupra retulimus omni conatu a tyrannis fieri quo dominationem retineant:ueluti potentiores decerpere:& ſapientes perimere:& neq; cõmeſſationes ꝑmittere:neq; ſodalitates:neq; diſciplinã:neq; aliud quicq̃ tale:ſed omnia cauere:unde conſueuerint oriri inter ciues intelligentia & fides. Et neq; ſcholas: neq; conuentus aliquos ſcholaſticos fieri concedere:& omnia facere ex quibus ciues inter ſe q̃ maxime incogniti ſint. Cognitio enim fidem generat inter ipſos:& ſatellites eius apparere ſemper ac uerſari foris:quo minus latere poſſit quid quiſq; agat. aſſueſcantq; animum ſubmittere per ſeruitutem continuam:& alia quæcunq; talia perſica & barbara tyrannidis ſunt. Cuncta enim ualent. Et ne lateant conari quæcunq; quis dixerit aut fecerit:ſed eſſe exploratores:quemadmodum ſyracuſis hii qui deductores nuncupabãtur & auricularii quos ſubmittebat hieron ubicunq; foret congregatio aliqua uel cõuerſatio. Minus enim audent:qui talia formidant:& ſi audent minus latere pñt:calumniari quoq; inuicẽ & collidere amicos cũ amicis:& plebẽ cũ nobilitate:& diuites ĩter ſeipſos:& ſubditos ad paupertatẽ redigerat:ut neq; ſumptus fiat in cuſtodia:& illi quotidianis moleſtiis occupati uacare non pñt ad conſilia cõtra tyrannos ineũda. Exemplum huius aũt pyramides ægypti:& donaria cypſelidarũ & olympi ædificatio a piſiſtratidis facta : & polycratis opera circa ſamũ. Hæc.n.oĩa fuerunt inſtituta ad ociũ & quietẽ populoꝝ tollendã: & ad inducendã paupertatẽ per tributoꝝ penſionẽ:ut ẽt ſyracuſis factũ eſt. Dionyſio.n. eã ciuitatem tenente cõtigit ſyracuſanos in quinq; annoꝝ tpe cũctas facultates ſuas in ſoluendis tributis conſumpſiſſe. Studet ẽt bellum cõcitare tyrannus ut negociis occupentᷣ ciues:& indigentia ducis cõtinuo detineantᷣ:& regnũ quidem per amicos ſeruatur. Tyranni aũt eſt maxime amicis diffidere quaſi uelint oĩs:poſſint aũt maxime amici eũ ſubuertere. Et quæ fiunt circa ultimã popularem gubernationẽ tyrannica ſũt oĩa: ut potentia mulierũ domi quo reuelent uiroꝝ ſecreta:& manumiſſio ſeruoꝝ eadem de



cã. Non enim inſidiantᷣ ſerui & mulieres tyrãno:& ſi proſpere degant neceſſe eſt beniuolos fore:& erga tyrannidem/& erga popularem ſtatũ:nam & populus dominus eẽ uult. Ex quo fit ut adulatores apud utroſq; in honore habeantᷣ. Eſt.n.qui populum colit & ducit populi adulator. Tyrannorũ uero qui aſſentando conuerſatᷣ quod eſt opus adulatoris. Nam propter hoc prauos amicos habent tyranni ꝙ adulatiõibus gaudẽt. Id aũt nemo faceret qui mentem haberet libero hoĩe dignam:ſed amãt boni uiri uel nõ adulantᷣ:& utiles praui ad praua. Clauus.n.clauo ut dictat prouerbiũ : nullo quidem honeſto nulloq; libero delectari tyrannicũ eſt:Se.n.ſolum eſſe talem putat tyrannus. Qui aũt ſubditoꝝ uel honeſti ſtudent uel libertati minuere excellentiam & præminẽtiam tyranni uidentᷣ. Oderunt ergo illos tyrãni tanq̃ euerſores poteſtatis ſuæ. Peregrinos ẽt in conuiuia & familiarẽ uſum magis recipere q̃ ciues tyrannoꝝ eſt:quaſi illos quidem habeãt hoſtes:hos uero nõ aduerſantes. Hæc & hmõi a tyrannis fiunt ꝓ dominatione retinenda:nec quicq̃ omittũt prauitatis. Sunt aũt/ut ita dixerim/hæc omnia tribus ſpẽbus compræhenſa:tria enim cõiectat tyrannus. Vnum ut aĩos ĩminuat ciuiũ: nemo enĩ parui aĩ contra tyrãnum inſurgit. Secũdũ ut ciues inter ſe diffidẽtes reddat: non euertitᷣ enim tyrannus:niſi ciuiũ aliqui inter ſe fidem habeant:iccirco & bonos uiros perſequitᷣ quaſi peſtiferos & aduerſarios dominationi ſuæ:nõ ſolum quia nõ acquieſcunt in ſeruitute uiuere:uerumetiã quia fides eis & inter ſe:& ab aliis plurima adhibetur:neq; accuſant alios:neq; ipſi inter ſe accuſantᷣ. Tertium impotentiam agẽdi: nemo enim ſibi impoſſibilia aggreditᷣ:itaq; neq; tyrannidem tollere ſi potẽtia deſit. Ad quos ergo fines referantᷣ tyrãnorum conſilia tres iſti ſunt. Ad has enim ſuppoſitiones tyrãnica redigi poſſunt uniuerſa:partim ne cõfidant inter ſe ciues:partim ut potentia eis deſit:partim ut puſillanimi efficiantᷣ : unus ergo modus quo utuntᷣ tyrãni talis eſt. Alter uero modus cõtrariam iſtis quæ dicta ſunt diligentiam facit. Eſt autẽ depræhendere ipſum ex regnoꝝ corruptione:ut enim regni modus corruptiõis unus eſt gubernationem ipſam regiã magis reducere ad tyrannicam:ita tyrannidis conſeruatio eſt ad regiam gubernationem magis eam referre:unum ſolũmodo cuſtodientẽ ut potentiã retineat per quã non mõ uolentibus:uerũetiam nolentibus dominari poſſit. Nã ſi hãc abiiciat ſimul abiicit & tyrãnũ eẽ. Sed hoc tanq̃ ſuppoſitionẽ quandã manere oportet. Cætera uero ꝑtim facere/ꝑti q̃ optime ſimulare ut regia gubernatio uideatᷣ. Primũ.n. uideri cõium cõmodoꝝ curam hr̃e:non effundentẽ largitiones tãtas:ut ciues moleſte ferãt qñ quidẽ ab illis capitᷣ operantibus ac laborantibus in ſua tenuitate. Donãt uero ſcortis & peregrinis & hyſtrionibus effuſe:rõnẽ reddent eoꝝ quæ acceperit & expẽderit quod iã factũ ẽ a quibuſdã tyrannis. Sic.n.adminiſtrans nõ tyrannus uidebitᷣ:ſed legitimus gubernator. Nec erit ei formidandũ ne qñq; ſibi deſint pecuniæ cũ ſit dominus ciuitatis:ſed diſpergentibus tyrãnis:ex ꝓpria domo:& ꝓdeſt hoc magis q̃ relinquere cõgregatos. Minus.n.cuſtodes ipſi cõtra tyrãnũ inſurgerẽt:ſunt aũt formidabiliores abſentibus tyrannis qui cuſtodiũt ciues. Nã illi quidẽ aſſunt:hii aũt remanent. Deinde reditus & impẽſas apparere oportet:tum gratia diligẽtis adminiſtrationis:tum ẽt ut ſi qñ foret opus illis uti poſſit ad belli neceſſitates oĩnoq; ſeipſum ꝑbere cuſtodem & q̃ſtorẽ: nõ ut ſuarũ pecuniarũ:ſed ut cõium & publicarũ:& uideri uelle nõ aſperũ ſed cum grauitate honeſtũ:& talẽ ut eũ nõ timeant obuii. ſed magis reuereantᷣ. Hoc autẽ non facile eũ aſſeq qui foret cõtẽnendus. Quapp opus eſt & ſi non aliarũ uirtutũ at ſaltẽ ciuilis eũ curam hr̃e:ac talẽ de ſeipſo opinionẽ afferre. Inſup nõ ſolum ip̃m uideri nulli protinus ciuiũ contumeliã facere:ſed ẽt neminem illoꝝ q circa eũ ſunt. Eodẽq; mõ ſe habere

mulieres ſuas erga cæteras mulieres. Nã & per cõtumelias mulierũ permultæ iã tyran
nides perierunt: & circa uoluptates corporis contrariũ facere quã nunc faciãt quidam
tyranni. Non ſolũ.n.ſtatim ab aurora id agunt cõueniãtq; per dies plures: uerũetiam
apparere uolunt aliis qđ ita faciant: ut tanq̃ fœlices beatoſq; admirent̃. Sed in talibus
maxima erit moderatio adhibenda uel ſaltem uideri illa fugere. Non.n.faciliter inuadi
põt: nec faciliter contẽni qui ſobrius ſit: ſed qui ebrius: neq; qui uigilet: ſed qui dormiat.
Contrariũq; agendũ eſt ſupradictoꝝ fere oĩum. Corroborãda.n.& ornanda ciuitas eſt
ab eo tãq̃ a curatore ac nõ tyrãno. Videri etiã oportet ipſum erga religionem deorum
ſinguloꝝ uita illa erit optima quæ ſit actiua. Verũ tamen actiuam nõ eſt neceſſarium
eſſe ad illos / quemadmodum quidã putant: neq; eas meditationes ſolum eſſe actiuas:
quæ gratia eoꝝ fiunt quæ ex agendo ꝓueniunt: ſed multo magis quæ in ſeipſis finẽ ha
bent & ſuiipſius gratia fiunt, contemplationes & meditationes: bene agere. n. finis eſt:
quare

i. alios



quare & actio quædam. Maxime aũt proprie dicimus agere ẽt externis actionibus eos
qui intelligentia & cogitatione operibus præſunt architectos: quinimo neq; ſine actio
ne eſſe neceſſariũ eſt eas ciuitates quæ poſitæ ſint in ſolitudine & ita uiuere eligẽtes. Fie
ri enim poteſt ut partibus inter ſe agere contingat. Multæ enim cõmunicationes adin-
uicem ſunt partibus ciuitatis. Similiter aũt hoc exiſtit unicuiq; homini. Vix enim deus
bñ ſe haberet & mũdus totus quibus non ſunt actiones externæ præter proprias ipoꝝ.
Quod igit̃ neceſſariũ ſit eandẽ eſſe uitã optimã priuatim unicuiq; hoĩum & publice ci
uitatibus & hoĩbus manifeſtũ eſt. Cũ uero iſta nũc præmiſſa ſint ac de aliis rebus pub.
fuerit prius a nobis conſideratũ. De reliquis dicendi initiũ faciamus quales aliq̃s ſup
poſitiones eſſe oportet pro ea ciuitate quæ maxime ſm uotum ſit conſtitutionẽ ſuſce-
ptura. Neq; enim fieri poteſt ut optima ſit reſp. niſi oportune aſſint facultates ex quo
neceſſe eſt multã præſupponere quaſi optantes eſſe: tñ nullum eoꝝ impoſſibile. Dico
aũt ceu de multitudine ciuiũ ac de regione. Vt. n. cæteris artificibus puta textori & na-
uiculario materiã ſubeſſe oportet aptã ad opificium. nã quanto melior hæc exiſtit tan-
to id quod fit ex arte erit præclarius: ſic & gubernatori reipu. & legum poſitori oportet
propriã ſubeſſe materiam apte ſe hñtem. Eſt aũt ciuilis facultatis primo uidere de mul
titudine hoĩum q̃ multos & quales natura eſſe oportet. De regiõe quoq; eodẽ modo &
quãta & qualis eſſe debet: putãt pleriq; magnã eſſe debere beatã ciuitatem. Id & ſi uerũ
eſt ignorare tñ uidet̃ qualis magna: & qualis parua dicenda ſit ciuitas: exiſtimãt. n. ma
gnam ex numero habitãtium: ſed oportet non tm̃ ad numerũ / ſed magis ad potẽtiã re-
ſpicere. Eſt enim ciuitatis opus quoddã. Quare quæ maxime id efficere põt hanc exiſti
mandam eſt eſſe maximam ciuitatem: ceu Hippocratem non hominem ſed medicum
quis diceret eſſe maiorem q̃ alium qui magnitudine corporis eum excedat. Quinimo
ſi ex multitudine iudicandum ſit non ex quauis multitudine id eſt exiſtimandum. ne-
ceſſe eſt enim forſan in ciuitatibus eſſe ſeruorum & inquilinorum & hoſpitum grãdem
numerum. Sed ex his qui ſunt pars ciuitatis & ex quibus ciuitas conſtat: horum enim
præcellens multitudo ſignum eſt magnæ ciuitatis. Ex qua uero ciuitate operarii quidẽ
permulta exeunt: bellatores autem pauci: hanc impoſſibile eſt eſſe magnam. nõ enim
idem eſt magna ciuitas & populoſa. Quin etiam re & effectu patet / quia difficile eſt &
forſan impoſſibile ut quæ nimium populoſa ſit ciuitas optime gubernetur. Earum cer
te quæ bene gubernari dicuntur nullam uidemus in populoſam multitudinẽ eſſe diffu
ſam. Patet etiam ex rationum fide: nam lex ordinatio quædã eſt / & bonã legis poſitio-
nem neceſſarium eſt eſſe bonam ordinationem. Diuinæ enim potentiæ id opus eſſet q̃
ex hoc totum continet: cum & bonum quidem in multitudine ac magnitudine cõſue-
uit fieri. Quapropter & ciuitatem illam cuius cum magnitudine dictus terminus exi-
ſtit optimam eſſe neceſſe eſt. Sed eſt quædam menſura magnitudinis ciuitati quemad
modum & aliorum omniũ animalium plantarũ inſtrumentorum. nam horum ſingu
la neq; parua nimium neq; magnitudine exceſſiua ſuã potentiã retinebunt. Sed aut de
ſtituta erunt omnino a natura: uel male ſe habebunt. Ceu nauis unius palmi nõ erit pe
nitus nauis neq; duorum ſtadiorum: ſed ſi proceſſerit ad aliquam magnitudinẽ / quãdo
q; propter paruitatem male faciet nauigationem / quandoq; propter exceſſum: ita & ci
uitas ſi ex nimium paucis ſit non eſt per ſe ſufficiens: ſin ex nimiũ multis ſufficiens qdẽ
in neceſſariis erit ut gens ſed nõ ut ciuitas. Rempubli. enim non facile eſt in illis conſti-
tui: nam quis dux eſſet tã exceſſiuæ multitudinis: aut qs præco nõ ſtertorius. Quocir-
ca neceſſe eſt primã ciuitatẽ illã quæ ex ea multitudine cõſtat: q̃ multitudo prima per ſe

ipſam ſufficiēs ſit ad bñ uiuēdū in ciuili ſocietate. Recipit̄ uero ut ea q̄ multitudinē hāc
excedit ſit maior ciuitas ſed hoc nō eſt ut diximus infinitū. Quæ uero ſit huius exceſſus
determinatio ex opibus intelligi faciliter pōt: ſunt enim actus ciuitatis imperātiū atq; p
entiū. Imparātis quidē opus eſt iubere ac iudicare. Ad iudicandū uero ſm iuſticiam &
ad magiſtratus demandandos ſm dignitatem neceſſariū eſt ut ſeinuicem cognoſcant
ciues quales ſint. Quare ubi hoc nō fieri contingit neceſſe eſt ut male res procedant cir
ca magiſtratus demandandos & circa iudicia. In utroq; certe horum nequaq̄ eſt temere
procedendū quod in nimia multitudine manifeſte contingit. Inſup hoſpitibus & inq-
linis facile eſt ad rempu. reperire cū non difficile ſit in tanta hominū multitudine late-
re. Patet igit̄ ꝙ eſt optima determinatio ciuitatis ne ſit maximus multitudinis exceſſus
q̄ ſit per ſe ſufficiens ad uiuendum: & facile inter ſe cognoſci poſſit. De magnitudine er
go ciuitatis determinatū ſit in hūc modū. De regione aūt eadē fere dici poteſt: nam
qualis eſſe debeat clarum eſt quod ſufficientiſſime oīs laudabūt. Talē autem neceſſe eſt
feracē eſſe oīum. Nā oīa in ſeipſa habere & nullius indigere ſufficiētis eſt. Multitudinē
uero ac magnitudinē tātā ut quæat habitatores ocioſos nutrire: liberaliter ſimul tēpe-
rateq; uiuētes: hoc aūt utrū bene uel nō bene dicat̄ poſtea diligētius erit conſiderandū:
ubi de poſſeſſionibus & facultatibus mentionē fieri cōtinget qualiter & quemadmodū
ſe habere erga uſum ipſum oportet. Permultæ enim circa cōſiderationem iſtam dubita
tiones cadunt ꝓpter trahentes in utranq; ptē uitæ exceſſum: alios ad tenuitatem: alios
ad largitatē. Formā uero regionis nō eſt difficile perſcribere: credēdūq; eſt in qbuſdam
rei militaris peritis aſſerentibus talem eſſe oportere ut ab hoſtibus quidem non facile
inuadi poſſit: ciuibus autem facilis ſit in aliena egreſſio. Præterea ut hoīum multitudi-
nē facile inter ſe cognoſci poſſe diximus oportere. Sic etiam regio ſit ſubiecta cōſpectui
id eſt ut cognoſci & ſuccurri faciliter poſſit. Vrbis autem ſitus ſi formāda nobis illa eſt
ſm uotum oportune. Et ad terrā & ad mare debet iacere. Vna iā determinatio præmiſ
ſa eſt: oportere ad auxilia ferenda cōmunem eē locorū omnium unde quoq; auferēda.
Altera ad importationem fructuum. Præterea ad lignorum materiem & ſiquid aliud
ſimile opificiū regio in ſe habeat facilem aduectionē. Cōmunio autem maris utrum uti
lis ſit ciuitatibus uel damnoſa permultæ ſunt diſceptationes. Nam & frequentare adue
nas quoſdam alienis educatos legibus inutile putāt ad rectam ciuitatis diſciplinam: &
turbam popularē multiplicare enim ex uſu maris tranſmittentibus ac recipientibus ne
gociatoꝝ multitudinē contrarium eſſe dicunt recte ciuium inſtitutioni. Quod igitur
ſi iſta non contingāt melius ſit & ad ſecuritatem & ad copiam rerum neceſſariarū com
munionem maris habere urbem & regionem non eſt obſcurum. nam ad facilius feren-
dū hoſtes peroportuna facultas ſuccurrendi auxiliandiq; ſuis terra & mari eſſe debet: &
ad nocēdum inuadentibus ſi non utrinq; poſſibile. At altera ex parte magis exiſtit am
barum participantibus & quæ apud eos non exiſtunt importari: & quæ ſuperabūdant
deportari ex neceſſariis eſt. Sibi enim ipſi increpabilem nō aliis ciuitatem eſſe oportet.
Qui autem omnibus mercatū apud ſe præbent hii faciunt quæſtus cupiditate. Quod
ſi non expedit ciuitati hanc cupiditatem habere: neq; mercatum certe huiuſmodi debet
recipere. nam & nunc quidem uidemus multis regionibus & ciuitatibus ſtatiōes ac por
tus oportune iacere: ut neq; intra urbem ſint: neq; ualde diſtantes. Muriſq; circundari
& aliis huiuſcemodi munitionibus: clarum eſt ꝙ ſi quid boni ꝓueniet ex tali cōmunio-
ne: ciuitas id bonū ſuſcipiet: ſin aliquid mali caueri ab eo facile erit per leges iubentes ac
determinātes quos oportet & quos non oporteat inuicem admiſceri. De nauali autem



potentia ꝙ melius ſit eam habere uſq; ad aliquam utilitatem manifeſtū eſt: non ſolum
enim ſibiipſis ſed & finitimis quibuſdam oportet & auxiliari poſſe: & eſſe terrori quem
admodum terra: ſic etiam mari. Magnitudo autem ac multitudo huius potētie ad mo
res ciuitatis erit accomodāda. Nam ſi ea fuerit ciuitas quæ magnam præſtātiam aucto
ritatemq; habere cōſueuerit neceſſarium erit hanc potētiā rebus eſſe conformē. Turbā
uero nauticam & huiuſmodi hominū multitudinē nō neceſſariū ē ciuitatibus exiſtere.
Nulla enim ciuitatis pars huiuſmodi hoīes eſſe debēt. Nā pugnatores qui naues cōſcē
dunt ingenui ſunt hoīes. Terra quoq; militare cōſueti hii præſunt nauali turbæ & impe
rant. Exiſtēte uero multitudine tenuis fortunæ hoīum qui circa nos habitant: & agricu
larum qui in regione rem ruſticam exercent neceſſarium eſt abundātiam eſſe nautarū.
Videmus etiam nūc iſtud fieri in quibuſdam ciuitatibus ceu heracleote multas implēt
triremes urbē poſſidentes magis exiguam q̄ cæteri. De regione igit̄ & portubus & urbi
bus & mari & nauali potentia in hunc modū determinatum ſit. De multitudine quoq;
ciuitatis quā determinationē habere decet prius dixeramus. Nūc autem quales natu
ra ciues eſſe oportet a nobis dicetur. Forſan id uero depræhēdet quis ſi inſpiciat ad ciui-
tates græcorum quæ bene gubernari dicunt̄ & ad totum terrarum orbem ut a gētibus
uariis incolitur. Nam quæ frigidas regiones incolunt gentes & quæ per europā: animo
quidē abūdant: ingenii uero & artificii parū habent. Quapropter in libertate magis p-
ſeuerant. Diſciplinā uero reipu. difficulter recipiunt ac finitimis dominari nō poſſunt.
Quæ uero aſiam incolūt ingenio & arte abundant: ſed animoſitatem non habent: pro
pter qd̕ & parere dominātibus/ & ſeruire perſeuerant. At græcorū genus ut mediam re
gionem locorū ſortitum eſt ſic ēt amborū eſt particeps: nam & animoſum & ingenio-
ſum eſt. Ex quo fit ut in libertate degat & diſciplinam reip. optime recipiat: & uniꝰ rei-
pu. conſtitutionē ſortitum imperare oībus poſſit. Eandem quoq; drīam habent græco
rum gentes inter ſe. Quædam enim habent naturam ad unum illorum. Quædā uero
permixtæ ac temperatæ ſunt ad utrāq; illarū potētiarū. Patet igitur ꝙ oportet & intelli
gētiam & uigorem animi natura exiſtere illis qui futuri ſint idonei quos legum poſitor
ad uirtutem inſtituat: nam quod cuſtodibus aiunt quidam oportere ut beniuoli ſint er
ga notos: erga ignotos uero infeſti. Vigore animi eſt q beniuolentiā facit. Illa eſt enim
potētia animæ per quā amamus ac beniuoli ſumꝰ: cuius rei ſignum eſt ꝙ magis irritat̄
animus cōtra familiares & amicos q̄ cōtra ignotos ſi contemptū ſe putet. Quapropter
archilochus recte cū amicos incuſaret ad aīum loquit̄ inquiens non tu quidē ab amicis
lanceis trāſfixus es. Quod dominat̄ & ꝙ libertatē ſeruat ab hac potētia animi exiſtit oī
bus. Dñs. n. & inuictus eſt animus: nec bene ſe hēt dicere ꝙ aduerſus ignotos debēt eē
infeſti: nam aduerſus neminem eſſe tales oportet: neq; ſunt magnanimi homines natu
ra infeſti: niſi cōtra iniuriantes: hoc autem magis contra notos familiareſq; patiuntur ſi
iniuriatos ſibi exiſtimāt: & hoc non ſine ratione cōtingit. A quibus enim deberi ſibi bñ
ficiū expectant ab eiſdem non ſolum priuari beneficio ſed inſuper ledi ſe putant. Vnde
in prouerbio dicitur fratrum contentiones & iræ ſunt acerbiſſimæ: & qui nimium amāt
hii nimium oderunt. De hominibus igit̄ qui in repu. futuri ſint & quot eſſe oportet: &
quales natura: & de regione quantam & qualem fere determinatum eſt. nō enim eadē
certitudo quærenda eſt in his quæ per rationes: & in his quæ fiunt per ſenſum. Cū ue
ro ut aliorum ſm naturam conſiſtentium non hæ ſunt partes totius conſiſtentiæ ſine
quibus totum eſſe non poteſt palam ꝙ nec ciuitatis ponendum eſt eſſe partes quæcūq;
ciuitatibus exiſtere neceſſario oportet: neq; alterius cuiuſq; cōmunionis ex qua ſit unū

aliquod genus. Vnum enim quid & cõmune eſſe debet communicãtibus: ſiue æquale/
ſiue inæquale ſuſcipiant: ceu ſi alimentũ id ſit: ſiue agri quantitas: ſiue aliud tale: ſed qñ
hoc gratia huius: hoc autem cuius gratia/nihil in his commune: ſed huic quidem face-
re huic autem accipere. Dico autem uelut organo omni ad id opus quod fit: & opifici-
bus. Domui enim ad ædificatorem nihil eſt quod fiat commune: ſed eſt domus gratia
ædificatorũ ars. Quapropter poſſeſſione quidem indiget ciuitas: nulla tamen pars ci-
uitatis eſt poſſeſſio. Multa uero animata ſunt poſſeſſiõis partes. Ciuitas autem cõmu
nio quædam eſt ſimiliũ gratia uitæ ut maxime fieri poteſt optimæ. Cum uero ſit fœlici
tas optimum ipſa aũt uirtutis operatio & uſus quidam perfectus: contingat aũt ita ut
aliqui illius recipiãt participationẽ: alii parum ut nihil: manifeſtum eſt ꝙ hæc eſt cauſa
quare ciuitatis ſpecies differẽtiæq; exiſtũt: pluresq; rerum publicarum formæ. Per aliũ
enim modũ & aliis uiis ſinguli hoc apparentes: & alios uiuẽdi modos fecerũt: & alias
reipu. diſciplinas. Conſiderandum eſt quot ſint illa ſine quibus ciuitas eſſe non poteſt.
Nam quas dicimus eſſe ciuitatis partes/eas neceſſarium eſt in iſtis ſubeſſe. Capiẽdũ eſt
igitur operũ numerus: ex his enim illud apparebit: primum igitur debent exiſtere ali-
menta. Deinde artes. Multis enim inſtrumentis indiget uita. Tertium arma: nã qui ſi
mul in cõmunione uiuunt/neceſſariũ eſt in ipſis habere arma: quibus & magiſtratibus
parere inobedientes cõpellantur: & quibus uis propulſetur externa. Præterea pecunia-
rum habendarũ facultas quædam quo illas habere poſſint: & ad proprias indigentias/
& ad bellum. Quintũ ac primum circa rem diuinam cultus quod uocant ſacrificium.
Sextũ quod eſt omnium ſũme neceſſarium iudicium pro utilitate/& iuſticia contrahẽ
tium. Hæc ſunt igiť opera qbus indiget ciuitas omnis: eſt enim ciuitas multitudo non
quæcũq;: ſed illa quæ ad uitam per ſe ſufficiens ſit: ut diximus. Si uero aliquod horum
deficiat/impoſſibile eſt ſimpliciter per ſe eſſe ſufficientẽ huiuſmodi ſocietatem. Neceſ-
ſarium eſt ergo his operibus ciuitatem cõſtare. Eſſe igitur oportet multitudinẽ agrico
larũ qui uictum conferant & artifices/& pugnatores/& locupletes/& ſacerdotes/& iu
dices: neceſſariorũ/atq; utiliũ. His determinatis: reliquum eſt cõſiderare utrũ oĩs cõ
municare debent horum omnium: fieri enim poteſt ut idem ipſi ſint & agricolæ: & arti
fices/& conſultores/& iudicantes: uel in unoquoq; opere ſupradictorum alios ponen-
dum eſt: uel quædam eſſe propria: quædam uero communia neceſſarium eſt: ſed nõ in
omni re pu. hoc ut diximus contingit. Nam fieri poteſt ut omnes participent oĩum: &
non omnes omnium ſed quidam quorundam: hæc enim faciunt rerum pu. uarietatẽ.
Nã in populari quidem participant omnis omnium. In paucorum autem potentia cõ
trarium eſt. Cum autẽ conſideratio noſtra ſit de optima re pu. ea uero eſt per quam ci-
uitas eſſet maxime fœlix: fœlicitatem autem quam ſine uirtute impoſſibile eſt exiſtere
primo diximus. Manifeſtum eſt ex his ꝙ in ciuitate quæ optime gubernetur & quæ iu
ſtos habeat ciues ſimpliciter: ac non ſuppoſitionẽ neq; artifices/neq; mercatores/ciues
eſſe oportet. Vilis eſt enim hmõi uita/& uirtuti aduerſa: nec certe agricolas eſſe opor-
tet eos qui futuri ſint ciues: opus eſt enim quiete & ocio ad uirtutem cõparãdam & ad
rempu. gerendam. Cum uero hi ſuperſint qui bello intendunt: & hii qui conſultant de
utilibus: & iudicant de iuſtis/& non iuſtis: qui quidem maxime uidentur partes ciuita-
tis: utrum & hos eſſe alios ponendum ſit: uel eiſdem hominibus ambas partes tribuen
dum: claꝝ eſt & quodãmodo eiſdem: & quodãmodo aliis: qua enĩ alterius uigoris utrũ
q; opus: & alterum prudentia: alteꝝ uiribus indiget. Qua uero impoſſibiliũ eſt eos qui
afferre uim: & ꝓhibere hos poſſunt ſubiectionem pati ſemper eiſdem: qui enim armo-



rum domini ſunt/idem etiam ſunt domini ſtatus uel mutationis reip. Reſtat igitur ut
eiſdem quidem ambobus reſpub. tradatur: non ſimul quidem/ſed ut natura fert: uires
quidem in iunioribus ſunt: prudentia uero in ſenibus: ſic inter eos diſtribui cõmodum
eſt & iuſtum eſſe uidetur. Habebit enim hæc diſtributio id quod eſt ſecundum dignita
tem. Atq poſſeſſiones quoq; circa hos eſſe oportet. Neceſſe eſt enim facultates adeſſe ci
uibus: hi autem ſunt ciues: nam turba quædam urbana uilium miniſtrorum nulla pars
eſt ciuitatis: nec aliud genus quodcunq; quod nõ ſit uirtutitis effector: patet hoc ex eo
quod præmiſimus. Fœlicitas enim neceſſe eſt ut per uirtutem fiat: fœlicẽ uero dicere ci-
uitatem debemus non ad partẽ aliquam eiꝰ reſpiciẽtes/ſed ad omnes ciues. Manifeſtũ
etiam ꝙ horum eſſe poſſeſſiones oportet: ſiquidem neceſſe eſt agricolas eſſe ſeruos/uel
barbaros/uel miniſtros. Reliquũ eſt ex his qui ſuper numerati ſunt genus ſacerdotum
quoꝝ inſtitutio manifeſta eſt. Neq; enim agricola neq; artifex: neq; uilium exercitiorũ
quiſquã ſacerdos eſt deputandus: honos. n. diis eſt a ciuibus impendẽdus. Sed cum di
ſtincti ſint ciues in partes duas: hoc eſt in eos qui arma tenent/& in eos qui conſultãt:
& decens ſit diis cultum exhibere & requietem ſuſcipere eos qui ꝓ tempore in his labo-
rauerunt: ac defeſſi ſunt his utiq; eſſet ſacrorum cura demandanda. Quæ ſint igiť ſine
quibus ciuitas ſtare non poteſt: & quot ſint ciuitatis partes dictum ſit. Agricolas. n. &
artifices & omne miniſterium ciuitatibus exiſtere neceſſarium eſt. Sed partes ciuitatis
ſunt q arma tenẽt/& qui conſultant/& ſeparatum eſt unumquodq; iſtoꝝ: hoc quidem
ſemper: hoc uero ſm partem. Videtur autem non nunc/neq; paulo ante hoc notũ fuiſ
ſe his qui de repu. philoſophantur ꝙ per genera ſit ciuitas diſtinguenda. Et pugnatoꝝ
genus aliud eſſe: aliud agricolarum. Nam & in ægypto uſq; ad hoc tempus in hũc mo
dum ſe habet & in Creta: in ægypto quidem ſeſoſtri legem ferẽte: in creta uero Minoe.
Antiqua uidetur etiam cõmeſſationum inſtitutio/quod in Creta factum eſt Minoe re
gnante: ſed multo prius hoc in italia q̃ in creta conſtitutum fuit. Tradunt enim periti
homines illorum locorum fuiſſe Italum quẽdam oenotriæ regem a quo mutato nomi
ne pro œnotris itali ſunt uocitati: orãq; illam maritimam europæ quæ eſt inter ſcyllati-
cum & lamedicum ſinum. Diſtant uero hæc loca inter ſe meridiei iter. Italiæ nomẽ pri
mo cœpiſſe. Hunc ergo italum tradũt agriculturã œnotros docuiſſe cũ prius eſſent pa
ſtores uagi ac palantes. Illiſq; leges poſuiſſe & cõmeſſationes inſtituiſſe primum. Qua
propter ẽt nunc quidam illorum populorum cõmeſſationibus utũtur & legibus qbuſ
dam ab illo poſitis. Incolebant autem eam Italiæ partem quæ ad tyrrheniam uerſa eſt
opici/qui nunc auſonii nominantur. Alteram uero partem quæ ad iapygia & ioniũ par
tim incolebant chaones ſyrtim appellatam: & ipſi quoq; ab œnotris orti. Inuentio igiť
cõmeſſationum hinc primum extitit. Diuiſio aũt ciuitatis per genera apud ægyptũ in
cœpit: ſeſoſtratis enim multis tẽporibus ante fuit q̃ Minos in Creta regnaret. Et alia fe
re credẽdum eſt eodẽ modo inuẽta fuiſſe multotiens in longo tẽpore: immo uero infi-
nities: nam & quæ neceſſaria ſunt ad uſum uitæ indigẽtiã ipſam docuiſſe rationabile ẽ:
& illis repertis additamenta poſtmodum facta fuiſſe ad expolitorem utendi formam.
Quod eodem modo in cõſtitutione rerum publicarum accidiſſe credẽdum eſt. Eſſe ue
ro cuncta uetuſta ſignum eſt ꝙ ægyptii quorum antiquitas maxima putatur leges ha-
buerunt & ciuilem inſtitutionem. Quapropter utendum eſt his quæ ſufficienter tradi
ta ſunt: & quæ deficiunt reperire conandum. Quod igitur agri & poſſeſſiones eorum
eſſe debent qui arma tenẽt: quiq; partes ſunt ciuitatis dictum eſt: & qua de cauſa culto-
res illaꝝ alios eſſe oportet: & quanta & qualis debet eſſe regio. De diſtributione uero

ipſius regionis & qui & quales debent eſſe cultores dicendum eſt: quando quidem neq;
communes omnium cenſemus eſſe debere poſſeſſiones: ut quidam tradidere: ſed uſu
amicabili communes fieri: neq; deeſſe ulli ciuium alimenta. De commeſſationibus ui-
detur quoq; omnibus utile eſſe ut aſſint bene inſtitutis ciuitatibus. Quam uero ob cau
ſam nobis quoq; idem uideatur poſtea dicemus. Oportet autem ciues uniuerſos ad ea
rum communionem admitti. At non facile eſt ut qui pauperes ſint contribuere ſtatu-
tam penſionem ex proprio poſſint: & cæterarum domum gubernare. Præterea in ſacri
ficiis cultuq; deorum ſumptus communes eſſe debent totius ciuitatis. Eſt igitur neceſ-
ſarium in duas partes regionem diuidere: & aliam eſſe publicam: aliã priuatoꝝ. Vtra-
q; illarum partium rurſus diuidenda eſt. Illius nãq; partis quam publicam eſſe debere
diximus una pars deorum cultui deputanda eſt. Altera uero ad commeſſationũ impẽ
ſam. Rurſus uero priuati agri pars una ad proprias neceſſitates eſt deputanda. Altera
uero ad ciuitatem ut duabus ſortibus utrinq; diſtributis amborum locorum omnis ꝑ-
ticipes ſint. Aequum enim & iuſtum ita ſe habet & ad finitima bella cõcordatius. Vbi
enim hic modus non ſeruetur alii faciliter proſiliunt ad finitimorũ inimicitias. Alii ni-
mium illas refugiunt & contra dignitatem. Quamobrem apud quoſdam lex eſt ut qui
agros habent uicinos: hii non admittantur ad conſilium belli aduerſus illos ſuſcipien-
di/ quaſi ob priuatam ſui cauſam recte conſilium dare non ualentes. Agrorum igit᷑ per
hunc modum facienda partitio eſt ob cauſas antedictas. Cultores autem ipſi maxime
quidem ſi ſm uotum optandũ eſt ſerui eſſe debent: neq; omnes unius generis: neq; ani
mo elati: ita & ad faciendum opus utiles forent: & nihil noui ab eis metueretur. Secun
do autem loco barbari miniſtri natura ſimiles his quos ſupradiximus: horum autem ĩ
priuatis quidem agris & ipſi priuatorum dominorum ſint/ publicis uero publici. Quẽ
admodum autem ſeruis utendum ſit & quare melius eſt omnibus ſeruis præmium li-
bertatis eſſe propoſitum poſtea dicemus. Vrbs autem ꝙ terræ mariſq; particeps eſſe
debet: & ꝙ ad totam regionem ſimiliter debet eſſe communis quantum fieri poteſt di-
ctum ẽ prius. Ipſius autem ad ſeipſam optandum eſt poſitionem ſortiri ad quatuor re
ſpiciẽtes. Primum ad ſanitatem: quod eſt neceſſarium ad orientem ſolem conuerſæ ur
bes: & ad eos uentos qui inde perflant ſaluberiores ſunt. Secundo loco quæ ſunt ſm bo
ream ſitæ: hæ nanq; ſunt ad hyberna potiores. In reliquis uero ut ad ciuiles res & ad bel
licas oportunæ ſe habeat: ad bellicas quidem ut facilis ſit ciuibus in aliena egreſſio: ho-
ſtibus autem difficilis aditus: ac difficilis circundatio. Aquarum autẽ & ſtagnorũ abun
dantiam habeat maxime naturalem: ꝙ ſi naturalis deficiat ex aqua pluuia ciſternæ & la
cus qui magnam uim aquarum ſuſcipiant comparentur. Ita ut deeſſe aqua ſi quãdo ob
ſiderentur: nunq̃ poſſit. Sed cum oporteat de ſanitate habitantium curam habere: hoc
autem ſit primum in ſitu & qualitate loci. Secundum in aquarum ſalubrium uſu. In ea
quoq; re eſt diligentia merito adhibenda. Quibus enim plurimũ & frequentiſſime uti-
mur ad corpus: ea plurimum important ad ſanitatem. Aquarum autem & uentorum
potentia talem habent naturam. Quapropter in ciuitatibus quæ recte ſapiunt diſtin-
guendus eſt aquarum uſus: ſi non omnis ſunt pares: nec abundãtia ſit earum aquarũ:
ut aliæ ſeorſum aquæ ad cibum & potum: aliæ ad aliam indigentiam deputentur. Loca
autem munita non pariter cunctis ciuitatibꝰ utilia ſunt: utputa arx ad dominationem
unius uel paucorum. In populari uero uiuendi modo æqualitas loci. In optimatũ uero
gubernatione neutrum iſtorum: ſed magis loci plures ardui: priuatorum autẽ domo-
rum forma gratior & commodior ad cæteras res exiſtimatur ſm nouiorem iſtum hip-



podamium morem. Sed ad ſecuritatem tutelamq; ciuitatis utilior erat ãtiquorum ædi
ficatio: hñt enim illoꝝ ædificia inextricabiles aditus: ex quibus niſi conſueti euadere uix
pñt: & inſcrutabiles latebras ſiqua aggrederent᷑: ex quo utriuſq; horum participare de-
bent. Põt enim hoc fieri ſiquis ita diſponat ut ſolent agricolæ illos quos uocãt q̃dam ui
nearum tramites & cæterarũ urbẽ nõ facere penetrabilẽ ſed partes quaſdã & loca. Sic
enim & ad ſecuritatẽ & ad ornatum ſe bene habebit. Mœnia uero qui dicũt non oporte
re adeſſe ciuitatibus illis quæ uirtutẽ poſſideant/ nimium priſce loquunt᷑: & hoc uidẽt
per experientiã reprobatũ in his ciuitatibus quæ ſibi id ad gloriã iactabãt. Eſt. n. ad pa
res ac non multo excedentes multitudine non ſatis decorũ per mœnia ſeruari uelle: ſed
cum aliqñ contingat & fieri poſſit ut multo maior hominum multitudo & maiori uir
tute ſuperueniat ſi ſaluos eſſe oportet neq; perire/ neq; cõtumeliis affici firmiſſimã mu-
nitionẽ murorũ putandũ eſt oportuniſſimã eſſe in bello: præſertim hoc tẽpore in quo
tormenta & machinæ ad obſidiones urbiũ cum omni ſubtilitate ſunt adinuenta. Simi
le eſt enim ciuitatẽ nõ circundãdã mœnibus cenſere & regionẽ facilem ad inuadẽdum
quærere & deicere montoſa loca & priuatis domibus non circũdare parietes quaſi uiles
futuri ſint habitatores. Atqui ne id q̃dem latere oportet ꝙ qui mœnibus circundantur
eis licet in utrãq; partem uti urbibus/ & tanq̃ muros habẽtibus & tãq̃ nõ habẽtibꝰ: ſed
eis qui mœnia non hñt non licet. Si ergo per hunc modũ ſe hẽt non ſolum mœnia cir-
cundanda ſunt ubi: uerumetiã curandũ ut & ad ornatũ ciuitatis ſe habeãt decenter: &
ad bellicas oportunitate: tum alias: tum ad illas quæ nũc repertæ ſunt: ut enim aggreſ-
ſionibus cura eſt quibus modis uincãt: ita quædã iam reperta ſunt: quædã inueſtigare
atq; philoſophari oportet eos qui defendũt. Principio enim nõ aggrediunt᷑ eos q̃ bene
ſe præparauerũt expugnare: cum uero multitudo ciuiũ in cõmeſſationes diſtributa eẽ
debeat. Mœnia uero ſint præſidiis q̃buſdam & turribus per oportuna loca interpoſitis
muniẽda: clarũ eſt ꝙ res exigit aliquas cõmeſſationũ in illis ipſis præſidiis collocari: &
hæc q̃dẽ per hunc utiq; modũ uident᷑ conſtituẽda. Aedes uero deoꝝ ac principaliſſime
magiſtratuũ cõmeſſationes idoneũ locũ habere debent: & eundẽ ſacra quotcũq; lex nõ
ſeparat aut rñſum oraculi. Eſſet aũt talis locus quiſq; ſupereminentiam hr̃et & ad eden
dã uirtutem ſufficienter & ad uicinas partes ciuitatis excellenter. Decet aũt ſub hũc lo-
cũ cõſtructionem fori eſſe talem: qualis eſt in theſſalia eius q̃d liberũ uocant id eſt q̃d
debet eſſe purum ab omni mercatu & neq; opifices: neq; agricolas neq; alios ullos ta-
les illi appropinquare/ niſi a magiſtratibus uocarent. Eſſet uero hic locus gratior ſi &
gymnaſia ſeniorum in eo ſint conſtituta. Decet enim ſm ætates diſtribui hunc ornatũ
& in iunioribus magiſtratus quoſdam uerſari. Seniores autem magiſtratibus aſſiſtere:
præſentia enim magiſtratuum ante oculos poſita gignit ueram reuerentiam liberalem
q; pudorem. Venalium autem rerum aliud forum eſſe debet & alio loco ſitum quo & a
terra & a mari facilis ſit importatio omnium. Cum uero multitudo ciuium diuiſa ſit in
ſacerdotes & magiſtratus/ decens eſt ſacerdotibus circa ædes ſacras eſſe commeſſatiões
inſtitutas. Magiſtratuum autem quicunq; de contractibus ius dicunt & qui accuſatio
nibus cognoſcunt & qui circa uocationes in ius & aliam huiuſmodi adminiſtrationem
intendunt. Et inſuper qui ædilitatis & urbanarum rerum curam gerunt iuxta forum in
loco celebri communiq; ſunt cõmeſſationes ſtatuendæ. Talis eſt locus illius fori in quo
neceſſaria uenundantur. Nam alterum illud forum ſuperiori loco ſi tamen debere eſſe
diximus ocioſum: hoc autem ad negocia rerũ neceſſariorũ deputari: hunc eũdũ ordinẽ
in regione quoq; imitandum eſſe dicimus. Sunt enim magiſtratꝰ quidã apud ruſticos

quos alii cuſtodes/alii rectores appellant:qbus & loca ad cuſtodiã regiõis & cõmeſſa-
tiones ſunt hiſdem in locis cõſtituendæ:templa quoq; per agros diſtributa eſſe debent:
partim diis partim heroibus:ſed immorari nunc circa iſta ſuperfluũ eſt/cũ ſint illa nõ
difficilia cognitu ſed magis factu. Dicere enim uoti eſt:euenire aũt fortunæ. Quapro-
pter circa talia inſiſtere ad præſens omittamus. De repu. aũt ipſa ex quibus & quali-
bus cõſtare debet ciuitas quæ beata ſit futura & recte gubernari dicendũ eſt. Duo ſunt
in quibus omnis cõmendatio bene agendi conſiſtit unum ut propoſitum ac finis agen-
di recte ſubiaceat. Aliud ut eas quæ ad illum finem ferãt actiones inueniamus. Fieri.n.
poteſt ut & concordent hæc inter ſe & diſcordent:nam quãdoq; illud ad quod intendi
tur recte iacet ſed in actionibus per quas illo potiri credimus aberratur. Quandoq; au
tem omnia ad finem diriguntur:ſed finis ipſe eſt praue poſitus. Quãdoq; ẽt in utroq;
eſt error ueluti circa medicinam. Neq; enim quale aliquid eſſe oportet ſanũ corpus re-
cte iudicat interdũ:neq; ad ſubiectũ ſibi finem opera dirigunt. Oportet aũt in artibus
& ſcientiis hæc utraq; obtineri finem & eas quæ ſunt ad finem actiones. Quod igit be-
ne uiuere ac fœlices eſſe omnis cupiunt manifeſtum eſt:ſed aliis poteſtas eſt adipiſcen-
di:aliis non propter fortunam aliquã uel naturam. Opus eſt enim adiumentis quibuſ
dam ad bene uiuẽdum:minoribus quidem illis qui melius diſpoſiti ſunt:maioribus au
tem qui peius. Alii uero ſtatim non recte quærunt fœlicitatẽ cũ poſſint:cũ autem pro-
poſitum noſtrum ſit optimã rempu. uidere. Ea uero eſt per quã ciuitas optime guber-
netur. Optime autem gubernatur ſi fœlicitatem maxime recipiat. Mãifeſtum eſt ꝙ qd
ſit fœlicitas latere non debet. Diximus autem in ethicis ſi modo illorum librorum utili
tas ulla eſt operationẽ eſſe & uſum uirtutis perfectum: & hunc nõ ex ſuppoſitione ſed
ſimpliciter. Dico autem ex ſuppoſitione quæ neceſſaria ſunt:ſimpliciter autem quod in
ſeipſo commendationem habet:ueluti circa res iuſtas iudicare:punire: ſupplicio affice
re a uirtute quidem ſunt/ſed ex neceſſitate commendationem quæ habet ex compulſio
ne. Eligibilius nãq; foret nullo tali indigere:neq; hominem neq; ciuitatem. At enim ad
honores & opes ſimpliciter ſunt optimæ actiones:nam alterum quidem illud mali ali
cuius electio eſt:hæ autem contra. Effectiones enim bonorum ſunt & generatiões:ſtu
dioſus enim uir & paupertate & morbo & aliis fortunæ aduerſitatibus laudabiliter uti
tur:uerumtamen fœlicitas in cõtrariis exiſtit:nam & hoc determinatum fuit in ethico
rum libris:ꝙ talis eſt ſtudioſus cui per uirtutem bona ſunt ſimpliciter bona. Patet autẽ
ꝙ & uſus iſtos neceſſarium eſt ſtudioſos & bonos eſſe ſimpliciter. Quapropter exiſti-
mant omnes externa bona cauſam eſſe fœlicitatis. Ceu ſiquis bene pulſandi cauſam pu
tat eſſe lyram magis q̃ artem. Neceſſariũ eſt ergo ex his quæ dicta ſunt alia ſubeſſe alia
parare legis poſitorem ex quo ſm uotum optamus cõſtitutionem ciuitatis in his quo
rum domina eſt fortuna. Dominam.n. illam poſuimus. Sed ſtudioſam eſſe ciuitatem
non eſt fortunæ opus:ſed ſcientiæ ac electionis. Atqui ſtudioſam eſſe ciuitatem ẽ ciues
illos q in re pu. uerſant eſſe ſtudioſos. Nobis autem omnes ciues participes ſunt reip.
Hoc igit conſiderandũ eſt quo mõ uir fiat ſtudioſus. Nã ſi recipiat oẽs eſſe ſtudioſos:
non aũt ſingulos ciuiũ:ſic foret optabilius:ſequit enim ad ſingulos eſſe & omnes eſſe.
Atq boni qdem & ſtudioſi fiũt propter tria. Sũt aũt hæc tria natura:mos:& ratio. Ete-
nim naſci oportet primum/ceu hominũ/& non aliud animal:& ſic quale aliquem ſm
corpus & animam. Quædam etiã naſci nulla utilitas eſt. Mores enim mutari faciunt.
nam aliqua per naturam ad utrũq; apta per mores peius uel ad melius cõuertunt. Cæ-
tera igit animalia maxime uiuunt ſm naturam:parua uero aliqua & ſm morẽ:hõ autẽ



& ſecundum rationem:ſolus enim rationem habet itaq; oportet hæc ſimul concorda-
re. Multa enim præter mores & præter naturam agunt oẽs propter rõnẽ:ſi perſuadea-
tur melius eẽ aliter agere:natura igitur quales eſſe oportet eos qui legum poſitori ſint
perituri determinatũ eſt prius. Reliquũ opus eſt iam diſciplinæ. Quædam enĩ aſſueſcẽ
do diſcuntur:quædam audiẽdo. Cum uero oĩs ſocietas ciuilis conſtet ex ĩperantibus &
parentibus hoc iam conſiderandum eſt. Vtrũ alios eſſe oportet q imperant & alios qui
parent an eoſdem:patet enĩ ꝙ & diſciplina ſecundum hanc diuiſionem ſequi debebit.
Si ergo tantũ different alteri ab aliis quantum dii & heroes ab hoibus differre putãtur
ut primo ſtatim corpore ac poſtea animo longe antecellerẽt:ac manifeſte indubitateq;
appareret eorum ſupereminẽtia. Clarum ẽ ꝙ ſemper eoſdem iſtos melius foret impera
re:alios uero parere. Sed cum facile non ſit hoc reperire: nec ſit ut apud indos ſcilax eẽ
ait reges tantum a populis differre:manifeſtum eſt ꝙ propter multas cauſas neceſſari-
um eſt ut omnis ſimiliter participes ſint uiciſſim imperandi & parẽdi. Aequũ.n. idem
ſimilibus & difficile eſt ſtare rẽpu. quæ conſtituta ſit præter iuſticiam:cũ illis.n. qui ab
impando excluderent concurrẽt omnis qui ſunt in regione ſtatum mutare cupiẽtes:&
cautã eẽ multitudinẽ in reipu. gubernatione/ut ſit potẽtior iſtis unum aliquid impoſſi
biliũ eſt. At.n. ꝙ oportet eos qui magiſtratu ſũt differre a ſubiectis indubitabile ẽ:qũo
ergo hæc futura ſint & qũo pticipẽt conſiderare debet legiſlator ut prius diximus. Na
tura.n. oſtẽdit queẽadmodũ hæc diſtinguẽda ſunt. Facit.n. eoſdẽ genere alios iuniores
alios ſeniores quorũ alteri debẽt parere gubernantibus alteri gubernare. Indignat autẽ
nemo propter ætatẽ maiori concedere. Nec putat illud cui cedit potius eſſe ſe: præſer-
tim cum & ipſe quando ad id ætatis puenerit eundẽ honorẽ ſit recepturus. Eſt ergo ut
eoſdẽ eẽ dicere qui parẽt & imperant. Eſt etiam ut diuerſos. Itaq; & diſciplinam ut ean
dẽ dicere neceſſe eſt & ut diuerſam. Qui enim imperare uelit recte oportere aiũt ipſum
prius ſub imperio fuiſſe. Imperium uero ut in primis libris dictum fuit: aut gratia im-
perantis ẽ/aut grã ſubiectorum. Horũ alter ſeruorum eẽ diximus/alterum liberorum:
mandatorũ uero quædam inter ſe differunt non in agendo ſed in cuius gratia. Quapp
multa quæ uident eſſe miniſtrorum opa & adoleſcẽtiũ liberis hoibus pulchrum ẽ mi-
niſtrare. Ad pulchrum enim & non pulchrũ non tantum differũt actiones ppter ſeip
ſas quantũ in fine & gratia cuius. Cũ uero ciuis & præſidentis eandem uirtutem eſſe
dixerimus q̃ optimi uiri:& eũdẽ prius pere debere:poſtea impare: hoc utiq; erit legũ po
ſitori intuẽdum:laborãdũq; ut boni uiri efficiant:& p q̃ exercitia:& quis finis uitæ op-
timæ. Diuiſæ aũt ſunt duæ partes animæ quarum altera rationẽ per ſe habet: altera nõ
habet quidẽ per ſe. Verumtñ rõni obtẽperare põt quarum diximus eſſe uirtutes illas p
quas uir bonus dicitur quodãmodo:ſed in utraq; iſtarum magis eſt finis. Qui ita diui-
dunt ut nos facimus his ambiguum non ẽ quomodo ſit dicendum ſemp enim deterius
melioris gratia eſt:patet hoc in his quæ ſunt ſecundum artem & de his quæ ſunt ſecun-
dum naturam. Melius autem illud quod rõnem habet diuiditurq; dupliciter ut nos cõ
ſueuimus diuidere. Eſt enĩ rõ alia actiua:alia contemplatiua: ſic ergo neceſſe eſt & hãc
partem diuidere & actiones:clarum eſt ꝙ conreſpondẽter ſe habere dicemus. Et opor-
tet eas actiones quæ ſunt meliores ſm naturam magis expetẽdas eſſe ab illis qui conſe
qui poſſunt:aut oĩa:aut illa duo. Semper.n. cuiq; id eſt maxime expetendum cuius po
tiri eſt ſummi. Diuiſa eſt autẽ uita in negocium & ocium/bellumq; & pacem: & agibili
um quædam ſunt neceſſaria & utilia/quædam honeſta:de quibus neceſſe eſt eandẽ op
tionẽ & partibus aĩæ & ipſarũ actionibus. Bellum quidem grã pacis:negociũ aũt gratia

ocii: neceſſaria & utilia gr̃a honeſtorum. Ad cuncta igitur hæc aſpicere debet qui legem
ponit: & ad partes animæ: & ad illarum actiones: magis uero ad ea quæ meliora ſunt &
finis. Eodem modo & circa uitas & reꝝ diuiſiões. Poſſe.n. oportet & in negocio uerſari
& in bello. Prefered̃a tñ eſt pax & ociũ neceſſaria & utilia poſſe agere: ꝓ̃ferenda ſunt tñ
honeſta. Itaq; ad hæc tanq̃ ad ſignũ & pueri adhuc exiſtẽtes: & aliæ ætates q̃ indigẽt di
ſciplina ſunt dirigendi. nã qui nunc græcoꝝ recte gubernari uident̃ & legũlatores q eas
reſp. inſtituere neq; ad optimũ finẽ uidẽtur aſpexiſſe neq; ad oẽs uirtutes diſciplinam &
leges direxiſſe: ſed oneroſæ declinauerunt ad illas uirtutes quæ uident̃ utiles ac plus ha
bere faciunt: ſimiliter quoq; poſteroꝝ quidam ſcriptores opinionẽ ſuam eandẽ oſtende
runt. Laudantes.n. lacedæmoniorũ rempu. admirant̃ & cõmẽdant legiſlatoris eius ꝓ
poſitum: ꝙ oĩa ad potẽtiam & ad bellũ direxerit: quæ & per rõnẽ refelli poſſunt: & ꝓ̃fe
cta ipſa nũc reprobata ſunt. Vt.n. plurimi hoĩum dñari late cupiũt qm̃ exinde multa ꝓ
ueniunt fortunæ cõmoda: ſic thibron admirari laudareq; uidet̃ lacedæmonioꝝ legũla
torẽ: & quicũq; alter de repu. illoꝝ ſcripſit ꝙ pp exercitationẽ eoꝝ ad pi̾cula multorum
dominationẽ ſic cõpararunt. Atqui patet ꝙ cum nõ habeant nũc dominationẽ lacedæ
monii nec fœlices amplius eſſent: nec legũlator eoꝝ bonus. Inſup illud ridiculũ ſi per
manentes in legibus eius nulloq; impediente illis legibus uti omiſerunt bene uiuere: nõ
recte uero ſuſcipiunt neq; de dñatione ad quã intẽdiſſe legiſlatorẽ oſtendũt. nã imperiũ
liberoꝝ melius eſt ac magis ex uirtute q̃ dominari ut ſeruis. Præterea nõ per hoc ciuitas
fœlix eſt exiſtimanda: neq; legiſlator laudandus ꝙ uincere docuerit & finitimus dñari:
hæc.n. magnum continent nocumẽtum: nã aduerſus ciues hoc aget qui poterit & ciui
tati ſuæ dominari quæret. De quo accuſant lacedæmonii pauſaniam licet in tanta digni
tate cõſtitutũ: nec ſane aliqua hmõi rõ ẽ aut lex ciuilis: neq; utilis: neq; uera: eadẽ.n. opti
ma & priuatim & publice legũlatorẽ inducere oportet in aĩos hoĩum: neq; exercitatio
reꝝ bellicaꝝ ob id eſt meditãda: ut in ſeruitutẽ adigãt imerẽtes: ſed primũ ne ipſi ſerui
re aliis cõpellãtur. Deinde ut imperiũ q̃rant gratia utilitatis ſubiectoꝝ: nõ aũt oĩum do
minationẽ. Tertio ut eis dominẽtur qui ſeruire ſunt digni. Quod aũt oporteat legiſpo
ſitorẽ ſtudere ut ꝓuiſio ſua circa res bellicas & circa aliã inſtitutionẽ ad ociũ: & ad pacẽ
referant̃: id atteſtat̃ ꝙ pleræq; taliũ ciuitatũ bellũ gerẽtes cõſeruant̃: ſed cũ dominatio
nẽ adeptæ ſunt deſtruunt̃: ſplẽdorẽ.n. ueluti ferrũ ꝑ pacẽ amittunt. Cã huius eſt legũ
poſitor qui nõ ita inſtituit ut in ocio ſtare poſſint: cũ ergo idẽ finis eẽ uideat̃ publicæ &
priuatim hoĩbus: & eũdẽ finẽ eſſe neceſſe ſit uiro optimo & optime reipu. Manifeſtũ ẽ
oportere uirtutes eas quæ ad ociũ ſpectant illi exiſtere. Finis eſt enim ut ſæpe iam dixi
mus belli pax: negocii ocium. Sunt aũt utiles ad ocium & quietẽ uirtutes quaꝝ opus ĩ
ocio eſt: & quaꝝ in negocio. Oportet autẽ multa neceſſarioꝝ nobis exiſtere ut liceat in
ocio eſſe. Quapp temperatã ciuitatem eſſe oportet ac fortem & patientẽ. nã ut eſt in ꝓ
uerbio nullum ociũ ſeruis. Qui uero nõ poſſunt fortiter pericula ſubire ſerui ſunt inua
dẽtium. Fortitudine igitur & conſtãtia opus eſt ad negociũ: philoſophia uero ad ociũ.
Temperantia autem & iuſticia in utroq; tempore: ſed magis in pace & ocio. Nam bel
lum quidem ipm̃ cogit hoĩes eẽ iuſtos ac temperatos. fortitudine autem proſpere frui
tio & ociũ cũ pace petulantes magis facit. Multa igit̃ iuſticia multaq; temperantia ĩdi
gẽt hii q optimo ſtatu cõſtituti uident̃: & in fruitiõe oĩum reꝝ quæ beatos facere putã
tur: ueluti ſiqui ſunt ut poetæ tradũt in beatoꝝ inſulis. Maxime hii philoſophia & tem
perantia & iuſticia ĩdigerent q ĩ optimo ſtatu conſtituti uidentur quanto magis ocioſi
ſunt in abundantia talium bonorum. Qua igitur de cauſa & ſtudioſa futura ciuitas his



indigeat uirtutibus manifeſtum eſt. Turpe eſt enim nõ poſſe frui bonis: ſed in negociis
quidem & bello uiros probos uideri: in ocio autẽ & pace ſeruiles. Quãobrẽ oportet nõ
quemadmodum lacedæmonioꝝ ciuitas uirtutẽ exercere. Illi.n. nõ eo ab aliis differũt ꝙ
nõ putent eadẽ maxima bona qua cæteri: ſed eo quod ꝓuenire illa exiſtimant magis per
quãdam uirtutẽ. Cum uero maiora ſint hæc bona q̃ ea quæ belli: & fruitio eoꝝ q̃ uirtu
tum: & quia illius gratia: manifeſtũ ex his. Qũo aũt & per quæ id erit utiq; cõſiderã
dum. Diximus ſupra diuidẽtes ꝙ natura & more & rõne indigemus. Ex his aũt quales
aliquos natura eẽ oportet determinauimus. Reſtat̃ uidere utrũ rõne prius an moribus
ſit eruditio facienda. Hæc enim ſimul concordare debẽt optima concordatione. Cõtin
git.n. rõnem aberrare ab optima ſuppoſitione: & ſimiles per mores duci. Claꝝ eſt hoc
primũ quidem quemadmodũ in aliis ꝙ generatio eſt a principio & finis a principio ali
quo alterius finis. Rõ aũt nobis & mens naturæ finis. Quare ad hæc generationẽ ac mo
rum inſtitutionem parare oportet. Deinde ut anima & corpus duo ſunt: ita quoq; du
as uidemus eſſe aĩæ partes: unã irrationalẽ: alterã q̃ habet rõnem. Habitus quoq; earũ
duos quorũ alter eſt appetitio alter mens: ut aũt corpus in generationẽ antecedit aĩam
ſic pars irrõnalis antecedit eã partẽ q̃ hẽt rõnem: patet id in pueris qbus ſtatim ira & uo
luntas & concupiſcẽtia exiſtit. At rõ & mens ꝓcedẽte ætate in illis fieri natæ ſunt. Qua
pp corporis curã neceſſe eſt prius ſuſcipere q̃ animi. Deinde appetitus: curam tñ appeti
tus gratia mẽtis: curã uero corporis gratia aĩ. Si ergo ab initio ꝓuidẽdũ ẽ a legiſpoſito
re ut optima ſint corpora eoꝝ qui educant̃. Primo quidẽ circa cõiugia ꝓuidere debet: q̃
ætate & cuiuſmodi exiſtentes ſint in matrimonium copulandi: hoc aũt ĩſtituet legiſpo
ſitor inſpi iens ad ipſos: & ad u tæ tp̃s ut ætatibus in idẽ cõcurrant: nec diſcrepet gignẽ
di potẽtia. uiro.n. adhuc generare potente ſi mulier ipſa concipere nõ poſſit: uel mulie
re quidem ad cõcipiendũ apta: ſi uir ipſe nõ poſſit: lites ac diſcordiæ ĩter eos oriunt̃: ad
filioꝝ quoq; ſuſceptionẽ eſt inſpiciendum: ne nimis diſtent ab ætate paterna: qm̃ nec ip
ſi ſenioribus gratiam referre ullã poſſunt: nec parẽtes filii ad iumẽta ꝓ̃ſtare nec ẽt nimis
ꝓximi ad ætatẽ paternã accedere debẽt filii. habet.n. hoc turbationẽ non paruã: cũ ne
q; tanta ſit reuerẽtia huiuſmodi filiis erga genitores utpote quaſi æqualibus: & circa gu
bernationẽ domus q̃relæ ex iſta quaſi pitate ſoleant ꝓuenire. Inſuper qđ dicere incipiẽ
tes huc digreſſi fuimus: ut corpora natoꝝ ſint ſm̃ legiſpoſitoris uoluntatem: fere qdẽ
hæc oĩa ꝓuenient ꝑ unam digiligentiã. Nã cũ ſit finis gignendi ut plurimũ uiris qdem
ſeptuageſimus annus: mulieribus aũt quinquageſimus: ita coniugandi ab initio ſũt ut
ætatibus adhuc finẽ concurrant. Eſt aũt adoleſcentiũ coniũctio ĩproba ad filios. In cũ
ctis.n. aĩalibus iuueniles partus imperfecti ſunt: & fœminæ crebrius q̃ mares: & parua
corporis forma gignuntur. Quocirca neceſſe eſt hoc idem in hoĩbus ꝓuenire. Huius
aũt coniectura fuerit ꝙ in quibuſcũq; ciuitatibus cõſuetudo eſt adoleſcentes mares pu
ellaſq; cõiugari: in eiſdem inutilia ac puſilla hoĩum corpora exiſtũt. In ptu quoq; labo
rãt magis puellæ ac pereũt plures: ex quo reſpõſum oraculi Trœzeniis datũ quidã exi
ſtimãt ob iſtã cãm quaſi multis pereuntibus ꝓpter ĩmaturitatẽ nuptiaꝝ: nõ ꝓpter fru
ctuum collectionẽ. Ad continẽtiam quoq; utile eſt nuptias fieri ſeriores. Intemperatio
res enim eſſe uident̃ cum puellæ ueneri aſſueſcunt. At maſculoꝝ corpora creſcere impe
diunt̃ ſi adhuc augẽte ſemine conſuetudinẽ ineant: nã huius terminus hic eſſe uidetur:
quem nõ multũ excedit amplius. Quapropter puellas quidẽ circa ætatẽ decem & octo
annoꝝ nuptui tradere congruit: maſculos aũt circiter ætatem annoꝝ ſex & triginta. In
hoc.n. tp̃e & uigentibus corp̃ibus cõiungent̃ ac ꝓcedente tp̃e ſimul aptæ deſinent pro

creare poſſe. Et filioꝝ ſuſceptio partim erit ab initio eis ætate uigentibus ſi recte proce-
dat ſtatim generatio: ptim iam uergentibus ad annũ ſeptuageſimũ. Quibus igit̃ ætati
bus coniugia ſint facienda dictum ſit. Tempus aũt anni ut nũc multi obſeruãt recte p
hyemẽ aptius ad nuptias eſſe uidetur: ſed cõſideranda ſunt in ꝓcreatione liberorum q̃
a medicis & quæ a phiſicis traduntur. Medici aũt tempora corporum ſufficienter oſtẽ-
dũt: phiſici aũt de ſpiritibus borealia magis q̃ auſtralia laudãt. Quæ aũt corpora maxi
me utilia ſint magis dicendum eſſet: ubi diſciplina liberorum tractatur. Sũatim uero
ſat fuerit nunc dixiſſe: neq;. n. athletarum habitudo utilis foret ad ciuilem habitũ: neq;
ad ſanitatem & procreationem liberorum: nec rurſus humilis & imbecilla nimiũ: ſed
media iſtarũ: laborioſam. n. habitudinẽ habere oportet. Exercitatã uero laboribus non
uiolẽtis neq; ad unũ laborem ſolũ: ut athletarũ habitudo: ſed ad liberalia opa: hæc aũt
ſimiliter uiris mulieribuſq; exiſtere debẽt. Prægnantes quoq; mulieres curã habere cor-
porum oportet non pigreſcentes neq; ſubtili utentes alimonia: hoc aũt facile eſt legum
poſitori prouidere ſi iubeat ſingulis diebus iter aliquod facere debere ad deoꝝ ſacra mu
lieres quæ ſortitæ ſint concipiendi honorẽ. Mens tamẽ contra quã corpus in trãquilli-
tate eſt traducenda: quæ niſi fiũt ab ea quæ continet capere uidentur quẽadmodũ illa q̃
naſcuntur a terra. Circa repoſitionẽ aũt & educationẽ filioꝝ lex ſit nihil orbatũ natura
fore educandum. In aliis uero ſi mores inſtitutaq; ciuitatis prohibeant natos exponere
ac multitudo tanta prolis alicui contigerit ut duplicatus ſit filioꝝ numerus. Nã is diffi
nitus eſſe debet ad multitudinẽ nimiã euitãdã añ uenire oportet ne fœtus cõcipiantur.
Nã poſtq̃ cõcepti ſũt & ſenſum aut uitã acceperint nefas eſt attingere eos. Cũ uero de-
terminatũ ſit q̃ ætate uir & uxor ſint ab initio cõiugãdi quãto tpe liberis opationẽ dare
cõueniat determinemus. Seniorũ enim fœtus quẽadmodũ iuniorũ impfecti ſunt & cor
pibus & intellectibus: ſeneſcentiũ quoq; fœtus ſunt inrobuſti. Quapropter illud maxi
me tp̃s ꝓbandũ eſt in quo maxime intelligẽtia uiget in nobis. Id aũt eſſet ĩ plurimis cir
citer annũ qnquageſimũ: ut poetaꝝ qdã dixerũt ſeptenario numero ætatẽ dimetiẽtes.
Itaq; q quatuor aut qnq; annis hãc ætatẽ exceſſerint dereliquere dñt in aperto ꝓcreãdi
ſtudiũ ac de cætero uel ſanitatis uel alterius hmõi cã cõcubitũ facere uideri: coitus uero
omnis alterius q̃ coniugis pœnitus ſit interdictus: quandoquidem ſit & appelletur cõ
iunx. Quod ſiquis depræhendatur contrafacere per tempus ꝓcreationis dignam pro
delicto pœnam reportet. Suſceptis autem filiis multum referre putandũ eſt ad corpo-
ris robur qualiuictu nutriantur: apparent uero ex cæteris animalibus & ex gentibus q
bus cura eſt aſſidua bellicæ habitudinis nutrimentum lactis maxime propriũ eſſe cor-
poribus: abſtemiũ aũt magis ꝓpter ægritudines: & præterea motus quoſcũq; in ea æta
te fieri datur conferũt/ne mẽbra uero ob temeritudinẽ diſtorta fiant: utunt̃ adhuc gen
tes aliq̃ organis qbuſdã & machinis quæ corpus a talib9 illæſum cõſeruãt. Cõfert ẽt ſta
tim a pueritia frigori aſſueſcere. Hoc enim & ad ſanitatẽ & ad res bellicas utile eſt. Qua
propter apud multos barbaroꝝ cõſuetudo eſt uel gelido amne natos ĩmergere uel par
ua ueſte amiciri: ut faciũt galli. Ad cũcta enim ad quæ poſſibile eſt ſtatim ab initio me
lius eſt aſſueſcere. Eſt autem apta puerorum natura ab eorum calore ad frigus exerceri.
Circa primam igitur ætatem hæc & huiuſmodi diligentia eſt adhibenda. Sequenti ue-
ro ætate uſq; ad annos quinq; quia nondum ad diſciplinam aliquam ſunt admonendi:
neq; labores perferre cogendi ne creſcere impediãtur: motus ſolummodo quoſdam ſu
ſcipere debent: quo pigritiam corpotis euitent: qui motus præparandi ſunt illis: & ali-
os actus & per ludum. Ludi uero ipſi neq; illiberales: neq; laborioſi eſſe debent neq; re-



miſſi. Quas autem narrationes & fabulas illa ætate pueri audire debeant cura ſit his q
pueris publice præficiuntur: cuncta enim talia ad conuerſationes poſtea futuras acco-
modanda ſunt. Itaq; ludi ut plurimum tales eſſe debent: ut ſint imitatiões eorum quæ
poſtea ſerio erunt facienda. Cohibitiones uero puerorum & interruptiones ploratus q
legibus prohibent non recte faciunt: ſunt enim utiles ad augmentum cum ſint quodã
modo exercitationes corporum. Spiritus enim compræſſio facit robur laborantibus:
quod contingit etiam pueris cohibentibus: prouidendum eſt ab his quibus puerorum
cura publice cõmiſſa eſt circa huiuſmodi educationem & alia: & ut q̃ minime cum ſer-
uis uerſentur: hæc enim ætas uſq; ad annos ſeptem neceſſarium eſt ut domi alatur. Ra
tionabile eſt ergo præcipere ĩ hac ætate uel ab auditu & uiſu ſeruiliũ rerum abſint. Om
nino igitur obſcænitas uerborum per legiſlatorem exterminãda eſt de ciuitate. Ex tur-
piter enim loquendi licentia ſequitur & turpiter facere: potiſſimum igitur ſtatim a pue
ris: neq; dicant: neq; audiant quicq̃ turpe. Siquis uero dicere aut facere quicq̃ prohibi-
torum deprehenſus fuerit is ſi liber ſit ſed nondum in conuẽtum cõmeſſatorum digna
tus aſſumi honore prohibeatur: & uerberibus caſtigetur. Sed ſi ſit maioris ætatis ſer-
uili infamia afficiatur. Cum uero dicere quicq̃ turpe interdixerimus: clarum eſt ꝙ &
aſpicere: aut picturas aut: actus deformes prohibemus. Sit igitur cura magiſtratibus
nullam neq; picturam: neq; ſtatuam eſſe talium rerum imitatricẽ/niſi apud deos quoſ
dam quibus etiam laſciuiam mos tribuit: apud hos permittet lex homines pro ſe & fi-
liis & uxoribus ſacra facere. Iuniores autem neq; iamborum neq; tragœdiarum ſpecta
tores eſſe ſinat niſi cum ad eam peruenit ætatem: ut in cõmeſſationibus una cum aliis
ſedere: & potus etiam participes eſſe poſſint. Et ab huiuſmodi labe inſontes diſciplina
omnes præſtabit. Nos quidem nunc curſim iſta attigimus. Poſtea uero ſcientes opor-
tebit determinare magis: ſiue oportet: ſiue non oportet primo quærentes: & quomo-
do ſed in præſenti mentionem de his facere neceſſarium fuit. Forſitan enim nõ male cir
ca hoc cenſebat theodotus tragœdiarum actor: nulli enim unq̃ concedere uoluit ut an
te ſe agere: neq; ex uilibus etiam hyſtrionibus: quaſi magis faueant auditores illis quos
primo audierint. Contingit hoc idem in conuerſationibus hominum & rerum: omnia
prima nos magis delectant. Quapropter oportet a pueris omnia turpia procul remo-
uere: & maxime quæcunq; habent in ſe uel obſcœnitatem uel improbitatem. Trãſactis
uero annis quinq; & duobus uſq; ad ſeptem oportet iam diſciplinas ſpectare quas ad-
diſcere eos oportet. Duæ ſunt ætates in quas neceſſarium eſt diſciplinas diuidere. Una
poſt ſeptimum annum uſq; ad pubertatem. Altera a pubertate uſq; ad annum uigeſi-
mum primum. Nam qui hebdomadibus diuidunt ætates plurimum dicunt non be-
ne. Itaq; ſequẽda eſt naturalis diſtinctio. Omnis enim ars & diſciplina implere uult id
quod deeſt naturæ. Primum igitur uidendum eſt ſi facienda ſit inſtitutio quædam cir-
ca pueros. Deinde ſi utile ſit publice curam eorum ſuſcipere: uel magis priuatim quo-
modo nunc fit in pluribus ciuitatibus. Tertio qualem hanc eſſe curam oportet

**Explicit Liber ſeptimus Politicorum.**

Incipit Liber octauus Politicorum Ariſto. Leonardo aretino interprete.

QVod igit̃ a legiſpoſitore maxime intendendum ſit circa diſci-
plinã iuuẽtutis nemo utiq; dubitabit: nã id quidem neglectũ
in ciuitatibus affert reipu. detrimentum. Oportet. n. ad ſingu
la gubernandi genera diſciplinã accomodari. Nã mos uniuſ-
cuiuſq; ꝓprius conſueuit & ſeruare rempu. & ab initio cõſtitue
re ceu popularis mos popularem: & paucorũ potentiæ acco-
modatus mos eã quæ conſiſtit in paucoꝝ gubernatione. Sem
per aũt melior mos cã eſt melioris reipublicæ. Præterea ĩ cun-
ctis facultatibus & artibus ſunt quædam ad quæ erudiri prius
oportet & aſſuefieri ad eaꝝ opera. Itaq; manifeſtũ eſt quia & ad uirtutis actiones. Cum
uero unus ſit finis ciuitati toti clarum eſt oportere diſciplinam quoq; eẽ unã & eandem
oĩum: & huius curam eſſe publicã & nõ priuatam: quẽadmodũ nunc unuſquiſq; curã
habet ſuoꝝ filioꝝ priuatimq; docet & priuatam diſciplinam prout ei uidet̃. Sed opor-
tet publicorum publicæ exercitationem fieri: & ſimilis non debet quiſq; ciuis ſe ſuũ exi
ſtimare: ſed omnis ciuitatis: particula enim ciuitatis unuſquiſq; eſt. Cura uero ſingula-
rum particularum reſpicere nata eſt ad curam totius. Laudari poſſunt in hoc lacedæ-
monii: nam plurimam circa pueros diligentiam faciunt: & quidem publicæ. Quod igi
tur lege prouidendum ſit circa diſciplinam iuuentutis: & hoc publice faciẽdum patet.
Quænam uero iſta ſit diſciplina & quomodo tradenda latere non debet: nam nunc q-
dem in ambiguo eſt nec eadem omnis cenſent iuuẽtutem addiſcere debere: neq; ad uir-
tutẽ: neq; ad uitã optimam: neq; conſpicuũ eſt utrum per intelligentiam magis doceat
uel per animi morem. Impedimentoꝝ quoq; reſpectus conſiderationem diſciplinæ cõ-
turbat cum manifeſtum non ſit: utrum exercitatio noſtra accomodanda ſit ad ea quæ
ſunt utilia ad uitam: uel ad ea quæ tendunt ad uirtutem: uel ad ea quæ ad maiorem quẽ
dam ſuperfluumq; pertinent apparatum. Hæc enim omnia patronos quoſdam ſuſci-
pere. De his quoq; quæ ad uirtutem tendunt nihil conceſſum exiſtit. Etenim uirtutem
nõ eandem omnis ſtatim honorant. Ex quo fit ut rõnabiliter diſcordent circa illius exci
tationem. Quod igit̃ ex utilibus neceſſaria ſint addiſcenda manifeſtũ eſt: ꝙ autem non
omnia diſtinguentibus liberalia opera ab illiberalibus patebit quia illa talia eſſe recipiẽ
da quæ cũ utilia ſint faciunt exercentẽ habentẽq; nõ uilis exercititii operatorem. Vile au
tem exercitiũ putandũ & ars & diſciplina quæcũq; corpus aut animum aut mentem li
beri hominis ad uſum & opera uirtutis inutilẽ reddunt. Itaq; & artes illas q̃ deterius di
ſponunt corpus & cuncta mercẽnaria exercitia ſordida nuncupamus. Mentem enĩ oc-
cupatã & uilem reddunt. Sunt ẽt quædam ex liberalibus ſciẽtiis quas uſq; ad aliquid di
ſcere honeſtũ ſit: penitus uero ſeſe illis tradere ac ad extremũ uſq; proſequi uelle nocu-
mẽtis illis quæ ſupra diximus obnoxios facit. Sed refert plurimũ cuius gratia quis agat
uel diſcat. nam ſi gratia ſui uel amicorũ uel ꝓpter uirtutẽ nõ eſt illiberale. Qui uero id-
ipſum agit ꝑ alios ſæpe utiq; uidebit̃ illiberaliter ac ſordide agere. Diſciplinæ igit̃ illæ
de quibus diximus ad utrãq; partẽ ſe habẽt. Sunt aũt fere quatuor quas diſcere iuuenes
cõſueuerũt litteras: gymnaſticã: muſicã. Addunt uero quidã figurandi peritiã. Litteras
quidem & figurationẽ tãq̃ utiles ac ualde expedientes ad uitã. Gymnaſticã uero tanq̃
pertinẽtem ad fortitudinẽ. De muſica uero ambigit̃. Nã nunc qdam plurimi uolupta-



tis gratia illã addiſcũt: ueteres ãt inter diſciplinas eã collocauerũt ex eo ꝙ natura: ut ſæ-
pe dictum eſt: non ſolũ in negocio recte uerũ etiã in otio laudabiliter poſſe uerſari. hoc
enim principiũ eſt oĩum ut rurſus de illo dicamus: ſi. n. utroq; opus eſt: magis aũt expe
tendũ eſt ociũ q̃ negociũ nec id qdẽ in ioco: nam ſic neceſſe foret iocũ eſſe finẽ uitæ ꝙ ſi
impoſſibile magiſq; in negociis utendũ eſt ioco. Nam qui laborant indigent relaxatio-
ne: & huius gratia eſt iocus: negocia uero ſunt cũ labore & conatu: & propterea opor-
tet iocũ adhibere qui tanq̃ medicinã eo tpe afferat. Nã relaxatio eſt huiuſmodi motus
animi & requies per uoluptatem. Ociũ aũt ipm uidet̃ in ſe uoluptatem habere & fœlici
tatem & uitã beatam: & hoc nõ negocioſis ſed ocioſis exiſtit. Nam qui negociat̃ alicu-
ius gratia negociatur: quod ſibi deſit. Fœlicitas aũt finis eſt quã non cum dolore ſed cũ
uoluptate eſſe omnis putant. Hanc tñ uoluptatem non eandem omnis poſuerunt: ſed
ſm ſe unuſquiſq;: & ſm ſuum habitum. Optimus tñ optimã & eam quæ ſit ab honeſtiſ
ſimis. Itaq; manifeſtũ eſt ꝙ oportet ad ocium quoq; degendum addiſcere quædã & eru
diri: & has eruditiones ac diſciplinas ſui ipſaꝝ eſſe gratia. Illas uero quæ ad negociũ tan
q̃ neceſſarias & gratia illoꝝ. Quapropter muſicam antiqui inter diſciplinas collocaue
re non tanq̃ rem neceſſariam: nihil. n. habet tale: neq; tanq̃ utilem: ut litteræ ad lucrum
& ad rem familiarem: & ad ſtudia: & ad ciuiles actiones complurimas: uidet̃ quoq; fi-
gurãdi peritia utilis eſſe ad iudicãdum melius artificũ opera. Neq; ut gymnaſtica ad ſa
nitatẽ & robur. Reſtat ergo ꝙ ad degẽdũ in ocio ad quod & apparet eam adhiberi quã
enim putant degentiã eſſe ingenuoꝝ hoĩum in ea inſtituũt. Quapropter Homerus in
poemate ſuo ita inquit: ſed quale eſt uocari ad mẽſam opipare paratam. Deinde nomi
nans quoſdã alios ſubdit: & cytharedum qui omnis demulceat: & alio loco ait Vlyxes
optimã eſſe degendi rõnem quando lætis omnibus conuiue audiunt cytharedũ ſeden-
tes per ordinẽ. Quod igit̃ ſit diſciplina quædam quã non utilẽ: neq; ut neceſſariam do-
cẽdi ſunt filii: ſed ut liberalem & honeſtam manifeſtum eſt. Vtrũ aũt una ſit numero/
an plures/ & quænam iſtæ & qũo poſterius dicet̃. Nũc tñ id præmiſſum ſit ꝙ apud an
tiquos habemus teſtimonium ex his diſciplinis quas diximus. Muſica. n. hoc manife-
ſtat ac etiam de utilibus ꝙ aliqua addiſcere pueros oportet nõ mõ ꝓpter utilitatẽ ut pa
tet in lr̃is: uerumetiam ꝓpter multas diſciplinas alias quæ per lr̃as addiſcunt̃. Similiter
uero figurãdi peritiam non ut in uenundãdo emẽdoq; uaſa nõ decipiant̃: ſed potius qa
contemplari facit pulchritudinẽ corporũ. Querere uero utilitatem ubiq; minime con-
gruit magnanimis & ĩgenuis hominibus. Cum uero manifeſtum ſit: utrũ moribus an
ratione ſit diſciplina tradenda: & an circa corpus primo uel circa mẽtem patet ex his ꝙ
adoleſcentes gymnaſticæ & pædotribicæ ſunt tradendi quaꝝ altera quandam aliquam
facit habitudinem corporis: altera operatiões. Nũc aũt q̃ ciuitates curam habere puero
rum maxime uident̃: partim athletaꝝ habitudinem ĩducere ſtudent: in quo deformãt
corpora ac augmentationẽ eoꝝ impediunt: lacones uero in hoc quidem non errant ſed
efferatos laboribus reddunt adoleſcẽtes quaſi hoc utile ſit maxime ad fortitudinem. At
qui ut iam ſæpius diximus: neq; ad unã uirtutem: neq; ad hanc maxime reſpiciendum
eſt ab eo q curã facit inſtitutõis. Et ſi ad hanc nõ tñ id cõſequunt̃: neq;. n. ĩ aliis aĩalibus:
atq; in gentibus uidemus fortitudinem adeſſe maxime efferatis: ſed potius maſuetiori-
bus & leoninis moribus: multæq; ſunt gentes quæ ad cædes hominum & ad eorum co
meſtionem inſultãt: ut circa pontum Achæi & Heniochi: & ex mediterraneis: aliæ gẽ
tes ſimiliter his uel magis quæ quidem gentes clanculum per inſidias latrocinant̃. Ad
bellica tamen opera nihil ualent. Præterea ſcimus lacones dum ipſi ſoli exercebant̃ ꝑſti

tiſſe cæteris:nunc autem eſſe aliis inferiores:non enim ob id p̄ſtabant ꝙ iuuentutem ex
ercerent:ſed ꝙ ipſi exercitati contra nō exercitatos pugnabant.Itaq; honeſtas ac nō fe-
ritas eſt in certaminibus præferenda.Neq;.n.lupus neq; alia beſtia honeſtū periculum
pugnando ſubiret ſed magis uir bonus.Qui uero adoleſcētes in hæc nimium tradunt:
& in neceſſariis abſq; diſciplina dimittūt:uere illos ſordidos reddunt. At unū eni opus
reipu.utiles faciūt:& illud ipſum deterius ut ratio oſtendit. Oportet aūt non ex priori
bus opibus:ſed ex his quæ nunc fiunt iudicare.Nā nunc quidem illi qui repugnant di-
ſciplinā habēt:tunc uero nō habebant.Quod igit̄ utendū ſit gymnaſtica & q̄uo uten-
dū conceſſum exiſtat: uſq;.n.ad pubertatē leuiores exercitationes ſunt adhibēdæ abſq;
uictu illo uiolento & laboribus coactis:ne corpora creſcere impediant̄.Signū erit non
paruū ꝙ ita contingat quia inter eos qui olympia uicerūt duo uel tres tm̄ reperiūtur q
idē adoleſcentes ut uiri & ſint uictoriam conſecuti.Propterea ꝙ p exercitationes pueris
adhibitas ſublata ſit uis ac robur a neceſſariis laboribus: poſt pubertatē uero cū ānis tri
bus ad alia perdiſcenda intenderint:tunc congruit & laboribus & uictu neceſſario illos
occupare.Nā ſimul mente & corpore laborare non oportet cum ſeinuicem īpedire na-
ta ſint:labor quidem corporis mentem:mentis aūt corpus. De muſica uero dubia q̄
dā poſuimus antea:& nun crectum erit illa reſumere:ut tanq̄ conſentanea fiat rōnibus
quas quis de ea dicens oſtendat.Neq;.n.facile eſt demonſtrare quā potentiam habeat:
neq; cuius gratia illā adipiſci oportet:utrū ſolatii cā & requietis queādmodū ſomnus &
potus.Nam hæc per ſeipſa non ſunt honeſta ſed iucūda: & ſimul ceſſare curas faciunt
ut inquit Euripides.Quapropter inſtituunt in illa & utunt̄ cunctis iſtis ſimiliter ſom
no & potu & muſica.In his quoq; ſaltationē poſuerunt/uel magis putādum eſt ad uir
tutem tendere muſicam ut potētem.Quemadmodum gymnaſtica tale aliqđ corpus
reddit:ſic & muſicam talem aliquem morem efficere aſſuefacientem poſſe recte lætari:
uel ad degendi rationem aliquid confert & ad prudentiam. Nam hoc tertium ponēdū
eſt ex his quæ dicuntur.Quod igitur oporteat pueros non ſolatii gratia diſcere manife
ſtum eſt:non enim ſolantur diſcentes:nam cum labore eſt diſciplina. Atqui nec degen
di ratione pueris:neq; illi ætati congruit attribuere.Nulli enim imperfecto competit ꝑ
fectio:ſed forſan uidebitur puerorum ſtudium ſolatii eſſe gratia uiris factis & perfectis:
ꝙ ſi hoc tale eſt cuius gratia oportet ipſos addiſcere:ac non potius inſtar perſarum me
dorumq; regum per alios idem facientes uoluptatis ac diſciplinæ participes fieri. Eteni
neceſſe eſt melius perfici ab his qui hoc opus ſuum fecerunt:& artem q̄ ab his qui tan-
to ſolum tempore in eo laborauerunt:quanto addiſcunt ꝙ ſi oportet in his eos labora-
re:ſimiliter & circa æpularum apparatū:oportebit utiq; eos addiſcere quod ē abſurdū.
Eadem quoq; dubitatio cadit ſi poſſit mores facere meliores:qd.n.opus eſt eos hæc ad
diſcere:ac non ex illis audientes recte lætari & iudicari poſſe : queādmodū lacones. Illi
.n.quanq̄ non didicerint poſſunt tn̄ recte iudicare:ut aiūt quæ ſit bona uel nō bona me
lodia:eadēq; ratio foret ad ſolatiū & ad rōnem degēdi ocii libero homine dignā . Quid
enim oportet eos diſcere ac non aliis utentibus frui: cōſiderare hoc licet ex opiniōe quā
habemus de diis:nō.n.Iuppiter cantat aut cytharam pulſat ſm poetas:imo illos q ta-
lia faciunt appellamus uiles:& opus illud non uiri neq; ſobrii ſed iocantis . At enim de
his poſtea erit conſiderandum.Prima uero quæſtio eſt utrum muſica ſit ī ioco reponē-
da:uel non:& quid poteſt efficere de his tribus in dubitatione ꝓpoſitis:utrum diſcipli-
nam uel ſolatiū uel rationem ocii degendi.Rationabiliter quidem ad oīa inſtituit̄:& ui
detur omnium particeps:nam & iocus gratia requietis eſt:ac requietem neceſſe eſt eſſe
iucundam.



iucundam.Eſt enim medicina moleſtiæ illius quæ per labores ſuſcipit̄:& ratio degen
di ocii non ſolū honeſtatē habere debet:uerūetiā uoluptatē.Fœlicitas enim ex ambabꝰ
iſtis eſt.Muſicam uero omnis fatemur eſſe ex iucūdiſſimis:ſiue nuda ſit:ſiue cū modu
latione.Inquit profecto & muſæus carmē dulciſſimā rē eſſe mortalibus . Quapp & ad
cœtus familiarium & ad uitā in ocio degendā rationabiliter illam recipiūt:ut potētem
læticiam afferre:unde & ex hoc quis intelligat illam pueris eſſe perdiſcendā . Quæcūq;
.n.iucunda ſunt atq; eadem innocua non ſolum congruunt ad finem uerumetiā ad ceſ
ſationem.Cum uero cōtingat hominibus perraro eſſe in fine:perſæpe aūt ceſſent & utā
tur iocis non ob aliud modo:ſed ēt ob delectationē utile foret requieſcere in his q ab il-
la proueniunt uoluptatibus.Contingit autem hominibus feciſſe iocos finem:cū & ha-
beat fortaſſe finis uoluptatem quandam ſed non quancunq;. Quærentes uero iſtā acci
piunt hanc pro illa:ex eo ꝙ cum fine agendi ſimilitudinem habet:nam finis gratia nul
lius futuri expeditur:& tales uoluptates nullius futuri gratia:ſed gratia eorum quæ an
teceſſerunt:laborum ſcilicet & moleſtiarum:per quam igitur cauſam quærunt fœlicita
tem fieri per huiuſmodi uoluptates:hanc utiq; aliquis rationabiliter exiſtimet cauſam.
De communione autem muſicæ non per hanc ſolam ſed etiam quia utilis ſit ad ceſſa-
tiones ut uidetur:nec per eas modo:ſed inſuper quærendum/num aliquando aliud ex
ea proueniat.Præcioſior quidem natura eius eſt q̄ ſm eum uſum de quo ſupra dicitur:
& oportet:non ſolum ab ipſa uoluptatem capere quā participant homines ſm ſenſum
habet enim muſica naturalem uoluptatem per quam illius uſus cunctis ætatibus cun
ctiſq; moribus eſt acceptus.Sed uiuere ſi quo modo ad mores extenditur & ad aīum:
id autem patebit ſi aliquando tales aliqui ſm mores per illam efficiamur . Atqui ꝙ effi
ciamur per olympi modulationem manifeſtum eſt ea nanq; abſtrahit animam & quo-
dammodo rapit:raptus uero & abſtractus animæ circa morem affectio eſt . Præterea
audientes repenſationem omnis afficiunt etiam ſine melodiis & uerſibus. Cū uero con
tigerit muſicam eſſe delectabilium:uirtutem autem eſſe circa lætandum recte:& ama-
re:& odiſſe oportet profecto addiſcere & aſſuefieri ad nullam rem adeo ut ad iudican-
dum recte & ad gaudendum manſuetis moribus & laudabilibus operibus . Sunt autē
in rhythmis & melodiis ſimilitudines maxime penes ueras naturas iræ & manſuetudi
nis:ac fortitudinis & temperātiæ:& contrariorum his & aliorum omnium quæ ad mo
res pertinent:patet id ab effectu:mutamus enim animum talia audientes:mos autem
dolendi ac lætandi in ſimilibus proprie eſt/ut erga ueritatem eodem modo ſe habeat:
ceu ſiquis gaudet imaginem alicuius uidens non propter aliam cauſam: ſed ꝓpter for-
mam ipſam:neceſſarium eſt huic & aſpectum ipſum illius cuius imaginem contēpla-
tur eſſe iucundum.Contingit autem in aliis quidem ſenſibilibus nullam exiſtere ſimili
tudinem eſſe morum ut in his quæ tactu uel guſtu percipiuntur.In his etiam quæ uiſu
admodum parum:figuræ enim ſunt tales ſed ad modicum:& omnis huiuſcemodi ſen
ſus participant:Inſuper non ſunt heæ ſimilitudines morum: ſed ſigna magis quæ fiūt
figuræ & colores morum.Et ſunt hæc a corpore in paſſionibus. Attamen quantum re-
fert circa horum uiſionem oportet pueros non figuras inſpicere Paſonis ſed polygnoti:
& ſi quis alter pictor uel ſtatuarius ſit moralis. At in melodiis ipſis ſunt mutatiōes mo
rum/& hoc eſt manifeſtum:ſtatim enim armoniarum diſtincta eſt natura: ita ut q au
diunt alter diſponantur : nec eodem modo ſe habeant ad unamquanq; ipſarum:ſed ad
quaſdam flebiliter & contracte magis:puta ad eā quæ appellatur lydia mixta:ad quaſ
dam uero mollius ſm mētem ceu ad illas quæ ſunt remiſſe:ad aliam uero mediocriter

& cōpoſite plurimū: ut uidere dorica facere omniū armoniarū: phrygia uero diſtrahit
ac rapit animum & quaſi extra ſe ponit: hoc enim recte dicūt qui circa hmōi diſciplinā
philoſophant̃. Capiunt. n. uerborū teſtimonia ex rebus ipſis. Eodē modo ſe habet circa
rhythmos: alii enim mores continent grauius: alii cōcitant: alii uiolentiores afferūt mo
tus: alii liberaliores. Ex his igitur patet ꝙ muſica poteſt animi morem aliquē facere: ꝙ
ſi hoc poteſt muſica: clarum eſt ꝙ ad puerorū diſciplinam eſt adhibenda: & in ea pueri
ſunt inſtituendi. Congruit aūt naturæ hmōi diſciplina: nam pueri ꝓpter ætatem nihil
ferunt ſponte quod non habeat in ſe iucunditatem. Muſica uero ex his eſt quæ ſunt iu-
cūda ſm naturam: & uidetur cognatio quædā eſſe nobis cum harmoniis & rhythmis.
Quapropter multi ſapiētū dixere: alii qdem animū eſſe armoniam: alii uero habere ar
moniā. Vtrum aūt addiſcere eos oportet cātando: & manibus agendo / uel non / quem
admodū prius dubitatum eſt / nūc erit dicendū: nō eſt obſcurū intereſſe multū ad hoc
ut efficiamur aliquales: ſiqs operum ipſe ſit particeps: nēpe impoſſibile eſt uel certe ad
modū difficile: ut qui opa ipſa nō tractat perite ualeat iudicare. Et ſimul opus ē ut pue-
ri habeant exercitationē aliquam: & architæ tabella recte reperta eſt quā pueris dant: ut
in ea occupati illa quæ ſunt domi non frangant. Neſcit enim pueritia quieſcere. Hic eſt
ergo infantibus cōueniens ludus. Diſciplina uero maioribus tanq̄ tabella quædā. Q d'
igitur docendi ſint muſicā: ita ut in opere ipſo uerſentur ex ipſis patet. Quid aūt dece-
at / uel non deceat ſm ætates: non difficile eſt determinare ac reſpōdere uituperatoribus
uile huius exercitiū eſſe dicentibus. Primū igitur cū iudicandi cā ſint hæc opera ꝑdiſcē-
da oportet in pueritia illis operam dare. In maiori uero ætate exercitationem eorum di
mittere: tantūmodo autem iudicare poſſe per diſciplinam adeptam ac letari recte. Vi-
tuperatoribus autem qui aiunt ſordidos ac uiles muſicam facere nō difficile eſt reſpōde
re: ſi conſideremus quouſq; illi opera danda ſit ab his qui ad uirtutem ciuilem erudiun-
tur: & quæ melodiæ quiue rhythmi ſint adiſcendi. Et præterea quibus inſtrumentis per
cipiantur. Neq; in eo quidem plurimū refert cōſiſtitq; in his obiectionibus ſolutio. Ni-
hil. n. uetat modos quoſdā muſicæ illud quod aiunt efficere. Clarum eſt igitur oporte-
re diſciplinam eius neq; impedimentū afferre cæteris operationibus: neq; corpus effice
re inutile ad bellicas ciuileſq; exercitationes. Ad uſus quidē iam: ad diſciplinas uero po
ſtea. Erit autem ſi neq; hoc in illis laborabunt quæ ad certamen artifici pertinēt: neq; cir
ca admirabilia quædam & ſuperflua quæ in certamina prius & de certaminibus in do-
ctrinam uenere. Sed eouſq; ut gaudere ualeant probabilius melodiis & rhythmis & in
communi ſenſu muſicæ ſolum: ut animalia quædam & turba ſeruorum ac paucorum.
Patet etiam ex his quibus inſtrumentis ſit utendum: neq; enim tybiæ ſunt in diſciplina
recipiendæ nec aliud artificioſum inſtrumentum & cithara: & ſi quid aliud tale. Sed q̄-
cunq; faciunt auditores bonos uel muſicæ diſciplinæ uel alterius. Inſuper tybia non eſt
morale ſed potius ſuſcitatiuū & concitatiuum. Itaq; ad huiuſmodi tempora eſt utendū
illa in quibus ſpeculatio magis purificationem pariuntur q̄ diſciplinam. Adiungamus
autem & illud quod contrarium diſciplinæ efficit impediens rationē uti per tybariam
ſonum. Quapropter bene reprobauerūt illarum uſum antiqui: licet prius uſi fuiſſent.
Studioſiores enim facti propter diuitias & animoſiores ad uirtutem poſt uictoriā con
tra medos habitam: ac ex rebus geſtis magnū de ſe opinantes diſciplinam omnem arri
puerunt: non iudicantes ſed experientes. Quapropter tybiarū quoq; uſus tūc receptꝰ
eſt. Nam & apud lacedæmonios quidam qui ludos exhibebat: ipſemet tybiis modos
fecit: & athenis eouſq; in conſuetudinem uenit ut fere ingenui omnes addiſcerent: quod



patet ex tabula a Thraſippo poſita tū ludos pro tribu ſua dedit. Poſtea uero in deſuetu
dinem abiit & improbari cœpta eſt: cū iam melius per experientiā iudicare poſſent qd
ad uirtutē pertineret: & qd non. Eodēq; mō permulta inſtrumentoꝝ antiquoꝝ impro
bata ſunt: ueluti Pectides & barbiti & quæ ad uoluptatē audientiū intendebant hepta
gona & trigona & ſambucæ: & cuncta quæ indigent perita manuū geſticulatiōe. Rōna
biliter quoq; illud ſe habet quod antiqui de tybiis fabulant̃. Aiunt enim Mineruā rep-
tricem tybias abieciſſe ob deformiditatē oris. Atqui male ſe habet dicere feciſſe hoc deā
deformiditati oris infenſam: ſed tñ multomagis ob id quia nihil confert tybiaꝝ uſus ad
intelligentiā & mentē: cum ſcientia & ars Mineruæ ſit attributa. Cū uero inſtrumento
rū & operationis improbauerimus artificioſam diſciplinā. Artificioſam uero illā poſui
mus quæ uerſat̃ in certaminibus. In illis enim qui agit non ꝓpriæ uirtutis gratia agit:
ſed ut audientes delectet: & oneroſa qdē delectatione. Quapropter non ingenui hoīs
cenſemus eſſe huiuſcemodi operationē ſed per uiles ac ſordidos cōtingit illud fieri: nā fi
nis cuius gratia faciunt improbus eſt cū ſpectator oneroſus exiſtens mō hoc / mō illud
exigere cōſueuit: ita ut artifices quoq; placere ſtudentes illiuſmodi efficiantur: & corpo
ra ſimiliter propter motus. Conſiderādū eſt aūt utrū oībus utendū ſit harmoniis &
oībus rhythmis diſtinguendū: deinde utrū illis qui eruditionis cā laborant eandem di
ſtinctionem tribuamꝰ: an tertiū quiddā aliud: qm̄ uidemus muſicā eſſe per melodiam
& rhythmos horū utrūq; latere non debet: q̄ uim habeat ad doctrinā. Vtrum præferē
da ſit ea pars quæ in melodiis cōſiſtit: an ea quæ in rhythmis: putans igit̃ multa de his
eſſe dicta recte a muſicis quibuſdā qui nunc ſunt. & a philoſophis qui pueritiam habēt
huius diſciplinæ: diſcuſſionem & examen ſingularum partium illis dimittemus qui ꝑ-
quirere uolent. Nos aūt ſolūmodo in genere de ipſis dicamus. Cum illa probetur a no
bis melodiarum diuiſio quā faciunt quidam philoſophi ꝙ aliæ ſunt morales: aliæ effe-
ctiuæ: aliæ abſtractiuæ: ponentes naturam earum ad ſingula iſtarum propriam. Dici-
mus aūt nō unius utilitatis gratia oportere muſica uti: ſed multarum: nam & doctrīæ
gratia & purificationis. Quid aūt purificationem intelligamus nunc ſimpliciter. Alias
uero diligentius in his quæ de poetis ſcribimus dicent̃. Tertio gratia degēdi ocii qetiſq;
cauſa & remiſſionis curarū patet omnibus armoniis eſſe utendum: ſed non eodē modo
uerum ad doctrinam quidem moralibus eſt utendū maxime: ad eruditionem uero alia
pulſante effectiuis: & abſtractiuis. Nam effectio illa quæ cōtingit circa animos quorū
dam uehementer in cunctis exiſtit. Differt autē ſecundū magis & minus: ceu miſeratio
& metus: & præterea abſtractio animi. Nā per hūc motum deuoti & ſupplices qdam
fiunt. Videmus aūt ex hos ſacris melodiis ita affici quando utuntur. Expiantibꝰ aīam
carminibus quaſi medicina fretos & purificatione hoc idem euenire neceſſarium eſt his
qui cōmiſeratione: & qui metu: & qui aliis affectibꝰ detinent̃: & aliis quatenus cuiq; ta
lia contingant: fieriq; in omnibus purificationem quandam & alleuiationem cū uolu-
ptate. Similiter autem carmina purificatiua lætitiam afferunt innocuam hominibus.
Quapropter talibus harmoniis & talibus carminibus ſpectandi ſunt hii qui theathra-
lem muſicam tractant certatores: ſed cū ſpectator ſit duplex: alter ingenuus & doctꝰ:
alter uilis & indoctus. Ex opificibus turba quæ urbana. his quoq; accomodāda ſunt cer
tamina & ſpeculationes ad ceſſationē & requietē: ut enim illorum animæ diſtortæ ſūt
a naturali habitudine: ſic harmoniarū & melodiarū diſtorſiones ſunt quædā illæ q̄ ſunt
uæhemētes & in fractæ. Delectat uero ſingulos id quod ſuæ naturæ ſit aptum. Quam
obrē licentia permittēda eſt his qui de arte muſica certant in theatro: ut ad huiuſmodi

ſpectatorem tali gratiæ utantur muſicæ:ad doctrinam uero moralibus melodiis ē utē
dum:& talibus harmoniis qualis eſt dorica ut ſupra diximus. Recipiēda eſt & alia quā
cunq; nobis ſuadent qui in philoſophia muſicaq; uerſantur. Socrates uero in libris de
re pu. non recte phrygiam tantummodo adiungit ad doricam licet improbās tybiam
ex inſtrumentis: habet enim eandem uim phrygiam in harmoniis quam habet tybia
in inſtrumentis. Ambæ enim concitant animos & in affectus impellunt. Oſtendit hic
poeſis. Tota enim bacchatio & tota huiuſmodi concitatio maxime omnium inſtrumē
torum per tybias fit. Harmonia uero phrygia maxime hunc modū habet: ceu dithyrā
bus manifeſte uidetur eſſe phrygius: cuius quidem rei plura afferunt argumenta q̄ cir
ca huiuſmodi rerum intelligentiam uacant: & inter cætera illud quod Philoxenus ag-
greſſus dorice facere dithyrambos in fabulis non potuit: ſed ui illius naturæ tractatus
fuit ad phrygiam harmoniamq; maxime illis congruebat. Doricam autem fatent̄ om-
nes conſtantem eſſe ac firmam moremq; continere uirilem. Præterea cum medium ex-
tremorum ſumendum eſſe diximus: dorica autem hāc habet naturam ad alias harmo
nias: manifeſtum eſt q̄ dorica præ cæteris decens eſt iuniores addiſcere: ſed duo conſi-
deranda ſunt: unum quid poſſit: alterum quid deceat: nam poſſibilia quiſq; aggredi &
conuenientia ſibi debet. Sunt autem hæc diſtincta/ceu defeſſis iam tempore non facile
eſt alti eſt ſpiritus cantilenas canere ſed talibus ſubiicit natura remiſſas: ex quo Socra-
tem in hoc quoq; merito repræhendunt quidam ex his qui circa muſicam uerſantur: q̄
remiſſiores harmonias improbauit ad doctrinam: quaſi inuiolentas accipiens eas non
ſm uinolentiæ naturam. Nam uinolentia magis debachari facit ſed defeſſas. Quare &
ad futuram ætatem ſeniorum opus eſt huiuſcemodi harmonias attingere & huiuſce-
modi melodias. Præterea ſiqua eſt talium harmoniarum quæ cōueniat puerorum æta-
ti ex eo quia poſſit ornatum ſimul doctrinamq; afferre: quod lydia maxime omnium
harmoniarum habere uidetur: manifeſtum q̄ heæ tres determinationes ſunt in doctri
na faciendæ: medium: poſſibile ac decens.

Explicit Liber octauus & ultimus Politicorum Ariſtotelis.

Leonardi Aretini uiri clariſſimi præfatio in libros Oeconomicorum Areſtotelis/ad
Coſmum Medicem florentinum.

PRæcioſa ſunt interdum parui corporis quod lapilli gemmæq; teſtantur:
& homines nonnunq̄ puſilli grandioribus præualent: ut de Tydeo ſcribit
Homerus a quo breui & exiguo thebanos omnes certaminibus longe ſu-
peratos fuiſſe tradit. Statius quoq; Homerum credo ſecutus de eodem in-
quit. Maior in exiguo regnabat corpore uirtus. Tu igitur Coſme dulciſſime hoc quic-
quid eſt belli ob pagine breuitatem nequaq̄ deſpexeris: puſillum quidem eſt: at uiribus
amplum & precio dignum. Quod ego per has ferias e græco interprætatus non ime-
rito ut mihi uideor tibi potiſſimum deſtinaui. Cui enim rectius de gubernatione exer-
citus præcipi poteſt: q̄ illi qui exercitum habet. Cui rurſus de rei familiaris adminiſtra-
tione: q̄ ei qui rem amplam poſſidet: & tueri illam cum laude gliſcit: & augere cum di-
gnitate. Licet ergo per te multum ſapias: & a patre tuo uiro ſapientiſſimo quotidie au-
dire poſſis opere præcium tamen erit quod de re fa. tradiderint excellentiſſima philoſo
phorum ingenia cognouiſſe. Vt enim medicinæ finis eſt ſanitas, ita rei familiaris diui-



tias finem eſſe conſtat. Sunt uero utiles diuitiæ: cum & ornamēto ſunt poſſidētibus: &
ad uirtutem exercendam ſuppeditēt facultatem: proſunt etiam qui facilius per illas ad
honores dignitateſq; ſubleuantur. Nam quorum uirtutibus obſtat res anguſta domi
haud facile emergunt: ut poetæ noſtri dictat ſententia. Quare cum noſtri: tum nato-
rum multo magis charitate illarum amplificationi quod honeſte poſſumus ſtudendū
eſt: quoniam a philoſophis in bonis numerantur: & ad fœlicitatem pertinere credūtur.
Tu igitur harum præcepta rerum in hoc libello Ariſtotelis leges: quem ego nō ſolum
tranſtuli e græco ut maxime conſonum eſſe putaui: uerumetiam explanationem quan
dam obſcurorum uerborum adiunxi. quo tibi legenti dilucidior eſſet. Primum igitur il
lud præmittendum eſt: duas philoſophiæ eſſe partes: quarum altera in cognitione re-
rum: altera in agendo uerſatur. prima fere pars ad illa pertinet: quorum finis eſt ipſa co
gnitio. Actiua uero præcepta uitæ cōtinet: quæ ſcire parum eſt: niſi deducas in actum.
Ea uero præcepta diuiduntur trifariam: aut enim circa mores nos inſtruunt: aut circa
rem familiarem: aut circa rempublicam. Harum primam ethicam. Secundam œcono
micam. Tertiam politicam græci appellant. Nos ut opinor noſtris uocabulis uti ma-
gis decet q̄ alienis. Nunc ad textum Ariſtotelis ueniamus.

Incipit Liber Oeconomicorum Ariſtotelis/Leonardo aretino interprete.

RES familiaris & res pu. inter ſe differunt: non ſolum quantum
domus & ciuitas. Hæc enim ſunt eorum ſubiecta: uerumetiā
in illo q̄ in re pu. quidem plures imperant: in re familiari uero
unus dumtaxat eſt imperator & rector. Quædam enim artes
diſtinguuntur: nec eſt eiuſdem feciſſe ac facto uti. quemadmo
dum lyra & fiſtulæ. Sed reip. diſciplinæ eſt ciuitatem ab initio
conſtituiſſe: & conſtituta bene uti. Itaq; patet etiam eſſe rei. f.
parare domum: & illa uti. Ciuitas quidem eſt multitudo do-
morum: agro & pecuniis ſoffícienter abundans ad bene uiuē-
dum. Id autem ex eo patet quod ſi computes horum eſſe nequeunt/ſocietas ſoluit̄. In-
ſuper huius gratia in unum coeunt: cuius autem gratia unūquodq; eſt: & fit: & ſubſtā
tia ipſius hæc exiſtit. Itaq; patet priorem eſſe rem. f. q̄ rem pu. nam & opus illius ſic eſt:
pars enim ciuitatis eſt domus. Conſiderandum eſt igitur de re. f. quod ſit illius opus.
Domus quidem partes ſunt homo & poſſeſſio. Quoniam uero primū in minimis na-
tura cuiuſq; inſpicitur. in domo quoq; ſe habet ita. Quare ſm Heſiodum hoc adeſſe cō
uenit. Domicilium in primis/mulieremq;/& bouem aratorem: alterum enim primū
in uictu eſt: alterum in liberis. Itaq; oportet ea quæ ad uxorem ſpectant recte diſpoſuiſ
ſe. hoc eſt prouidiſſe ut talis ſit qualis eſſe debeat. Poſſeſſionis autem prima cura eſt ea
quæ ſm naturam potiſſima eſt agricultura. Secundo loco omnia quæ ſunt a terra: ceu
metallorum: aut ſiqua alia huiuſmodi. Sed agricultura præcipue quoniam iuſta: non
enim inhumaniter: neq; ab inuitis quæritur: quemadmodum bellicæ artes: & eſt earum
quæ ſunt ſm naturam. Natura enim omnis educatio eſt a matre: quare & hominibus a
terra. Prodeſt etiam hoc plurimum ad fortitudinem: non enim quemadmodum uiles
artium corpora eneruat: ſed talia facit: ut & ſub diuo conſiſtere: & tolerare laborem ua-
leant: & aduerſus hoſtes pericula capeſſere. Soli enim hii res ſuas extra munitiones ha

bent. Sed eius diligẽtiæ quæ eſt circa hom ines: primæ ſunt partes circa uxorem. Socie
tas eſt enim maxime ſm naturam mari & fœminæ. Præmiſſum eſt enim a nobis & in
aliis locis deſiderare naturam multa efficere talia: ueluti unũquodq; aĩalium: eſt enim
impoſſibile fœminam ſine mare: aut marem ſine fœmina hoc adimplere. Quare eorũ
ſocietas neceſſitate conſtituta eſt. Enimuero in cæteris aĩalibus abſq; ratione id fit: & in
quantum naturæ capacia ſunt: & procreandi gratia ſolum. In cicurribus autem & pru
dentioribus diſtinguuntur magis. Apparent enim in his magis mutua auxilia & dile-
ctiones & cooperationes. Maximeq; in hoĩe id conſpicitur: ꝙ nõ eſſendi ſolũ uerũetiã
bene eſſendi mas & fœmina ope mutua coniunguntur: filioſq; procreant nõ ſolum ut
id naturæ tributum ferant: uerũetiam ut cõmoda exinde ſuſcipiant. Valentes enim ipſi
imbecilles ſuos labore tuentur: & alunt. Mox imbecilles ob ſcœnium facti a ualẽtibus
eadem reportant. Et ſimul natura per hunc circuitum adimplet ſempiternitatem. Ex
quo ſm numerum non poteſt: at ſm ſpeciem. Sic enim diuina prouidentia utriuſq; na
tura ordinata eſt: uiri ſcilicet & mulieris ad ſocietatem. Tendunt enim eorum omnia in
idem utilitatis: licet contraria quædam uideantur. Alterum enim robuſtum facit: alte-
rum imbecillius: ut hoc quidem ob timorem cautius: illud uero propter fortitudinem
pugnatius eſſet: & alterum putat foris alterum parta domi conſeruat. Ad operis uero
effectionem. Alterum ad ſedulitatem intra limen agit: ad externam uero peruagatio-
nem imbecillum. Alterum ad ſedulitatem deterius eſt. ad motus autem ualentius. Cir
ca prolem autem. Generatio quidem propria eſt. Vtilitas uero communis. Alterius. n.
nutrire eſt. Alterius erudire. Primum igitur leges ſint uiro ad uxorem: & iniuria ceſſet.
Sic enim nec ipſe iniuriam patietur. Hoc enim & communis lex inducit ut pythagori
ci dicunt: quemadmodum & ſeruum ambulare exiſtimare ut minime uideatur iniuria
afficiendus. Eſt autem uiri iniuria externarum mulierum coitus. In uſu uero ut neq; de
ſit præſentibus: nec abſentibus impotens ſit acquieſcere. Sed ita aſſuefieri ut ſufficiẽter
ſe habeat in præſentia & abſentia. Recte enim ſe habet & illud Heſiodi puellam accipe
re oportere. Vt gratis moribus eam imbuere poſſis. Diuerſitates enim morum nequa-
q̃ ſunt ad dilectionem aptæ. Circa ornatum uero quemadmodum in moribus fictionẽ
eſſe non decet. Si ſimul appropinquare debẽt. Sic etiam nec in corpore. Nam illa quæ
per ornatum fiunt: nihil differunt ab hiſtrionum uſu tragœdias in ſcæna agentium.

Poſſeſſionum autem prima quidem ac maxime eſt illa quæ optima & principa-
liſſima: id eſt autem homo. Quapropter oportet primo ſeruos parare ſtudioſos. Ser-
uorum autem ſpecies duæ: curator: & opifex. Cum uero ſeruamus quod diſciplinæ ta-
lis aliquos faciunt iuuenes. Neceſſarium eſt poſtq̃ paraueris: imbuere illos quibus libe
ralia officia fuerint committenda. Cum ſeruis autem uerſetur ita ut neq; ſuperbos eſſe
ſinat neq; abiectos. Et liberalioribus quidem honorem: opificibus uero cibum abunde
tribuat. Et quoniam uini potus etiam liberos ad inſolentiam impellit: & apud multas
nationes ingenui quoq; ab illo ſe abſtinent: ut carthaginenſes dum militant: patet ꝙ ui
ni aut nihil aut ualde raro ſeruis tradendum eſt. Tria uero cum ſint: opus: cibus: & ca-
ſtigatio. Cibus quidem ſine caſtigatione: & opere petulantem reddit. Opus uero & ca
ſtigatio ſine cibo uiolenta res eſt: & infirmum facit ſeruum. Reſtat igitur ut opus faciẽ-
dum illi tribuat: & cibum ſufficientem ſine mercede enim dominandum nõ putãt: mer
ces autem ſerui cibus eſt: Verum ut alii deteriores fiunt quando nec melioribus tribui-
tur melius neq; prœmia ſunt. Virtutis & uitii præpoſita ſic ẽt ſerui. Quapropter opor



tet conſiderationem habere. Ac indulgere illis: & permittere ſingula ſm merita: & ci-
bum: & caſtigationem: uerbo & opere medicorum artem imitantes: in medicinæ loco
proſpicientes: ꝙ quidem cibus medicina non eſt propter continuationem. Genera ue-
ro ſeruorum ad opus faciendum optima eſſent neq; timida neq; fortia nimis. In utriſq;
enim peccatum eſt. Nam & nimis timidi non ferunt laborem: & ferocibus non cõmo-
de imperatur. Oportet quoq; finem omnibus eſſe terminatum: eſt enim iuſtum ſimul
& utile libertatem eſſe præpoſitam. Libenter enim labores ſubibunt. Si & propoſitum
præmium conſpexerint & tempus diffinitum. Sunt etiam procreatis filiis tanq̃ obſidi-
bus obligandi. Nec plures habẽdi eiuſdem generis quemadmodum in ciuitatibus. Sa
cra quoq; & largiores epulas ſeruorum gratia magis faciendum: non liberorum. plura
enim ipſi habent: cuius utiq; gratia inſtituta ſunt. Quatuor habere oportet patremfa-
milias circa pecunias: nam & querere poſſe conuenit: & queſita tueri. Alioquin nulla q̃
rendi foret utilitas. Nam crebro haurire nihil aliud eſt q̃ quod dici ſolet terebratũ uas.
Eſſe præterea talem ut & ordinari & frui ſciat. Horũ enim gratia hr̃e illas expedit. Di-
ſtinguenda quidem ſunt ſingula: & plura habenda fructuoſa q̃ infructuoſa: & negocia
ſic ſequeſtranda: ut omnium ſimul periculum non ſubeatur. Circa tuerdum aũt queſi-
ta utiles ſunt perſicæ: & laconicæ: utilis etiam attica: uendentes emunt. Et penoris in-
ſtitutio non eſt in exilioribus admiſtrationibus. Eſt autem perſica ipſum omnia iube-
re: omniaq; inſpicere. Et quod de Dionyſio inquit dion. Nullus enim parem curam ha
bet alienorum & ſuorum. Itaq; quæcunq; per ipſum geri poſſunt circa illa cum diligen
tia intẽdat. In quo per ſe ſimul & lybici dictum recte ſe habet. Perſa enim rogatus quid
equum maxime pingue faceret oculus domini reſpondit. Lybicus uero rogatus quod
Sterquilinium agro foret optimum: domini inquit ueſtigia. Sunt igitur inſpicienda ne
gocia diligenter uiro: inſpicienda etiam ab uxore: prout inter eos diſtinctæ ſunt curæ.
Et hoc faciendum eſt in exilioribus quidem adminiſtrationibus raro. In grandioribus
autem quorum cura aliis committitur ſæpe. Niſi enim quis bonum exemplum de ſe
præbuerit: imitatorem diligentiæ habiturum non exiſtimauit: neq; in re. f. neq; in aliis
quoniam impoſſibile ſit non diligentis domini diligentes eſſe uicarios. Cum uero hæc
ad uirtutem hõeſta ſint: & ad rem. f. utilia: expergiſci decet prius dominum q̃ ſeruum:
& cubitum ire poſterius: nec unq̃ incuſtoditam eſſe domũ: quemadmodum nec urbẽ
quando opus eſt: neq; die: neq; noctu: & ante lucem ſurgere. Quod & ad ſanitatem: &
ad curam rei familiaris: & ad ſtudium philoſophiæ prodeſt q̃ plurimum. In paruis igi
tur admiſtrationibus attica regula circa fruct9 utendum eſt: in magnis uero diſtinctio
facienda eſt eorum quæ in annum: & eorum quæ in ſingulos menſes cõſumere oportet.
Eodẽq; modo inſtrumentis ſeparanda ſunt ea quorũ uſus quottidianus eſt: ab his quæ
raro ſunt uſui. Hæc tradenda ſunt his: quibus negocia cõmiſeris. ac certo tempore in-
ſpectio eorum facienda erit: ut non lateat: quod ſaluũ ſit: quidue perierit. Aedes quoq;
parandæ ſunt ut & rerum poſſeſſarũ: & ſalubritatis: cõmoditatiſq; rationẽ habeamus.
Rerum poſſeſſarum dico ceu fructuum & ueſtiũ. quales his conducant: & fructuũ qua
les aridis & quales liquidis: & aliarum rerum: & quales animatis: & quales inanimatis
ſeruiſq;: & liberis maribuſq; & fœminis: ciuibus & peregrinis. Cõmoditatis uero & ſalu
britatis ut æſtate quidem uẽtorum afflatum: hyeme uero ſolem recipiat. Eſſent autem
tales: ſi auerſo borea fuerint. nec æqualiter latæ. Videtur quoq; in magnis domibus uti
lis eſſe ianitor qui ſit ad cætera inhabilis pro obſeruatione importandorum & exportã
dorum. Ad rectum uero uſum inſtrumẽtoꝝ illud laconicum ualet. Singula ſuo loco

iacere. Sic enim parata non requirentur.

PRobam mulierẽ omnibus quæ ſunt intus dominari oportet: curãq; habere oĩum ſcḋm præſcriptas leges non permittentẽ quenq̃ ingredi ſine præcepto uiri: uerità maxime uerba quæ de mulierꝝ corruptela circũferuntur: & ſiquid intus accidat & ſibi notum ſit ſoli: & ſi quod malũ ab ingredientib⁹ cõmittat̃ ut penes uirũ ſit culpa. Dña uero inpenſarũ ad feſtos dies quos ꝑmiſerit uir.

Sumptu & ueſtitu & apparatu: minori etiã utatur q̃ leges permiſerint ciuitatis. Cõſiderans ꝙ nec ueſtimentorũ nitor/nec excellẽtia formæ/nec auri magnitudo/tantum ualet ad mulieris laudem/quãtum modeſtia in rebus ac ſtudium honeſte: decoreq; uiuendi. Etenim omnis huiuſmodi animi optabilis eſt: multoq; firmior ad ſenectutem uſq; ueras laudes. ſibi natiſq; afferre. Se igitur ipſam inanimet mulier: pergatq; laudabiliter rebus præeſſe: nam uiro quidem indecens uidetur ea ſcire quæ intra ædes fiunt. In cæteris uero omnibus parere mulier uiro cõtendat: nec audiẽs quicq̃ de republica. nec tractans quicq̃ eorum quæ ad connubia ſpectare uidẽtur. Sed cum tempus poſcet aut filias tradere nuptui: aut nurus accipere obediat penitus in his uiro atq; ſic una deliberet: ut ſententiam uiri ſequatur: intelligens non ita turpe uiro eſſe quicq̃ eorum quæ domi ſunt facere: ſicut mulieri quæ foris perquirere. Exiſtimare autem debet mulier bene compoſita mores uiri eſſe legem ſuæ uitæ impoſitam ſibi a deo per cõiunctionem matrimonii: atq; cõſortii. Quos ſiquidem æquo ferat animo perfacile reget domum: ſin cõtra difficilius. Quapropter decet nõ ſolũ in ꝓſperis rebus/ſecũdaq; fortũa unanimẽ ſe uiro præſtare/& in ſeruire uelle: uerũetiã in aduerſis. Si ſit in rebus defectus uel corporis ægrotatio: uel alienatio mentis/æquo ferat aĩo/& obſequat̃ niſi forte turpe aliqḋ ſit uel indignũ: ne ſi qḋ ꝑturbatione animi uir deliquerit: me moriter ſeruet: ſed ægritudini ignorãtiæq; aſcribat. Nã quãto in his diligentius obſequet̃: tãto ſibi maiorẽ gratiã habebit: cũ ab ægritudine fuerit liberatus: & ſi iubente id turpe non peruenerit: meli⁹ recognoſcet ad ſanitatẽ reuerſus. Quapropter ab his cauere dẽt mulier. In aliis autem multomagis obtẽperare: q̃ ſi empta ueniſſet in domũ. Magno enim precio empta fuit ſocietate magno præcio uitæ: & ꝓcreatione liberoꝝ: qbus nec maius: nec ſancti⁹ qcq̃ eſſe pȏt. Præterea ſi cũ fortunato uixiſſet uiro: non uſq; adeo uirtus eius illuſtrata eẽt. Non eſt ſane parũ ſecũdis rebus bñ uti: attamẽ aduerſas moderate ꝑferre multomagis ẽ exiſtimãdũ. Nã in magnis calamitatibus & iniuriis nihil abiecte facere celſi ẽ animi.

Præcandũ eſt igit̃ ne qḋ tale accidat uiro: quod ſiqḋ accidat aduerſi putare dẽt hinc optimã ſibi laudẽ: ſi recte ſe geſſerit peruenturã: ſecũ ipſa repetens qa nec Alceſte tãtã ſibi gloriã cõparaſſet: nec Penelope tot tantaſq; meruiſſet laudes. Si cũ fortunatis uiris uixiſſent: uerũ almonti & Vliſſis aduerſitates parauerũt illis memoriã ſempiternã. In aduerſitatibus enim uirorũ ſuorũ fidẽ ac iuſticiã erga illos ſeruãtes gloriã non imerito ſunt conſecutæ. Nã proſperitatis quidẽ facile eſt reperire participes: aduerſitatis uero ni optime ſint mulieres: participes eſſe renuũt. Ob quæ oĩa multomagis decet uirũ in honore habere: nec illum cõtẽnere ſi ſacra pudicitia: & opes animoſitatis filiæ ſcḋm Herculem nõ ſequant̃. Mulier igitur huiuſmodi ſeſe moribus ac legibus cuſtodire debet.

Vir autẽ uiceuerſa leges ſibi reperiat ad uxoris uſum: quæ tanq̃ filiorum uitæq; ſocia in uiri domum peruenit natos relictura genitorum uiri ſuiq; nomina habituros quib⁹ quid ſancti⁹ eſſe: poteſt autem circa quæ magis ſtudere uir ſanæ mẽtis: q̃ ex optima laudabiliſſimaq; muliere filios procreare ſenectutis paſtores quaſi optimos ac reuerentes patris matriſq; cuſtodes ac totius domus ſeruatores. Educati ſiqdem recte a parẽtibus



per ſanctos & iuſtos boni merito euadent. Contra uero ſi fiat ſentient detrimẽtum hi. Si enim parentes exẽplum uitæ filiis præſtent: euidentem excuſationis cauſam erga ſe illis relinquunt. Ac timendum eſt ne contempti a filiis quaſi non bene uixerint: in ſenectute deſerantur. Quapropter nihil prætermittendum eſt: quod ad uxoris pertineat diſciplinam: ut & q̃maxime fieri poteſt optima filios generet. Nam agricola quidem nihil omittit quo ſemen in optima terra: ac maxime exculta ſerat. Sperans ita demũ fructus optimos inde ſe recepturum. At ſiqua uis imminet mori præliãdo magis uult aduerſus hoſtes q̃ illius uaſtationem pati: & huiuſmodi mores laudantur maxime. Cum ergo tanta adhibeatur cura pro corporis eſca. quid pro liberis & matre educatrice: nõne protinus omne ſtudium fuerit adhibendum. Hoc enim ſolo hominum conditio mortalis per ſucceſſionem ſempiternitatem conſequitur: omniaq; parentum uota huc tendunt. Quamobrem qui iſta negligit: & deos ipſos uidetur negligere: propter deos igitur quibus præſentibus ſacra fecit & uxorem duxit: ac multomagis ſe poſt parẽtes uxori tradidit ad honorem: maximus autem honor eſt ſobriæ mulieri ſi cernat uirum ſuũ obſeruantem ſibi caſtitatem: nec de ulla muliere magis cogitantẽ: ſed præ cæteris omnibus hanc & ſuam & fidam ſibi exiſtimantem. Tanto enim magis ſtudebit mulier ſe talem præſtare: quanto ſe cognouerit fideliter atq; iuſte a uiro diligi. Ergo prudentem ignorare non decet: qui parentibus quiue uxori & filiis honores conueniant: ut tribuẽs unicuiq; quæ ſua ſunt: iuſtus & ſanctus habeatur. Per grauiter enim unuſquiſq; fert honore ſuo priuari: nec ſi aliena qui permulta tribuat contentus erit: ſi ſua ſibi auferantur: nihil uero magis auferãtur. Nihil uero magis ſuũ eſſe uxoris: nec magis illa a uiro præſtandum q̃ ſancta & intemerata ſocietas. Quapropter non decet hoĩem ſanæ mentis ubicunq; contigerit ſemen exponere: ne de uilibus & iniquis ſimiles liberis legitimis ꝓcreentur. Ex quo & uxor honore ſuo priuatur: & filiis iniuria fit ac ſibi pro his omnibus dedecus incumbit. Appropinquandum uero eſt uxori cum magna temperantia atque modeſtia: ſitq; pudor in uerbis: in operibus uero fas atq; honeſtas: in conuerſatione fides & moderatio: praua quidem peccata: & ſi uoluptaria fuerint ignoſcendo: ſiqui uero per ignorantiam deliquerit: cõmonefaciendo. Nec metum incutiat ſine uerecundia & pudore: hæc enim meretrices ad mechos pati decet. At uero cum uerecũdia & pudore iuſta diligere & timere id ingenue eſt mulieris erga proprium uirum. Duplex ẽ enim timoris ſpecies. Vna cum reuerentia & pudore qua utuntur ad patres filii modeſti: & ciues bñ morati ad beniuolos gubernatores. Altera cũ inimicitia & odio: ſicut ſerui ad dominos & ciues ad tyrãnos iniuſtos & iniquos. Ex his quoq; omnibus meliora eligẽs uxorem ſibi conciliet ac fidelem probamq; efficiat: ut ſiue ꝑſens ſit uir: ſiue abſens: non minus utilis ſit quaſi ſemper adeſſet: tanq̃ rerum cõium curatores. Et quando uir abeſt ut ſentiat uxor nullum ſibi neq; meliorem neq; cõmodiorem neq; magis ſuum eſſe q̃ uirum: oſtendatq; hic ab ipſo initio ad cõe bonum ſemper intendẽs: q̃uis puella ſit ac noua in talibus. Et ſi ipſe ſibi maxime dominetur: optimus totius uitæ rector exiſtet & uxorem talibus uti docebit. Nam neq; amorem: neq; timorem abſq; uerecundia laudabit Homerus: ſed ubiq; amare præcepit cum modeſtia & pudore. Eo quidẽ modo Helenam timere Priamũ inquit ita dicentem.

O metuende mihi ſemper: ſemperq; tremende.

Chare ſocer.

Nihil aliud dicens q̃ eã cũ pudore diligere. Rurſus uero & Vlyſſes ad nauſidem iquit.

Te mulier ualde equidem admiror & metuo.
Cenſet autem Homerus uirum & uxorem ſic inuicem ſe habere debere: nam nemo de
teriorem ſe admiratur ac ueretur. Sed huiuſmodi affectus accidũt inuicem melioribus
& natura benignis: minoribus tamen ſapientia ad ſe meliores: hunc animũ Vliſſes er-
ga Penelopem gerens abſens: licet nihil deliquit. Propter Chryſeidem erga propriam
peccauit uxorem auſus dicere in contione græcorum. Captiuam mulierem nec natura
præſtantem immo ut plane dixerim barbaram in nullo Clytæmneſtra deteriorem eſſe
ex qua cum liberos haberet non recte ſeſe gerere uiſus eſt. Quomodo enim recte qui an
teq̃ ſciret qualis erga ſe foret. ui ductam ſibi illam coniunxerat. At Vlyſſes rogante At
lantis filia ut ſecum maneret ac ſempiternam pollicente: ne ob id quidem prodire uo-
luit uxoris affectum: & amorem & fidem maximam ſibi ſupplicium arbitratus ſi ma-
lus dum eſſet immortalitatem haberet. Cum Circe etiam manere noluit q̃q̃ inſuper ſo-
ciorum ſalutem pollicente. Immo reſpondit nihil ſibi dulcius uideri poſſe q̃ primam li
cet incultam & aſperam. Magiſq; optauit mortalem uxorem filiumq; uidere q̃ fieri ip
ſum immortalem. Sic ille firmam ſtabilemq; uxori fidem ſeruabat pro quibus merito
ab uxore eadem reportabat. In oratiõe quoq; illa quam habuit ad Naſicen apparet poe
tam maxime probare uiri & uxoris pudicam ſocietatem: præcatus eſt enim deos ut da
rent illi uirum & familiam & unanimitatem cum uiro: non quamlibet ſed honeſtam.
Inquit enim nihil melius eſſe poſſe hominibus q̃ ſi concordi uoluntate uir & uxor do-
mum gubernarent: & hic igitur ut patet laudat poeta unanimitatem mutuam uiri &
uxoris non eam quidem quæ circa improba obſequia: ſed eam quæ animo & pruden-
tia iuxta coniuncta eſt. Nam uoluntate domum gubernare hoc deſignat. Idem etiam
inquit quod cum huiuſmodi inter uirum & uxorem uiget concordia: inimici quidem
eorum angũtur plurimum: amici uero permagna ſuſcipiunt gaudia. Quem tanq̃ ue-
ra dicentem probant. Nam uiro quidem: atq; uxore circa res optimas concordi ſtu-
dio uacantibus neceſſe eſt utriuſq; animos idem ſentire. Deinde propter cõcordiam po
tentes facti & inimicis ſpem auferunt & amicis proſunt: quod ſi ipſi diſſident: amici
quoq; diſſidebunt: & infirmitatẽ ipſi ſentient maxime. Itaq; manifeſte præcepit poeta.
Virum & uxorem in his quæ improba & impudica ſunt ſibi inuicem conſentire nequa-
q̃ debere. In his uero quæ q̃ maxime fieri poteſt pudica ſunt & iuſta / concorditer ſibi
inuicem inſeruire. Studentes primo quidem curam omnem parentibus exhibre. Vir
quidem uxoris parentibus non minus q̃ propriis. Vxor autem uiri. Deinde filiorum
& amicorum & rerum domuſq; totius tanq̃ communis curam habeant ſeipſos ſtudio
& diligentia ſuperare certantes: & quiſq; plurimorum bonorum ſit auctor & cauſa:
meliorq; exiſtat: & iuſtior depoſita quidem ſuperbia. Induſtria uero ſuſcepta cum be-
nignitate & manſuetudine gubernantes: & cum ad ſenectam peruenerint depoſito ad-
miniſtrationis honore & conſpiciendis liberati poſſint etiam ſibiipſi inter ſe: ac filiis ſu
is rationem reddere. Vter eorum magis profecerit in familie gubernatione. Ac ſtatim
ſcire per fortunam malũ: aut per uirtutẽ bonum in quibus ſuperauit maximũ prœmiũ
Pindar) a diis conſequuntur ut Pindarus inquit. Dulce enim cor & ſpes mortalium ſibi multi-
plicem alit uoluptatem: ſecundum uero a filiis in ſenectutem fœliciter educari. Qua-
propter & priuatim & publice decet eum qui uitam gerit ad omnes deos hominesq; re-
ſpicere eſt. Multumq; & ad uxorem & ad filios & parentes.

Explicit Liber Oeconomicorum.

Leonard) Aretinus



Leonardi aretini Liber de moribus / ad Galeotum uirum egregiũ: quẽ traduxit de græ
co in latinum ex dialogo Ariſtotelis ad Eudemium.

SI ut uiuendi Galeote ſic etiam bene uiuendi cura nobis eẽt: in
finitos pene labores: quibus ſtultitia æſtuat humana: tanq̃ ſu
perfluos & inſanos fugiẽdos longe omittẽdoſq; putaremus.
Nunc autem noſter error ab eo manat q ſine propoſito fine
uiuimus. Et uelut in tenebris cæcutientes non tam per callem
aliquem proſpectum & certũ: quã per oblatam nobis ſemi-
tam fortuito ambulamus: ſæpe quo noſtri ferãt greſſus nec ip
ſi quidẽ ſciamus edicere. Itaq; & conatus ſæpe nos pœnitet no
ſtri. Et frequentes pariter aſſecuti quo torquemur nihil ſolidi
nanciſcẽtes: in quo ſtulta hominum appetitio conquieſcat. Eſt. n. ueri boni a natura no
bis ingenerata cupido. Verum confuſa illa quidem atq; incerta: fallacibuſq; opinioni-
bus tanq̃ tenebris quibuſdam obducta: quibus occæcati atq; decepti per deuia oberra-
mus. Sed aduerſus hanc humani generis cæcitatẽ & tenebras opem a philoſophia pe-
tendum eſt. Quæ ſi forte nos dignata lumen ſuũ admouerit: hãc omnem: quæ nos tur
bat caliginem diſſipabit: ueramq; uiuẽdi uiam a fallaci diſcernet. Equidem memini pri
mis ab annis ſtudioſum te philoſophiæ fuiſſe. Verum illius quæ ad naturæ pertinet in-
dagationem: quæ & ſi eſt ſublimis atq; excellens tñ minus habet utilitatis ad uitam: q̃
iſta quæ ad mores hoium uirtuteſq; deſcẽdit: niſi forte inſtructior erit ad bene uiuẽdũ
qui pruinæ & niues & iridis colores queẽadmodum fiant didicerit: nihil amplius utilita-
tis hẽt q̃ ſi illa nũq̃ didiciſſet: haud emendatior erit eius uita: cui aues & piſces noti ſunt
q̃ ſi oĩno eſſent incogniti: ſimilia his ſunt cætera: quæ in illa tradunt. Habent. n. ſplen-
dorem cognitionis eximium: uitæ autem utilitatem non habẽt. At uero hæc altera phi
loſophia tota: ut ita dixerim de re noſtra eſt. Itaq; qui huius cognitione omiſſa philoſo-
phiæ intendunt: hi alienum quodã modo negocium agere uident ſuum omittere. Ego
igitur Galeote uehementer quidem te ad hæc ſtudia reuoco. Quid. n. pulchrius nobili
uiro & uirtutum ab ipſa natura amatori & intelligentia rõniq; præſtanti: q̃ ea diſcere: p
quæ ad caſum uiuere deſiſtat. Suas ipſe uias actuſq; diſcernat. Sed utrum iſta cohorta-
tione contenti non ultra ſcribemus: uel quaſi pſuaſio iam tibi addemus aliquid ĩtrodu-
ctionis cauſa. Hoc ego potius eẽ reor. Neq;. n. ĩuitãtis ẽ tepide agere: ſed rem ipſam ad
quã inuitat ultro offerre. Referã igitur ſermonẽ habitũ a me nuper cum Marcellino fa-
miliari meo. Nam cũ ille domũ ad me ſalutandi gratia ueniſſet: reperiſſetq; forte lecti-
tãtẽ: poſt prima illa amicorum cõſueta cũ uterq; cõſediſſet. Et qd libri hoc eſt inqt qd mo
do erat in manibus. Ariſto. inquã liber eſt ad Eudemiũ. Tria ſunt. n. ut audiuiſſe te cre-
do huius phi uolumina de moribus ſcripta. Vnũ ad hũc quẽ mõ dixi. Alterum ad Nico-
macũ filiũ. Tertiũ qd inſcribit magnorum moralium. Et ſi eadẽ oium uis eſt: tñ alibi eno
datius alibi remiſſius res ipſæ tractant. Recte inquit. At. n. oportune facta a te huiuſce
rei mẽtio ẽ. Aueo. n. iãpridẽ q ſit huius diſcipliæ pgreſſus & quaſi uiã cognoſcere necã
te hac datã mihi facultas eſt: a te de hocipſo arbitratu meo pcunctandi. Nũc uero qa ut
uideo ocioſus es: oſtende queſo de moribus diſciplina quid nobis pollicetur. Quid me
rogas ĩquam: ac nõ potius ipſe tu uel noſtrorum uel græcorum a quibus iſta tradunt ſcri
pta lectitas. Græce inqt neſcio: latina uero iſta noſtratia: ut tibi uerum fatear legẽtẽ me co
nantemq; nõ admodum iuuãt. Cõiecto. n. eſſe talia: ut inſtitutum potius erudire: q̃ ru

Aueo

dē inſtituere ab initio poſſint. Tu qui græco de fonte ut ait Flaccus hauſiſti: quæſo mihi
expone: hæc de moribus diſciplina quid eius ſectatoribus ſe promittat. Non munuſcu
lum inquam neq; lucellum: ſed rem maximam præſtantiſſimamq; omnium: beatos fa
cere homines: modo ſibiipſi non deſint. Sed agendo & operando illius præcepta iuſſa
q; ſequantur. Et quis non excitetur inquit tanta ſpe propoſita. Ardeo me hercule iam
nunc illis initiari ſacris. Quare agedum ede quid præcepit: longum inquam id quidē
& inſigne eſt. Caput tamen ac ſumma omniū: ut bene uiuas. Id uero non de menſa ſed
de mente ſumitur. Sed quoniam id te cupere animaduerto & adiuuari digna eſt hæc cu
piditas tua: conemur tale aliquid tibi tradere quale græci iſagogicum appellant. i. quaſi
introductionem ac euidentiam quandam eius diſciplinæ: quo paratior ad illam perci
piendam queas accedere ac dicere equidem iam ordiar. Tu uero ſi quid interdicendum
ambigis interpella. Prima igitur huius diſciplinæ conſideratio mihi uideri ſolet an qd
ſit extremum & finis in rebus humanis ad quem omnia quæ agimus referre oporteat.

Conſiderationes. 3. moralis philo.

Secunda quid ſit extremum. Tertia quibus rebus ad id perueniat. His. n. cognitis
& totius uitæ rationem: quemadmodum dirigenda ſit cognoſcemus. Quæ enim actio
num noſtrarum ad uerum finem referuntur eas & frugi & laudabiles dicimus quæ uero
fallaci opinione aberrant eas uituperamus atq; propellimus: ut autem de his dicere in
cipiam conſpicuum eſt plures in rebus fines eſſe humanis alioſq; ſub aliis contineri. Fi
nem autem appello cuius gratia quid agimus. Exēplo quoq; hoc ipſum faciamus illu
ſtrius. Parat quis nauem nauigandi cauſa. Nauigat autem: quo pecunias acquirat. Ac
quirere autem uult: quo opulentior fiat. Hanc ipſam opulentiam alterius gratia cupit:
uel honoris: uel potentiæ: uel ut nullius indigeat. Hic igitur uides tot eſſe fines: quot
ſunt actus: alioſq; ſubeſſe aliis. Idem eſt in cæteris operationibus noſtris. Semper enim
noſtra de fine in finem graditur quidem proceditq; intentio. Nec eſt dubium quin ſupe
rior finis præcioſior ſit: cum illius gratia inferiores appetantur. illud præterea conſtat:
nos omnia quæ agimus boni gratia agere. Ex quo fit: ut idem ſit finis & bonū. Sed an
cuncta alterius gratia uolumus & necubi conſiſtit appetitio noſtra uel eſt aliquis extre
mus & ultimus finis ad quem cum tandem peruentum fuerit appetitio conquieſcit. Fa
tendum eſſe aliquem: ne ſi forte negemus irrita & ſtulta probetur cupiditas noſtra & i
infinitum progreſſio: & multa perabſurda & inde ſequentur. Id ergo extremum ſi mo
do eſt aliquid: quod eſſe plane confitēdum eſt neceſſe eſt eſſe tale: nulla ut externa illece
bra ſed ipſum per ſe ſua ſponte nos incendat & rapiat in cupiditatem ſui quod propter
ſe expetatur ſemper & nunq̄ propter aliud: ad quod referantur omnia: ipſum autē nuſ
q̄. Erit igitur hoc ſummus finis & ſūmum bonum. Nam finem & bonum idem eſſe do
cuimus. Erit quoq; idem principium & cauſa. Inde ſi quidem motus eſt: cum eius gra
tia omnia omnes agāt. Intelligere mihi uideor inquit ac probe tenere: quare ad alia ſi ti
bi uidet progrediare. Age nunc inquam: id quid ſit extremus finis uideamus. Hoc enī
ſecundo erat loco in queſtione propoſitum. De nomine quidē inquit Ariſtoteles apud
omnes conuenit. Fœlicitatem enim uulgus eruditiq; appellant. Sed ipſa fœlicitas quid
tandem ſit: de eo ſane inter ſe diſcrepant: nec idē uulgus ſapienteſq; tradiderunt. At enī
ne ſapiētes quidem. Nulla. n. unq̄ de re fuit inter philoſophas tanta contētio. Nam alii
uoluptatem eſſe id extremum & ultimum quod per ſeipſum expetitur: & cuius cā cæte
ra agimus aſſeuerant: eſſe qdē inſitum mētibus noſtris ut oīa faciamus atq; patiamur:
quo poſtea in gaudio & lætitia cōtenti & qeti uiuere poſſimus. Ea autem ē ſūma & mœ
ta uoluptas. Ex quo fit ut principia uel appetendi aliquid uel fugiendi a uoluptate. do



loreq; proficiſci uideantur. Quare & ipſas quidem uirtutes ideo cenſent ab hominibus
exerceri debere quia affectrices ſint plurimarum uoluptatum. Contraq; cum delictorꝝ
ſcelerumq; conſciētia nos uexet & angat. Tum inanes cupiditates: quarum ſtultorum
omnis uita referta eſt: ſollicitent mētes & quietas eſſe nequaq̄ ꝑmittant: Itaq; eum eē ſa
pientis delictum aiunt ut prætermittēdis minoribus ſibi maiores comparent uolupta
tes: & doloribus paruis ſuſceptis maiores grauioreſq; repellant. In hac ferme ſententia
Eudoxus & Ariſtippus & Epicurus fuere: & ſi eorū alius plus: alius min9 tribuerit cor
poris uoluptatibus. His addiciendus eſt Democritus: qui obſcure quidem ac uerbo pe
ne inſolenti euthimiam ſūmum bonum eſſe dixit: quaſi tranquillitatem quandam ani
mi omni moleſtia uacātis. Alii uero in uſu uirtutis fœlicitatem poſuere: atq; ex eo beatā
conſtare uitam cenſent. Eſſe. n. quoddam proprium hominis opus ad quod agendum
natus ſit. Id aūt non eſſe uiuere quia cōmune ſit etiam plantis. Non ſenſum habere: qa
cōmune ſit etiam brutis: ſed uitā & actus ſm rationem: qua qui bene excellenterq; uti
tur. Is proprium opus ad quod natus ſit bene abſoluat eumq; bene uiuere ac bene age
re: in eoq; ſitum eſſe ſūmum illud hominis quod quærimus bonum. In hac ferme opi
nione Ariſtoteles & theophraſtus: & cæteri omnes peripatetici fuere. Sed cum quære
retur nunquid foret hæc uita in poteſtate ſapientis. i. an ſibiipſi per uirtutem hanc præ
ſtare uitam uir bonus poſſit. Multæ difficultates ſuboriri uidebantur. Fieri. n. poteſt ut
ſapiens & bonus uir & omnibus uirtutibus inſtructus atq; ornatus in exilium: in orbi
tatem: in egeſtatem detrudatur amiſſa patria: ablato patrimonio: filiis propinquiſq; ne
catis. Præterea ut in carcerē tyrāni: ut in eculeū: ut in ſupplicia grauia & miſeranda inci
dat. Hunc igit̄ q̄q̄ uirtutibus abundantem: tamē beatum dicere tantis in malis quis po
teſt. Quod ſi ita eſt: nec uirtus ipſa ſatis uidetur ad beate uiuendum. Ob hæc ii de qui
bus loquor philoſophi. Tria bonorum genera diſtinxerūt. Animi. Corporis. Extrema.
Fœlicitatem in bonis animi reponunt: quæ ſunt maxima ac præcipua bona. Corporis
autem & externa adeſſe homini oportere aiunt: non ut illa ex ſeſe beatam conficiant ui
tam: ſed ut ne operationes uirtutis in quibus beata uita conſiſtit impediantur. Etenim
ſuppliciis doloribuſq; affectum corpus: neq; contemplari quicq̄ nec agere permittunt:
& egeſtas exiliumq; multa impediūt: cum tanq̄ inſtrumenta deſint ad agendū. Quid
ergo miſer erit ſapiens in iis quæ ſupra enumerauimus malis. Certe nō miſer. Habitus
. n. uirtutis illum ab hac infami appellatione defendit. Sed nec etiam beatum in tantis
calamitatibus nuncupabo. Beata. n. uita omnis optabilis eſt & plena gaudiorum. Hæc
uero calamitoſa nequaq̄ optabilis: nec beata igit̄. Hæc peripatheticorum ferme eſt de
ſūmo bono: uitaq; beata ſententia: nec eſt dubium: quin & ſi parum tamen aliquid for
tunæ tribuat. Itaq; zeno: quiq; a zenone ſunt ſtoici (rigidi nempe homines & ſeueri) ali
ter de ſūmo bono opinati ſunt. Negant enim quicq̄ eē bonum præter honeſtum. In eo
q; conſiſtere uitā beatā affirmāt. Honeſtum aūt eſt quod bene & laudabiliter & ex uir
tute fit. Vt. n. qđ timide: quod libidinoſe: quod abiecte agit̄: turpe agitur ac dedecoris
plenum eſt ſic quod fortiter: quod continenter: quod ex dignitate agit̄: honeſtum: de
corum: pulchrum nuncupamus. Corporis aūt & fortunæ cōmoda negāt eſſe bona. Cō
traq; illorum icōmoda negāt mala eſſe. Virtutem. n. ſatis eſſe ad beate uiuendum pu
tāt: neq; carcere: neq; totmentis: neq; doloribus ullis: aut egeſtate exilioue beatā uitam
impediri. Virum. n. ſapientem ac uere fortem magno iuictoq; aio totum ex ſeipſo pen
dere: nec humanos caſus: neq; fortunæ minas expaueſcere: nec illis ſic accidāt unquam
frangi. Non enī exilium nec paupertatem: nec dolores mala eſſe ſapiēti: qm̄ ut nihil bo

Democriti ſumu bonu

Notandu

Notandu ſumme

Stoici qua ponant ſe honeſtatem

num præter id quod honeſtum & cum uirtute ſit: ſic etiam nihil malum: niſi quod tur
piter & cũ uitio fit: quod in ſapiente cadere nequaq̃ poteſt. Quod ſi fortunam metuat
qs: nunq̃ erit beatus. Cũ & ſi non facta attamen faciẽda formido illius mutabilitatis ſol
licitũ reddat. Hæc ferme eſt ni fallor ſtoicæ diſciplinæ forma. Neſcio an uera: ſed certe
maſcula: atq; robuſta. Percurri tibi ſnĩas oẽs de ſũmo bono: quæ tãdem cognitu dignæ
uideãtur: de q̃bus ſcire uelim q̃d tãdem exiſtimes. Ego ne inquit: Fatebor tibi q̃d mi-
hi acciderit: ſingulis dum a te referebãtur me me totũ addixi. Nã uoluptate & uacuita-
te doloris: quæ prima fuit ſnĩa nihil optabilius uiſum eſt. Quid enim beatius aut eẽ aut
excogitare poſſit: q̃ uita gaudioꝶ plena oĩ moleſtia detracta. Aut q̃d deorum ĩmortali
um uitæ ſimilius imaginari poſſimus. Qui cum ſint uere fœlices atq; beati hoc beatita
tis inſtar nobis mortalibus reliquiſſe uident̃. Rurſus uero cum ad uirtutis ſplẽdorem
oculos erexi: uictus excellentiæ laude uſq; adeo cõtẽpſi equidem ac poſt habui uolupta
tem ut etiam moleſtiis & doloribus comparãdã eã beatitudinem exiſtimarem. Corpo
ris uero cõmoda: externamq; proſperitatem rerum quaſi neceſſariam in bonis impone
bam. Ecce alteri exurgentes negant quicq̃ tale in bonis habendum dantq; homini po-
teſtatem ſeipſum per ſe in beatitudinem aſcribendi: quo quid optabilius eſſe poteſt. Ita
cum omnes ad ſe trahant ambiguus ſum quid maxime putem recipiendum. Non ẽ mi
rum inquam ſi tibi horum ſinguli probantur. Nam uulgus quidem philoſophorum q
abſurda dicebant iampridem auditores ſcholæq; ipſæ reſpuerunt. Illæ reſtant diſcipli-
næ quæ aliquid dicere uideantur: quæ & ſi uerbis pugnent re tamẽ & effectu proximæ
ſunt. Quomodo proximæ inquit. An poteſt quicq̃ eſſe diſtantius. Attende inquã
an tibi proximitatem hãc ſatis probare uideor. Primum enim ſtoici a peripatheticis dif
ferunt. Vtriq; profecto beatæ uitæ dominam effectricemq; uirtutem conſentiunt. In
hoc fere totum eſt & qui in uno hoc conſentiunt uix aliis diſſentire poſſunt. Nã de cor-
poris externiſq; cõmodis quæ alii bona appellant alii non bona: id modo refert quantũ
quiſq; illis tribuerit. Si non plus hi q̃ illi de uerbo differẽtia eſt / non autem de re: ꝗ alte
ros uſitatum uerbum delectat: alteros nouũ. Quæ.n. hi bona & mala. Illi præſuppoſi
ta & reiecta appellant. De fortunæ modo tormentis doloribuſq; corporis diuerſitas
eſt & quidem non magna. Peripathetici.n. nõ a quibuſuis calamitatibus depelli uitam
beatam putant / ſed ab ingentibus & multis. Et hæc ipſa ſi accidant ſapienti nequaq̃ eũ
fieri miſerum dñt Stoici uero etiam in his ipſis calamitatibus beatum aſſerunt. Vides
ergo q̃ parum interſit inter hos duarum ſectarum magiſtros. Quin etiam uoluptatis
patroni non multum ab his diſcedunt. Fœlicitas enim abſq; uoluptate eſſe non poteſt.
Adeo.n. implicata eſt illi & annexa uoluptas: ut ſeparari nequeat. Nomẽ certe ipſum:
quo beatitas deſignatur a gaudẽdo apud græcos tractum eſt: quaſi uita quædam gau-
dioſa. Actio uero uirtutis ſcientiaq; & contẽplatio: conſcientia deniq; ipſa recte factoꝝ
immenſas quaſdam continet uoluptates: ut dubium fiat / an hæc propter illam / an illa
propter hæc expetãtur. Clamat.n. Epicurus ipſe: non poſſe cum uoluptate uiui niſi iu-
ſte: temperate prudenterq; uiuat̃. Nec rurſus iuſte temperate prudenter niſi cum uolu
ptate. Ita cum tres ſint philoſophoꝝ ſectæ: omnes profecto / aut idem / aut prope quod
de ſũmo bono dicere uident̃. Quare non multum tibi formidandum eſt: ut dum alte-
ros ſectaris: ab alteris contingat te abſcedere longius. Perq̃ gratum mihi eſt inquit:
hanc ut ita dixerim conciliationẽ philoſophorum audiſſe. Nec placuit mõ tua de hiſce
rebus diſputatio. Verꝰ etiam placuit inquietam mẽtem: cuinam potiſſimũ inhæret hæ
ſitantem. Sed reſtat iã tibi tertia illa pars quũ ſit ne finis aliqs extremus & ſũmus & q̃d

Præſuppoſita
Reiecta

Tres philoſophorũ ſectas idẽ prope ſentire de fœlicitate. Peripateticorũ Stoicorũ. Epicureoꝝ

/ t. placuit aut pacauit



ſit conſpexerimus: ut nunc quibus rebus ad illud ueniatur oſtendas. Tute inquã ip-
ſam ipſe uiam non ex ſuperioribus dictis iam hinc diſcernas. Diſcerno inquit. uirtu-
tes enim beatæ uitæ dominas effectriceſq; conſentio. Sed tñ de his ipſis audire percu-
pio. Audi igitur inquam & ſi non ad uiuum reſecare propoſitũ eſt & quãtum ad cui
dentiam nunc ſat erit breui diſcurſu perſtringere. Hoc ipſum inquit nunc poſtulo.
De ſingulis uero ſi ambigam alias. Quũ per uirtutes ad beatam uitam perueniat (ab
his.n. honeſtas uoluptaſq; uera exiſtit) de uirtutibus ipſis dicere aggrediar. Atq; illud
primum a nobis intelligendum eſt: uirtutem oẽm eſſe affectionem animi conſtantem:
quem cõmuni nomine habitum uocãt. Vt.n. equum ſic a natura generatum uidemus:
ut currere & in girum flecti: & portare equitem poſſit. Hæc tñ ipſa non perfecte agit:
niſi cum domitus & exercitatus eſt atq; ita aſſuefactus: ut illa bene & ſcienter agat. Tũ
enim perfectum quoddam habere uidetur. Sic & homo a natura aptus: per exercitatio
nem & aſſuetudinem habitũ iuſtitiæ & temperantiæ: cæterarũq; uirtutum nanciſcitur.
Vt tunc demum perfectum ab uſu ſit: quod a natura fuerat inchoatum. Et de uirtute
quidem omni. In hunc fere modum accipiendum eſt: habitum. ſ. eſſe animi exercitatio-
ne uſuq; acquiſitum ut perite & ſcienter opus ſuũ pficiat. Virtutũ uero ipſaꝝ prima p-
titio. Vt aliæ ſint moris: aliæ intellectus. Conueniũt uero in eo: q̃a omnes ſunt habitus
differũt autem quia morales fiunt in ea pte animi quæ non hẽt rõnem. Intellectiuæ aũt
in ea parte quæ rõnem hẽt. Præterea morales uirtutes: mediocritates quædã ſunt inter
exceſſum & defectum. Intellectiuæ ãt exceſſum non habent: nec ſunt mediocritates. In
ſuper morales circa affectus & actus. Intellectiuæ circa ueri depræhenſionẽ magis uer
ſantur. Sunt uero intellectiuæ uirtutes quinq; / Sapientia / Scientia / Prudentia / Intelli-
gentia / Ars. Moralium autem maior eſt numerus. Vt.n. affectus ſunt hũani q nos in
flectũt & ducũt. Ita uirtutes aduerſus hos oppoſitæ reſiſtũt. Ex quo fit ut morales qui-
dem uirtutes omnes circa difficile arduumq; uerſent̃. Difficile eſt.n. libidines quaſi fre-
no compeſcere. Difficile iracundiam tenere. Difficile auaritiam coercere. Idem ẽ de aliis
affectibus noſtris. Ad quæ.n. proni natura ſumus: aduerſus illa uirtutes opponuntur.
Nil agas timide dicit uirtus: nil intemperãter: nil auare: nil iracunde: nil inique: nil ab
iecte. Grande potius quiddam tibi propoſitum ſit. Et ſi adſint facultates: magnificen-
tia ſplendeat. Honores uero ita proſequere ut declines ambitionem: ueritas & in om-
ni ſermone & in omni uita eluceat. Præterea caue: ne te uirtutis ſpecie decipiat uitium.
Inconſulta audatia fortitudo non eſt / ſed temeritas & ueſania. Tãq; eſt in uitio qui non
timenda formidat: q̃ qui timenda omnino non expaueſcit. Sit timor in periculis: ita ta
men ſi perferenda ſint ut ratio ſuperet: uincatq; terrorem. At graue eſt uulnera excipe-
re: graue mortem obire. Sint ſane iſta ſi ita uis iam grauiſſima tamen incidunt in tem-
pora in quibus honeſta mors turpi fuerit uitæ a ſapiente præferenda: & uulnera p glo-
riam excipere præſtet: q̃ per ignominiam corpus integrum ſeruare. Hinc fortitudo illa
mirabilis exiſtit: ſpecioſiſſima profecto uirtus. Oratorum cãpus: quæ tanto fauore ho
minum excepta eſt: ut etiã defunctorum ſtatuas uideamus ferre habitu militari: quaſi
pclarum ſit hoc potiſſimum genere laudis in uita claruiſſe. Cõe certe uirtutis nomẽ for
titudo ſola in ſuã propriã appellationem conuertit: nec ſane immerito. Virtus.n. a ui-
ro dicit̃. Vir ãt conſtãs aliquid & pugnax deſignare uidet̃. Itaq; illud in promptu eſt.
Si uiri eſtis. i. ſi fortes. Et cæſar milites increpãs inq̃t ſe nõ tm̃ uirtutem in milite deſide-
rare quãtum modeſtiã: uirtutem haud dubie pro fortitudine ponere. Itaq; ut in multis
aliis: ita ĩ hoc præclarius græci q̃ nos. Fortitudinẽ.n. illi andrian uocant. Id ĩportat: ut

Virtus q̃d

Virtutum aliæ morales aliæ intellectuales & q̃ differant.

uerbū de uerbo exprimā uirilitatem. Nam temperātia cōmunis quidem eſt: nec uiri ſo
lū ſed ēt mulieris. Fortitudo āt ꝓpria uiri: uerſat̄ aūt tēperantia circa libidines cōpeſcen
das. Atq; ut fortitudo a fuga nos reuocat: ſic tēperantia ab inſequēdo coercet ut quodā
modo inter ſe cōtrariæ. Vna ad ꝑliū cohortari: aliā receptui cauere uideat̄. Eſt aūt tēpe
rātia circa eas uoluptates q̄ nobis cōes ſunt cū cæteris animantibus. Ex quo non ꝓprie
q̄dem hoīs uoluptates: ſed magis ſeruiles beſtialeſq; habent̄. Dicimus de affectibus aī
in metu & libidine. Quid auaritiæ nōne arduū eſt frenū imponere. Aduerſus quā imo
derationē uirtus eſt quā dicimus liberalitatē. Ea eſt mediocritas quædā in acq̄rendis ero
gādiſq; pecuniis: remota quidē ab auaritiæ ſordibus: remota ēt a ꝓdigalitatis amentia.
Auaritia. n. eſt nimia acq̄rendi cupiditas. Et remiſſior q̄ oportet expendendi cura. Hæc
aūt duo contraria in prodigo. Nā & diſſolutus in acquirendo & ꝓfuſus in largiendo ē.
Hoꝝ medius liberalis ubi & q̄n & quātū capiendū erogādūq; ſit tenet: & rōnem ſecu
tus: habitū iam iſta agendi contraxit. Sed ut circa pecuniaꝝ cupiditatē liberalitas. Sic
& circa cupiditatē honoꝝ: alia q̄dam uirtus exiſtit ambitioni contraria nomen nequaq̄
ſortita. Sunt. n. quidā plus q̄ oportet honoribus inhiantes: quos dicimus ambitioſos:
hi fere idē in honoribus faciūt q̄d auari ī pecuniis cōparādis. Alii & quos honeſte conſe
qui poſſunt honores abiectione quadā animi prætermittūt. Inter hæc uitia uirtus eſt q̄
dam intellecta quidē apte ſed nō aperte nominata. At enim & liberalitati & huic uirtu
ti: quæ eſt circa honores duæ præclariſſimæ uirtutes cōiunctæ ſunt magnificētia & ma
gnanimitas. Quaꝝ magnificētia ſublimior quædā liberalitas eſt circa ſumptus ingen
tes & magnos: ut ſi quis ad uſum populi theatrū ædificet aut ludos exhibeat: megalen
ſes: aut gladiatoꝝ munus: aut æpulū publicū. Hæc. n. & huiuſmodi: quæ priuatum ſu
pra modū excedūt ſplēdorem quendā habent eximiū: nec liberalia mō ſed ēt magnifica
dicunt̄. Magnificentia igit̄ ad liberalitatē talis eſt. Eodemq; mō magnanimitas ad illā
aliā uirtutē: quæ circa honores uerſat̄. Eſt. n. fere eadē niſi q̄ magnitudine animi ꝓpoſi
toq; ſublimi excedit: ut ſi maximi ſit dignus ſit maximos ſibi honores arrogare non ue
reat̄. Proxima eſt manſuetudo & ipſa quoq; aduerſus cupiditatē conſtituta nō pecunia
rum nec honoꝝ ſed uindictaꝝ. Eſt. n. ira ulciſcendi cupiditas: cui reſiſtit māſuetudo ne
plus minuſue æquo efferat̄. Huius exceſſus iracundia: defectus uero ſegnities: utraq; ī
uitio. Mediocritas uero laudabilis: quæ & pro quibus & aduerſū quos: & quantū opor
tet iraſcitur. ¶ Hic ille ſublatis in me oculis: quaſi admiraret̄: mediocritatem īquit iſtā:
cæteræ quidem uirtutes quæ adhuc a te cōmemoratæ ſunt recte ſuſcepiſſe uidebantur.
Manſuetudo aūt admiror ſi hāc ſuſcipiat mediocritatē. Iā. n. ſi hoc fatemur: illud quo
q; confitendum erit. Irā quandā eſſe laudabilē: de quo ut tibi ueꝝ fatear ualde equidem
ſubſiſto: quas uero cauſas ambigēdi habeam ſi non tibi mea hæc interpellatio moleſta
ſit conabor exprimere. Tu uero inquam arbitratu tuo. Nō enim mei cauſa ſermo hic
inſtitutus eſt: ſed tui. Puto igit̄ inquit nullam iram eſſe laudabilē: q̄ ſi non laudabi
lis: neq; cū uirtute: q̄n omnis uirtus laudabilis eſt: uirtus. n. excellentiam & præſtantiā
dicit. Nihil uero eſt oīum: q̄d non abſq; ira melius faciāt homines q̄ irati. Quid. n. ē ira
niſi ebullitio q̄dam & concitatio maturo/ſtabiliq; cōſilio/& trāquillitati rōnis aduerſa.
Itaq; non alia tā crebro pœnitēda hoībus īcidūt: q̄ illa quæ per iram gerunt̄. Nā recta
q̄dem illa rō: qua nulla carere uirtus pōt: ſedationem aī ſerenitatemq; req̄rit. Ira uero ꝑ
turbat & concitat: ut non ſolū mentis iudicium ſed corporis ēt laudabilem ſtatū puer
tat. Illa quidem atq; detorqueat: Furētes oculi: & trementia labra: uerba īterrupta atq;
infracta: iactatio brachiorum inſana: progreſſio amens: hæc aūt (ut pace tua dixerim)

furori

*[marginal notes in hand: "Irā temperatam uirtutē eſſe & mediocritatē"; "Hæc omnia ex Seneca compilata"; "Nō mei cauſa ſermo hic inſtitutus eſt ſed tui"]*



furori propiora mihi uidentur q̄ uirtuti. Atq; ꝑ abſurdū eſt: rectam q̄dem rationem
in uirtutibus dominari dicere. Iram uero quæ nos a recta ratione dimouet in uirtutib9
eſſe aliq̄n fateri. Et hunc ſeruaturū eſſe modum in rebus agendis credere: qui in ſeipſum
modū non ſeruat. Videntur porro & ſapientes uiri hoc ipſum quod modo dixi aptiſſi
me teſtificari. Sūt enim ut uidemus libri cōplures aduerſus irā ab illis conſcripti. Qui
uero contra in iraſcentiam ſcripſerit. Nemo adhuc q̄ æquidem ſciā repertus eſt: quaſi
non iraſci laudabile ſit: iraſci uero uitioſum. Quod ſi irā nunq̄ eſſe laudabilem cōſtat:
ſequit̄: ut mediocritas nulla eius ſit: ſed omnem penitus huiuſmodi perturbationē ani
mi eſſe improbandam. ¶ Tū ego non ignoro inquā iſta ita dici ſolere ab hiis qui contra
peripateticos diſputant. Sed tn̄ refert quod quiſq; ſentiat. Quæris excādeſcentiam iſtā
uehementemq; iracundiā probē. Negabo quidē atq; deteſtabor. Quid. n. amētius: q̄d
furori ſimilius. Quæris rurſum num inīraſcentiam: & ſegnitiem in omni tp̄e laudem.
Hāc rurſus in uitio ducam atq; repræhendā. Etenim peto abs te: ſi ſeruus parentem
uerberet tuū: aut ſi uirgini uim afferat: nū tu hæc aſpiciens tranquillo animo eſſe debe
as: uel potius quodam motu animi ad infringendū illius cōtumeliam inſurgere. Rn̄de
bit profecto pietas ipſa & ratio repræhendendū eſſe te niſi pro tanta parentis filiæq; in
iuria indignationem ſuſcipias: & ad uindicādum cum acritate quadam uehementori ꝑ
citeris. Quid enim quæſo agat filius contumeliam parentis indignam cernens. Stabit
credo eodem aīo atq; uultu: quo fuerat prius: nec cū tā chariſſimi & cōiūctiſſimi iniuria
cōmouebit. Et quis non hunc deteſtetur atq; repræhendat. Ita fit: ut ira quædam non
nunq̄ laudabilis ſit: & non iraſci in uitio reponatur. Vr̄ porro neq; ſenſum neq; mentē
habere qui uſq; adeo hebes atq; diſſolutus eſt: ut neq; doleat neq; grauiter ferat: cum pa
tre cum parentibus cum filiis: cum cæteris: quos chariſſimos habere debeamus contu
meliæ inferuntur. Neq; ſane uerū eſt quod dixiſti: nihil eſſe omnium: quod nō abſq; ira
melius fiat. Iuuant. n. interdū: & certe decent ſtimuli quidā & motus animi uehemen
tiores: ꝓ indignitate flagitii non merito ſuſcepti: qui nos ad pietatē fortitudinēq; ipel
lunt. Nā q̄ ais: neminem adhuc inīraſcentiā ſcriptaſſe ignorare mihi Ariſtotelē uideris
qui ubiq; ſcriptorū ſuorū ſegnitiem & inīraſcentiā iſtā magnopere damnat. Itaq; ut tu
iracundum illum furenti ſic ego diſſolutum hunc & ſegnem mente capto aſſimilabo:
qui/nec ſentire/nec curare/nec affici ulla re uideatur. Sed hæc ſatis: ad reliqua inſtituti
opera aīs reuertamur. ¶ Diximus de manſuetudine atq; illius extremis. In uita aūt & con
uerſatione multi peccant. Nā reperiūtur quidā contētioſi: diſplicentes: duri: difficiles:
inhumani. Contraq; alii adulatores: placendi ſtudio omnia aſſentantes. Hæc utraq; ui
tanda ſunt. Media uero inter hæc uirtus eſt amicitiæ ſimilis: procul ab aſſentatione: ꝓ
cul a cōtentioſa aſperitate. Eodemq; modo & oſtentationem & ironiam in uita & in cō
uerſatione obeſſe conuenit: quarum altera in plus fictio eſt: altera in minus. Grauitas
uero harum mediocritas eſt: ſed ab oſtentatione remotior. Cum autem ſit in uita ceſſa
tio quædam atq; remiſſio (neq; enim cōtinuo laborare homo poteſt) ſolatiorum quæ
dam moderatio eſt. Nam ſi omnem refugis iucunditatem rusticus ſis: ſin autem iucun
di arripis occaſionem: ita ut nec honſtati nec dignitati parcas modo riſum mouere poſ
ſis ſcurra es. Inter hæc moderatio eſt quædam uirtus: quæ ab his comitas appellat̄. Sic
ter gemina ſunt uitia in conuerſatione hominum deuitanda: ne aduerſatores odioſi: ne
ue rurſus placentes adulatores ſimus ne fingamus oſtentando: neue rurſus minuendo
ironia utamur: neue procul ab omni iucunditate: neue rurſus ridiculi homines ſcurræ
q; habeamur. Iuſtitia uero duplex eſt. Vna perfecta quæ omnem complectit̄ uirtutem



*[marginal note in hand: "Iuſtitiā duplicē eſſe"]*

Altera ſingularis:in æquitate repoſita. Aequitas autem eſt:ut nec plus commodi:ne-
ue minus incommodi ſuſcipiatur. Hic ille patere quæſo inquit parumper: & in hoc
loco interpellari te. Cupio enim niſi moleſtium ſit:quamobrem pfectam uirtutem iu-
ſticiam dixeris intelligere. An forſitan aliæ de quibus ſupra dixiſti uirtutibus perfectæ
nō ſunt:ne fortitudo quidem illa:quam tu multis uerbis ornaſti:ꝙ ſi illæ perfectæ:cur
huic perfectionem potius attribuis:q̄ illis non plane intelligo. Iure tu quidem ambi
gis/inquam. Sed non omnia poſſunt in hoc tanto ac tam præcipiti diſcurſu explicari.
Iam a nobis dictum eſt:non eſſe propoſiti noſtri:ut ad uiuum ſingula reſecemus. Sed
tanq̄ introductores aliqui euidentiam quandam & præguſtationem rerum in præſen-
tia tradere. Quod tamen de perfecta requiris uirtute:ſcire debes: bifariam dici pfectā.
Vno quidem modo:ut inchoate opponitur nec enim eſt dubium nos ad iuſticiā/& tē
perantiam/& fortitudinem/& liberalitatem/quodammodo natura aptos ꝑduci:uſus
tamen/& aſſuetudo/exercitatioq; ipſa(ut de equo diximus)ita nos afficit:ut tunc iam
perfectum ab uſu ſit:quod a natura fuerat inchoatum. Iſto quidem modo omnis uir-
tus perfecta eſt neq; minus aliæ quam ipſa iuſticia. Alio modo perfecta uirtus dicitur:
quæ omnem omnino uirtutem continet & complectitur. Talis uero eſt iuſticia illa de
qua primo diximus. Eſt enim ſm leges obſeruatio quædam:leges enim cunctarum uir
tutum opera iubent & uitiorum omnium facinora uetant. Nam & quæ ſunt continen
tiæ:ut non committas adulterium non flagitium facies. Et quæ ſunt fortitudinis:ut nō
fugies in acie:non deſeres locum:non arma abiicies. Et quæ ſunt manſuetudinis:ut nō
iurgia dixeris:non pulſabis:non contumelia afficies. Et ſic de aliis uirtutibus & uitiis:
illas iubendo:& iſta uetando. Quæ uero a legibus proficiſcūt̄ iuſta ſunt. Itaq; illa pars
iuſticiæ:quæ eſt legis cuſtos & obſeruatrix uniuerſalis quædam eſt & uſum omniū uir-
tutum in ſe continet. Atq; ideo perfecta dicitur:ꝙ nullius uirtutis uſus illi deſit: quaſi
completa quædam & abſoluta uirtus. Alia uero iuſticiæ pars:quam in æquitate repoſi-
tam diximus particularis eſt:ut non plus commodi neu minus incōmodi ſuſcipiam9.
Eſt igitur iuſticia duplex. Vna uniuerſalis uirtus:altera ſingularis. Prima eſt illa ſplen-
dida:de qua Euripides inqt. Neq; lucifer neq; heſperus eſt ita mirabilis. Altera uero nō
plus fermē laudis in ſe habet q̄ una cæterarum uirtutum. Mihi quidem inquit hæc ꝑ
iucunda fuere:& mandaui memoriæ:quæ dixiſti. Sed nunc quod reliquum eſt intelle-
ctiuas expecto uirtutes. Vnum adhuc reſtat inquam:quod ignorare te nolo poſtea
ad intellectiuas tranſibimus. Quid eſt inquit. De continentia inquam & incontinētia
dicere:quæ res difficultatem habet & pleroſq; fallit:& utilitatem non contemnendam
eius cognitio affert. Continentia igitur non eſt illa quidem uirtus:ſed finitimum quod
dam & proximum. Oſtenſum eſt enim prius omnem uirtutem eſſe habitum. Continē
tia uero habitus non eſt. Itaq; nec uirtus dici poteſt. Verſantur autem continentia & in
continentia in his quibus temperantia & intemperantia. Abſtinet quis a iucūditate ſen
ſum indebita:ſi diu hoc egerit in habitum tranſit. Et tunc demum uirtus elucet tempe
rantiæ. Ante uero q̄ conſtitutus ſit habitus in ipſis operibus continentia eſt. Itaq; & do
lens abſtinet continens:nec ſatis firmus eſt aduerſus cupiditatem. Eodem modo incō
tinens nondum habitum uitii contraxit. Itaq; rationem diſcernit & principium tenet.
Superatur tamen ab affectu & in uitiis quodammodo captiuus adducitnr. De quo re-
cte poeta inquit. Video meliora proboq; deteriora ſequor. At intemperās in habitu ui
tii conſtitutus nec rationem iam nec principium tenet. Atq; ita corruptus eſt: ut puer
ſa natura rerum malum quidem bonum arbitretur:bonum autem malum. Itaq; eligēs



facit intemperans:incontinens uero nequaq̄ eligens:quia rationē intelligit: ſed tamen
trahitur uiolentia cupiditatis:quæ in eo quidem eſt omni ratione potentior. Hn̄s nūc
de continentia & incontinentia:quæ breuiter dici potuerunt. Hæc eadem utilia ſunt &
in cæteris uirtutibus:ut habitum electionemq; in illis recognoſcas. Vitioſus enim om-
nis:qui habitum uitii iam confecit lumen cognitionis principiūq; amiſit. Quamobrē
malo gaudet:quia id bonum putat. Qui uero nondum habitum effecit ſe quidem ma
le agere intelligit:pugnatq; ſimul affectus & ratio atq; modo hæc/modo illa peruincit.
Placet igitur inter uirtutem & uitium:medias eſſe affectiones quaſdam:nundum ſatis
ſtabilitas. Vt modo ad hanc/modo ad illud inflectantur.

Nunc uero quoniam de moralibus ſatis dictum intellectiuas uirtutes breui
ter uideamus. Quarum nempe diſcuſſio prolixitatem exigit:breuitas autē
ſuſcepti operis compendium flagitat. Tanq̄ igitur digito illas monſtrātes
notare tantum ſingulas illarum contenti erimus. Quotiēs ergo de uirtute
propria loquimur:ſiue illa moralis:ſiue intellectiua ſit de animi uirtute:non autem de
corporis loqui nos intelligēdū eſt. Ipſi9 uero animi partes ſunt duæ. Vna rōnalis. Alia
non hn̄s rationem. Et rurſus quæ rationem nō habet:partim eſt uegetatiua,expers om
nino rationis:quam plantis etiam ineſſe conſtat:partim appetitiua cupiditatis & me-
tus:& affectionum omnium capax. quæ & ſi rationem non habet audiens tamē eſt pa
renſq; rationi. Hæc eſt enim illa pars animi noſtri quam increpamus errantem: quā co
ercemus elatam:quam excitamus iacentem:quam conſolamur afflictam:hanc nos di
rigimus & rationi obtemperare compellimus. In hac demum parte uirtus moralis fit:
quæ eſt habitus animi per aſſuctudinem acquiſitus/ut mediocritatem quādā in affecti
bus ſeruet. Irrationalis igitur pars animi duplex eſt:ut oſtendim9. Rationalis uero ēt
duplex. Nam eius una pars conſultiua eſt:altera ſcientifica. Conſultamus enim de iis
quæ aliter eſſe poſſunt. Scimus uero ea:quæ aliter eſſe non poſſunt in conſultationē nō
cadere. In hac itaq; rationali parte animi uirtutes intellectiuæ fiunt:atq; ut iſta diuidi-
tur. ſic illæ diſtinguuntur. Quinq; uero eſſe numero intellectiuas uirtutes ſupra dixi-
mus. Inter quas prudentia nobis prima occurrit cum ſuperioribus:quas retulimus uir
tutibus fere coniuncta. Eſt enim in rebus agendis recta illa ratio:quæ moralibus mode
ratur uirtutibus:quæq; extrema fugiens in mediocritate quadam laudabili conſiſte-
re facit nihil aliud q̄ prudentia eſt. Ex quo fit ut nulla moralium uirtutum abſq; prudē-
tia eſſe poſſit. Verſatur autem prudentia in his rebus quæ non ſemper eodem modo ſi-
unt:ſed alias aliter:in quibus etiam conſilium & electio locum habent. Nam de certis
& impoſſibilibus aliter ſe habere fruſtra quis aut conſultat aut eligit:itaq; & conſilium
& electio a prudentia eſt:res quod agendæ omnes conſilio electioneq; pendent. Vide
tur autem electio non aliis ferme ullis q̄ homini conuenire. Nam neq; beſtiis:quæ ſunt
infra hominem:quoniam ratiōe careant. neq; rurſus deo:quoniam ille puro intuitu ſin
gula diſcernens nulla de re ambigere poteſt. At conſilium & electio de re dubia eſt. Di
citur autem cum e pluribus in conſultatione propoſitis unum eligatur id eſt ſuſcipia-
tur. Fit autem hoc cum pluribus propoſitis commodis id quod uidetur maximum po
tiſſimumq; aſſumimus:aut cum pluribus propoſitis incommodis minime malum re-
cipimus. Hæc autem & tempus & accidentia uariant & rerum experientia conſiliū di-
rigit. Prudentia igitur de his eſt quæ aliter eſſe poſſunt. Scientia uero contra de his eſt
rebus:quæ ſemper eodem modo ſunt/& aliter eſſe non poſſunt. principia tamen non
tractat:ſed ab illis iam cognitis diſcurrit. Intelligentia uero principiorum eſt & circa il

la uerſatur: ſed ſapientia utraq; complectitur. nam & de principiis & de his: quæ a prin
cipiis manant iudicat & diſcernit. Itaq; recte diffinita eſt rerum diuinarum humanarũ
q; cognitio. O præclaram ſuppellectilem inquit: & quaſi diuinam quãdam intellige͂
tiæ ſiluam: quæ enim uel auditæ ſerenant animã: quid guſtatæ receptæq; efficiãt. Re
ſtat ars inquam quæ in eodem genere quo prudentia uerſatur. Sed in eo differt ꝙ ars in
faciendo eſt: prudentia in agendo. Enimuero cum plures ſint uirtutes ut diximus: con
ſtat alias ad ocioſam uitam in contemplatione repoſitam: alias ad negocioſam & ciui
lem eſſe aptiores. Sapientia enim & ſcientia: & intelligentia contemplatiuum alunt.
Prudentia uero in omni actione dominatur: utraq; ſane uita: laudes commendationeſ
q; proprias habet: contemplatiua quidem diuinior plane atq; clarior: actiua uero in cõ
muni utilitate præſtantior. Itaq; uel in priuata uel publica re. quæcũq; excellenter & cũ
laude: quæq; pro utilitate: aut noſtra: aut patriæ: aut hominum nobis chariſſimorum
agimus. Ea quidem omnia prudentia & ab his uirtutibus quæ ſunt cum prudentia co
pulatæ deſcendunt. Sed illud ante omnia intelligendum eſt: niſi bonus ſit uir: pruden
tem eſſe neminem poſſe. Etenim prudentia uera exiſtimatio circa utilitatem. Vera au
tem exiſtimatio incorrupta eſt. Tales uero ipſæ res: quales reuera ſunt niſi bono uiro ui
deri non poſſunt. Improborum ſiquidem hominum iudicia proinde ſunt: ut ægrotan
tium guſtus: qui nulla ferme in re uerum ſapotem agnoſcunt. Itaq; nihil eſt omnium
cui magis officiant uitia morum: q̄ prudentiæ. Sceleſtus enim & flagicioſus homo ue
ras mathematicæ demonſtrationes & phiſicæ noticiã retinebit. Ad prudẽtiæ uero ope
ra omnino cæcatur: & lumen uirtutis in hac una amittit. Atqui cõſtat: & hũc nihil uel
le niſi bonum: at in illo ipſo caligant oculi ꝙ bona putat quæ bona non ſunt. Videmus
alios tyrannide inhiantes. Alii rapinas fraudeſq; meditantur. Mecchi uero iſti & pede
raſte quid eſt quod pro libidine explenda non prætermittant. His ſi forte deus aliquis
cupiditatem illam: morbumq; animi euellat: ac uiri boni mentem iudiciumq; infundat
tanq̄ reſpiciẽtes lumenq; recipientes: quantis in tenebris uerſati ſint recognoſcent: ſuũ
q; ipſi maxime deteſtabuntur errorem. Propoſita etenim nobis in omni uita fœlicitas
eſt: eiuſq; cupido nobis ingenita. Ad hanc non per uitia & libidines: quæ nec laudem in
ſe habent ullam: nec quietate animum poſſunt ſed per uirtutes modeſtiamq; aſcendit͛.
Bono igitur uiro: rectum expeditumq; iter eſt ad fœlicitatem. Solus enim hic non fal
litur neq; aberrat. Itaq; is ſolus bene uiuit & bene agit. Malus autẽ contra. Si ergo bea
ti eſſe uolumus operam demus ut boni ſimus uirteſq; exerceamus.

Liber ~~Ariſtotelis~~ de moribus ~~ad eudemium~~ per Leonardum Aretinum ~~e græco in la
tinum traductus~~ finit.

Laus ſummo deo

# EPISTOLA

Georgius Valla Placentinus Clariſſimo equiti aurato: & utroq; iureconſulto iuſto ſe
liano iuſto Senatori Veronenſi. S. D. æternam.

NOmen iuſte tuũ ſingulare: lenitas præcipua tuæ erga me beniuolẽtiæ cre
bro abs te repetita memoria: mei in te mutui amoris pignus aliquid ſibi cer
te uiſa eſt depoſcere: & perinde uoluntati id animo mihi nihil qđ tibi grati
us: nec quod a me poſſet exhiberi ſuccurrit antiquius: q̄ ut diductis ac iam
patefactis ad amicitiã noſtrã foribus: magnis ethicis Ariſtotelis animi in ipſa noſtri ar
ctius reuincti tenerent͛: ſi qdẽ ei quẽ magno amore ꝓſeq̄rer. quiq; magnus ampliſſimo
uirtutum exurgeret faſtigio: cui mediocria ne dum parua ſordeſcere uiderentur: magna
profecto mittenda iure cenſuimus. Cum porro ethica nihil niſi de æquo & bono ediſſe
rant. hoc eſt in mediis iuſticiæ uerſentur penetralibus: ubi gentium: quo ue in loco ſedẽ
potuere ſibi firmiorem conſtantioremq; uendicare q̄ apud eũ qui genere: qui nomine ꝓ
prio diceretur iuſtus qui re ipſa iuſtus atq; adeo optimus haberetur proinde. Cum nec
Ariſtoteles apud quenq̄ alium magis de iuſto optet diſputare: nec opus de æquo & bo
no uſq̄ malit eſſe: q̄ apud tam multipliciter iuſtum: in ea cõfirmatus eſt animus noſter
ſententia: ut tibi potiſſimum magna iſta ethica cenſuerit deſtinanda hæc nimirum cum
nuper explicari a me poſcerentur. heſitauimus parum modo / quod compertum habe
remus / tentaſſe neſcio quem ipſa iampridem latina facere: eum cum exploratũ habuiſ
ſemus nec græca nec noſtra nouiſſe: mali interpretis more uerbum uerbo reddere ſtu
duiſſe: & ſenſus ariſtotelicos / quod fieri neceſſe fuit multa obruiſſe caligine: cũq; noſtra
peregrinis reſpondentia uerba ignoraſſe græcis abutendo aliam adhuc legentibus nu
bem non exiguam effudiſſe. deniq; barbaris ruſticiſq; dictionibus opus totum confu
diſſe: ut non tam tradidiſſe nobis Ariſtotelem q̄ plane iugulaſſe uideatur: adeo ut om
nes ab eius auerterit lectione. Cum aliquin ſit eiuſmodi opuſculum mirifica quadã gra
uitate / nec minus acumine refertum: ut uel doctiſſimum quenq; ad ſeſe potuerit alecta
re: in ſitu & ſqualore hactenus iacuiſſe dolentes in hominum conſpectum adducẽdũ
eſſe putauimus: ſi non quibus meritus fuerat paliis prodire amictum nõ tamen (ut re
mur) ſordidiſſimis. Ideo autem id quo multorum ex tuo hoſpitio aliorum: nedũ tuo /
non minus liberali / ac ſapienti quam iucundo frueretur colloquio. Nec ipſum pœnitue
rit Ariſtotelem in ea hoſpitium nactum eſſe ciuitate: unde olim latino eloquio tanq̄ ſa
luberrimæ effulxerint ſtellæ: ut Catullus: ut Victruuius: ut Plinius: ita pleriq; alii no
ſtra quoq; ætate: Domitius Calderinus iam functus uita. At uiui benedictus: qui iam
pridẽ Venetiis rhetor inſignis: Alexander benedictus eloquio & doctrina medicus pri
mas tenens: ut multis quoq; aliis floret Verona ingeniis. Nec præterea pœniteat tantũ
philoſophum in iſta clariſſima ciuitate hoſpitem acceptum eſſe iuſtorum domo: quæ
nobilitate antiqua illuſtris: operibus lautiſſima: dignitate florens: & uirtutum culmi
ne omnibus conſpicua: poſtremo penes iuſtum: qui in ea ſplendida familia tanq̄ iubar
doctrina eminet: ſenatoria grauitate renidet: prudentia ſapiens: iuſticia integer. Cun
ctis uirtutibus clarior q̄ ullis uerbis explicari poſſe uideat͛. Tu pariter iuſte mi optime
hunc philoſophum (ut ſoles doctos omnes) ita amplectere: loquentemq; audias: ut
tuo hoſpitio: tuoq; colloquio: ſicut fore non dubito: prædicet: nihil benignius: nihil hu
manius: & ubi quæ loquatur accuratius intentiuſq; auſcultetur eſſe nuſpiam. Ego autẽ
ut ſe mihi concredidit: ita ipſum tibi committo commendoq;. Vale.

# Ariſtotelis Magnorum ethicorũ Liber primus/Georgio Valla placentino interprete.

QVoniam de pertinẽtibus ad mores dicere cõſtituimus:primũ
cuiuſnã rei pars ſit mos ducimus cõſiderandũ. Vt igit̃ paucis
abſoluã:non rei alius uĩ pars eſſe/q̃ ciuilis. At q ciuilibus in re
bus citra quempiã qualẽ eſſe effici nihil põt:qualẽ inquã ut ſtu
dioſum eſſe ac probũ:ſtudioſum porro eſſe idẽ/quod uirtutes
habere. Quod ſi quiſpiã ciuilibus in rebus ſolers eẽ debeat:eũ
dem moris ſtudioſum eſſe oportet. A pparet itaq; rei ciuilis oẽ
negocium/quod circa mores eſt partẽ eſſe atq; prĩcipiũ.: ut in
totũ iure mihi uideatur habere appellationẽ/negociũ/atq; tra
ctatio nõ moralẽ:ſed ciuilẽ. Expedit itaq; ut eſt uidere de uirtute primũ dicere qdq; ſit:
& ex quibus conſtet:nec.n.fere utile fuerit uirtutẽ quidẽ noſſe ut uero ſit ac ex qbus ne/
gligere:quãdoquidẽ ex quibus ſit cõiectare ſimulq; noſſe uolumus ac hmõi nos eſſe:ne
dum ut norimus qd ſit conſiderandũ. At neq̃ facere poterimus:niſi ex quibus: & quo/
modo ſit percalluerimus. Scire igit̃ qd ſit uirtus neceſſe eſt/ſiqdẽ & ex quibus ſit:& qũo
ſcitu haud quaq̃ facile eſt ignoranti qd ſit queãdmodũ in ſcientiis. Verũ ne latere quidẽ
nos oportet ſi qui de his prius diſſeruere. Primum igit̃ pythagoras de uirtute dicere
aggreſſus eſt/q̃q̃ nõ recte/uirtutes ſiquidẽ ad numeros referendo ſuam uirtutũ non fe
cit inſpectionem:nec.n.iuſticia eſt numerus pariter par. Cui ſuccedẽs Socrates de hac
re melius pluraq; diſſeruit:ſed ne ipſe quidẽ recte. Qm̃ uirtutes ſcĩas efficiebat:qđ fie/
ri nullo modo põt. Cũctæ ſiquidẽ ſciæ cũ rõne:atq rõ in ſolo animæ gignit̃ intellectu:
quo circa uirtutes oẽs in aĩæ parte rõnali efficiant̃ neceſſe eſt. Euenit itaq; ut q uirtutes
ſcientias faciat/irrationalẽ aĩæ partem extinguat:quod faciendo affectũ ac morem peri
mat. Quãobrem non recte hoc mõ uirtutes amplexus eſt. Poſtea demũ plato aĩam in
partem quæ teneret rõnẽ:& in eã quæ eſſet rõnis expers recte diſtribuit reddiditq; ſuas
utriq; uirtutes:quatenus hæc ꝓbe:reliqua uero neutiq̃ recte:qñqdẽ uirtutẽ cum tracta
tione:quæ de bono p ſe eſſet ammiſcuit. non equidẽ recte:quia nõ peculiare & ſuũ:neq;
.n.de eo quod eſt:ac de uero diſſerentẽ de uirtute dicere oportuit. illi ſiqdẽ nihil eſt cũ
hoc cõe. Tãta igit̃ illi:& hoc mõ amplexi ſunt. Deinceps ergo nobis cõiectãdũ.quidnã
de his dicendũ fuerit. Intuendũ igit̃ eſt in primis ſcientiæ oĩs:atq; facultatis finẽ eſſe ali
quem:idq; per ſe bonũ/nulla ſi quidẽ ſcĩa facultas nulla mali cã eſt. Qđ ſi facultatum
oĩum bonus eſt finis:non dubiũ quin ẽt optime ſit optimus. Atqui ciuilis optima ẽ fa/
cultas. Igitur ipſius finis bonus. de bono itaq; ut uidetur nobis dicendũ eſt:ac de bono
non in uniuerſum:ſed nobis bono:neq; enim deoꝝ bonum agendũ eſt:quemadmodũ
de eo alia habenda fuerit oratio:& cõſideratio nunc ſit aliena:de nobis itaq; bono dicen
dum eſt. de quo ſane diſſerendum in primis eſt:quonam dicatur modo:neq; enim ſim
plex atq; unũ eſt:qñquidem dicit̃ bonũ:aut quod in uno quoq; quod eſt optimũ:id ue
ro ſuapte natura deligibile:aut cuius participatione alia ſunt bona:id nimirũ idea boni
eſt. an igitur de boni idea loqui oportet:an nõ. Atq cõe quod eſt in bonis oĩb9 aliud ab
ipſa idea uideri debet ſiquidẽ ſeparatile id per ſeſe eſt quod idea. Cõmune uero in cũctis
exiſtit:nõ utiq; idem quod ſeparatile:nec.n.unq̃ ſeparabile:& per ſeſe agnatam uim ha/
bens in cunctis fuerit:nunquid igitur de hoc nobis diſſerendum bono/quod in omni/
bus exiſtit:aut non:quid ita:nempe quoniã id cõmune eſt:ut diffinitio & inductio:dif
finitionem oportet cuiuſlibet referre eſſentiam:ſeu bonũ:ſeu malũ ſit:ſeu qduis aliud.



refert certe diffinitio:ut eiuſdẽ bonum in uniuerſum eſt:nõ quatenus ipſum per ſeſe de
ligibile. Verũ quod in cunctis exiſtit diffinitioni eſt ſimile:diffinitio certe ait bonum eẽ
quippiã:quod neq; ſcientia:neq; facultas ulla dicit:neq; enim finem ſuum aſſerit bonũ
eſſe. uerum id alterius eſt inſpicere facultatis. quãdoquidem neq; medicus:neq; ædifica/
tor. refert hic quidẽ ſanitatẽ eſſe bonam:ille uero domũ:ſed hic quidem quid ſanitatem
prætendat:& quemadmodum faciat:ille uero domum:nõ dubium igitur quin nequi/
dem rei ciuili de cõi bono dicendum ſit:una ſiquidem & hæc reliquarum ſcientiarũ eſt.
Atq hoc nullius eſt dicere aut facultatis aut ſciæ ut de fine: ne qdẽ igit̃ rei ciuilis quod
de cõi bono eſt dicere:eo quod per diffinitionem eſt. Verũ enimuero neq; de eo:quod
per inductionẽ cõe quid ita:qđ cũ uoluerimus particulariter aliquod bonum demon/
ſtrare:aut diffinitione demonſtramus ut ratio eadem cõgruat ei quod per ſe bonum:
& ei quod bonum eſſe demõſtrare uoluerimus: aut inductione ſicut cum uelimus ma
gnanimitatem bonum eſſe demonſtrare dicimus nimirum iuſticia bonum eſt: & forti
tudo:ac omnino uirtutes:magnanimitas aũt uirtus eſt:ergo & magnanimitas bonũ.
non igit̃ de cõi per inductionẽ bono rei ciuili dicendũ eſt qđ eadẽ contingere non poſ/
ſunt huic:& per diffinitionẽ cõi bono:nam quod bonũ hinc ẽt dicet. manifeſtũ igit̃ de
optimo bono dicendũ eſſe:eoq; quod nobis optimũ ſit:in totum aũt uiderit quiſpiam
nõ unius eſſe ſcĩe:aut facultatis de uniuerſali bono conſiderare. Cur ita:nẽpe quod bo/
num eſt in oĩbus prædicamentis. nã in quo/in quali/in quanto/in qñ/in ad aliqd:ac ꝑr
ſus in omnibus. Cæterũ qñ bonum in medicina medicus nouit. At in gubernatoria gu
bernator:& in ſingulis ſinguli qñ ſecandũ quidem ſit nouit medicus. Atqñ nauigãdũ
gubernator:in qualibet utiq; qñ bonum quis quod ꝓpter ſe cognouerit:neq; enim me/
dicus quod in gubernatoria bonũ qñ cognouerit:neq; gubernator qđ in medicina. ne
igitur quidem hoc modo/de cõi bono dicendũ eſt. ſiquidem quãdo in cunctis cõe eſt.
ſimiliter etiam quod ad aliquid bonum: ac quod in aliis prædicamentis commune eſt
omnibus. Atqui nullius eſt facultatis:aut ſcientie dicere de eo bono quod in unaquaq;
eſt: ne igitur quidem rei ciuilis eſt dicere de communi bono. de bono igitur ac de opti
mo/atq; nobis optimo. Cæterum eum qui uelit quippiã demonſtrare minime apertis
non oportet exemplis uti:ſed ubi obſcura aperienda ſint manifeſtis:ac in eis quæ ſub in
telligentiã cadunt ſenſibilibus:ea ſiquidẽ ſunt aptiſſima. Cũ igit̃ de bono dicere qſpiã
tentauerit. de idea neutiq̃ dicendũ eſt. tã & ſi de idea dicẽdum exiſtimẽt:ubi de bono di
cant. Aiunt nãq; de maxime bono eſſe diſſerendũ. at id unũquodq; præcipue tale ẽ: ut
præcipue ſit bonum idea:ut opinantur:hmõi certe oratio fortaſſis uera:uerũ neutiq̃ ci
uilis ſcĩa:uel facultas de qua in preſentia nobis eſt oratio. de hoc per ſe bono ſed nobis
bono. Nulla ſiquidem ſcientia aut facultas de fine loquitur:qđ ſit bonũ & ꝑinde ne q/
dem res ciuilis. ideo non de bono quod iuxta ideam eſt loquit̃. Verũ fortaſſis ait hoc ꝑ
ſe bono utendũ eſſe principio ab eo progrediendo ad ſingula:in quo ne ita quidẽ recte.
Expedit ſiquidem ſua cuiuſlibet ſumere principia. abſurdum.n. ſit uolenti oſtendere tri
angulum duobus rectis æquales habere angulos:ſumere prĩcipiũ eiuſmodi anima im/
mortalis eſt neq;.n. hoc proprium. Oportet ſiquidem principium ſuum eſſe eius rei q̃
deagatur. atq; coniunctum:nunc uero abſq; hoc quod anima ſit immortalis demon/
ſtrauerit quiſpiam duobus rectis æquales habere triangulum. itidem & de bonis eſt in
ſpicere alia citra ideam boni. proinde proprium non eſt huius per ſe boni principium.
Ac ne quidem Socrates recte ſcientias uirtutes faciebat:is.n. nihil in caſſum & temere
eſſe arbitratus eſt:ex eo autem quod eſt uirtutes eſſe ſcientias ei eueniebat uirtutes eſſe

fruſtra: quid ita in ſcientiis nimirum contingit pariter noſſe ſcientiam quid eſt. Et ſcitũ eſſe. nam ſiquis norit quid ſit medicina: is confeſtim eſt medicus: ſimiliter etiam in aliis ſcientiis. At in uirtutibus non idem eſt neq;.n. ſiquis nouerit quid ſit iuſticia cõtinuo ẽt iuſtus eſt. itidem & in aliis. Euenit igitur & temere uirtutes eſſe: & non eſſe ſcientias.

Quot modis bonum.

AT quoniã de his nobis diſſerendum eſt annitamur bonum dicere quot dicat modis. Sunt nimirũ bonoꝝ alia honorabilia: laudabilia alia: potentiæ alia: honorabile hmõi dico quod diuinũ quod melius: ut anima menſq; ẽ: quod antiquius: quod principiũ: & alia id genus honorabilia certe in qbus honor. talia ſiquidem omnia honor comes cõſequitur neutiq̃ ẽt uirtus honorabile bonum eſt qñ ab ipſa probus quiſpiam gignitur. is nãq; in uirtutis penetrat habitum. At laudabilia ut uirtutes. ab ipſarum namq; actionibus laus emergit quæ uero potẽtiæ ut dominatus: opulentia: robur: pulchritudo: iis nãq; bonus bene: ut malus male uti potuerit: ideo etiam potentiæ eiuſmodi bona nuncupantur: bona certe ſunt uſu ſiquidem ipſorum boni: non utiq; mali approbantur. id genus nimirum bonis euenit ortus cauſam ipſorum eſſe fortunam. a fortuna nanq; & opulentia: & dominatus eſt: & quæcunq; prorſus in poteſtatis ordinem perueniunt. reliquum porro ac quartum inter bõa eſt ſalubre etiam bonum efficiens: ſicut exercitium ſanitatis: ac ſi id genus eſt aliud. Verum aliam quoq; ſubeunt bona diſtributionem: ut bonorum quædam prorſus & omnifariam ſunt eligibilia: quædam uero non: ueluti iuſticia aliæq; uirtutes omnifariam & oĩno ſunt eligibiles. At robur & opulẽtia potentiaq;: & id genus alia/ neq; oĩfariã/ neq; omnino. rurſus quoq; aliter bonorum alia ſunt fines: alia non: quemadmodum ſanitas quidem finis. at quæ ſanitatis cauſa: neutiq̃ finem: & quæcũq; ita habent eorum ſemper finis melior: ut ſanitas melior q̃ quæ ſalubria: in totũq; prorſus id melius: cuius gratia ſunt & alia. Rurſus ipſorum finium præſtat ſemper qui perfectus eſt imperfecto. eſt nimirum perfectus cuius acceſſu nullo amplius nobis opus eſt: imperfectus aũt cuius aduentu alium deſideramus: quemadmodum iuſticiæ duntaxat aduentu plura deſideramus. at fœlicitatis acceſſu nulla re amplius nobis opus eſt. is ergo nobis optimus quẽ deſideramus: qui finis pfectus: abſolutus nãq; finis bonum eſt: nec non finis bonum.

Hinc igitur quonam modo optimum conſiderandum eſt: nunquid eo modo ut ipſum quoq; recenſeamus: an id uidebitur alienum: ſiquidem optimũ finis eſt perfectus: ac perfectus finis: ut paucis abſoluam nil aliud q̃ fœlicitas eſſe uidetur. Ex multis porro bonis fœlicitatem conſtare comprobatur: quod ſi optimum coniectans ipſum quoq; cum aliis anumeres: ipſum ſe melius eſſe conſtabit: ſiquidem optimum erit: ut ſalubria ponendo etiam ſanitatem conſideres. quid nam horum omniũ optimum: nẽpe ſanitas. quod ſi horum optimum eſt: id ſe quoq; melius: quod admodum abſurdum eſt: non igitur optimum ita coniectandum: ſed an id quodammodo fuerit ut abſq; ſe. nunquid hoc etiam abſurdum: nam fœlicitas ex quibuſdam conflata bonis eſt: hoc eſt ex qbus conſtet bonis: an ſit optimum cõſiderare fuerit alienum. neq;.n. eſt quicq̃ aliud ab his fœlicitas uerum hæc ipſa an ita quiſpiam recte concernens optimum conſiderauerit. ſicut ipſam fœlicitatem quæ ex his ſit bonis diiudicans erga alia quæ in ipſa collecta non ſunt: ita optimum conſiderans recte conſiderauerit. Cæterum non eſt ſimplex qđ nunc quærimus optimum: ut dicat quiſpiam optimum cunctorum bonorum in unũ concretorum eſſe prudentiam. Verum hoc fere modo non quærendum eſt optimũ bonum. perfectum ſiquidem quærimus bonum. At prudentia ſola neutiq̃ perfectum. nõ



igitur hoc optimum quod quærimus: neq; ita indagmus optimum.

Alia diuiſio bonorum.

PReterea aliam admittũt bonam ſectiõem: ſunt ſiquidem bonorum alia in anima ut uirtutes: alia in corpe ut ſanitas uenuſtas: alia externa ut opulentia: dominatus: honor: & ſiquid eſt huiuſmodi. At hoꝝ quæ in anima ſunt optima: quæ porro in anima definita ſunt bona. trifariam diſtribuũtur in prudentiam: in uirtutem: & in uoluptatem. poſt hoc igitur qđ pfitemur omnes/ etiam finis uidet̃ bonorum. idemq; abſolutiſſimum eſſe fœlicitas/ qđ ſane fatemur eſſe in bene agendo: ac bene uiuendo. Cæterum finis ſimplex non eſt/ ſed duplex. quorundam.n. eſt finis ipſa actio/ uſuſq; ſicut uiſus: eſt nimirum uſus obtabilior habitu. finis autem uſus. nemo ſiquidem uelit uiſum habere ad non ſpectandum ſed connitendum. idem de auditu cæteriſq; dicendum. proinde quorum uſus & habitus ẽ: ſemper melius & optabilius eorum eſt uſus habitu: uſus.n. & actio finis cum ſit ꝓpter uſum ipſe habitus. Poſt id ſi conſiderauerit quiſpiam in cunctis ſcientiis intuebit̃ nõ aliam eſſe conſiderationem in extruenda domo q̃ improba domo: ſed utrobiq; ſuppetere ædificatoriam: & cuius effector ædificator: ut cuius ſit uirtus eiuſdem ſit effectrix. idẽ in aliis omnibus par eſt coniectare.

Virtutem in aĩa eſſe.

PRæterea intuemur alia re nulla q̃ anima nos uiuere: in anima autem eſt uirtus idẽ certe fatemur facere animam: animæq; uirtutem. Cæterum uirtus in unoquoq; cuius eſt uirtus idem facit. At anima etiam alia. Atqui anima uiuimus ob animæ itaq; uirtutem bene uiuemus. Cæterum bene uiuere & bene agere nihil aliud dicimus q̃ fœlicem eſſe. ergo & fœliciter agere: & fœlicitas in uiuẽdo eſt. Verum bene uiuere eſt in uiuendo ex uirtutibus: hoc igitur eſt finis: & fœlicitas & optimum in uiſu itaq; ſi neceſſe eſt: & actione fœlicitas. nam quorum habitus uſuſq; eſt: uſus & actio finis. Atqui animæ uirtus ẽ habitus & actio/ & uſus ipſius eorum quæ ſub electionem cadunt. ergo finis ipſius actio uſuſq; fuerit. fœlicitas igitur in uiuendo ex uirtutibus ſit neceſſe eſt: quoniam igitur optimum bonum eſt fœlicitas & hæc ipſa finis: actione uiuendo/ ex uirtutibus fœlices fuerimus: optimumq; bonũ habuerimus. Cum igitur ſit fœlicitas bonum perfectum ac finis nos latere non oportet id in ætate pfecta eſſe. non.n. in puero: quia nec puer dici fœlix poteſt: ſed in uiro. is nãq; perfectus: & ne quidem in tempore perfecto: ſed perfecto: perfectum fuerit utiq; tẽpus: q̃diu homo uiuere potuerit. recte nanq; a multis dicitur fœlicem in longiſſimo uitæ tempore eẽ iudicandum ut opus ſit perfectũ eſſe: & in tempore perfecto. & in homine. Quod aũt ſit actio. hinc quiſpiã poterit ĩtueri in ſomnis nãq; ut inter uiuendũ ſi quiſpiam dormiat: eiuſmodi nolim talem dicere eẽ fœlicem. ipſi quidem exiſtit uiuere: ſed eidem ex uirtutibus quod erat ex actione uiuere nõ exiſtit. Rurſus qđ mox dicendum nõ admodum quæ diximus participare & ne quidem ab ipſis longe abeſſe uidebitur: qppe quod anima portio quædam eſſe putetur qua alimur quã altricẽ appellamus. Iure pfecto ita ſiquidem lapides ali non poſſe intuemur: & perinde non dubiũ quin ſit ali animatorũ quod ſi animatorũ cauſa eſt anima atq; animæ talium partium nulla alendi fuerit cauſa quales ſunt rationalis: uel iraſcibilis: uel cõcupiſcibilis: ſed alia q̃dam præter has: ei nullum magis peculiare poſſumus nomen q̃ alentis accomodare. dicat fortaſſis quiſpiam nũquid ex hac quoq; parte animæ uirtus eſt: nam ſi fuerit non dubium quinetiam eadẽ agere opus ſit perfecte ſiquidem uirtutis actio fœlicitas eſt. At nunquid eius ſit uel non

ſit uirtus:alia fuerit oratio. Quæ ſi fuerit huius nō eſt actio.in huiuſmodi parte impulſus eſſe non uidetur: quæ igni uidetur eſſe cōſimilis. cui quicquid immerſeris abſumet. At ſi non obieceris:ne quidem ad capiendum impellitur:ita hæc habet pars animæ:ut ſi alimentum obiicias alat:ſin minus:ne quidem ad alēdum cōmoueatur: & perinde ne quidem actio cuius non eſt cōmotio.proinde hæc pars ad fœlicitatem capeſſendam nihil coadiuuat. Deinceps igitur quid ſit uirtus dicendum:quandoquidem eius actio fœlicitas eſt:ut paucis itaq; abſoluam:uirtus habitus eſt optimus. Verum non ſatis forte ſit ita ſimpliciter loqui:ſed euidentius fuerit diffiniendum.

## Diuiſio animæ.

PRimum igit̃ de anima in qua exoritur non quid ſit anima:alia ſiquidē eius rei conſideratio:ſed ut quodāmodo diſtribuatur dicendū eſt. Anima nimirum:ut receptum eſt:in duas partes diſtribuit̃:in eam quæ rationem hēt: & quæ rationis expers eſt:ex ea parte quæ habet rationem exoritur prudentia:ſolertia:ſapientia:ingenium:memoria:& id genus alia. At ex parte rationis ex parte quæ uirtutes appellantur:temperātia:fortitudo:iuſtitia:& quæuis aliæ quas ex moribus ducimus eſſe laudabiles:ex his namq; conſequi laudem dicimur:& ab eis quæ a ratione demanant nemo laudatur:nec enim quod ſapiens: nec quod prudens:nec prorſus ex huiuſmodi aliquo quiſpiam laudandus accedit:neq; porro rationis expers quatenus ad ſe ſuggerendum idoneum eſt.ſuggeritq; ei quod obtinet rationē. eſt nempe moralis uirtus quæ ab exceſſu defectuq; corrumpit̃. quod autem tam defectus q̃ exceſſus corrumpat ex eis eſt uidere quæ ad mores pertinent( utendum ſane in rebus incertis teſtimoniis certis eſt)confeſtim nanq; in exercitiis hoc uiderit quiſpiam: quæ ſi excedant robur affligunt.ſin deficiant.eodem modo habent idem in potu ciboq; euenit.affluentibus enim ſanitas abſumitur : idem fit & ſubductos quæ ſi moderata fuerint corporis firmitudinem cuſtodiunt:atq; ſanitatem.his conſimile euenit intemperātia:& fortitudine reliquiſq; uirtutibus:nam ſi quempiam eouſq; feceris intrepidum:ut ne quidē deos metuat iam non fortis:ſed demens fuerit ſin cuncta formidantem meticuloſus.fortis ergo erit qui neq; omnia metuet:neq; nihil:hæc igitur tam augent q̃ labefaciunt uirtutem nimii nanq; metus & omnes labefaciunt:itidem qui de re nulla metu cōmouentur.atqui circa metus eſt fortitudo.mediocriter itaq; metus fortitudinem locupletant. ab eiſdem igitur tam amplificatur q̃ labefactatur fortitudo.ex metu nanq; ita afficiunt̃ idem de cæteris dicendum uirtutibus.

## In quibus ſit uirtus collocata.

RVrſus nō his modo uirtutem quiſpiam diffinierit:ſed etiam ægritudine & uoluptate.nam uoluptate allecti improba factitamus . ægritudini autem ſuccumbentes ab honeſtis deficiamus.alioquin nō eſt uirtutem: & uitium admittere citra ægritudinem & uoluptatem: inter uoluptates igit̃ & ægritudines uirtus collocatur.uirtus porro moralis hinc cognomen habet : ſi modo uelimus ex litteris ueritatem excutere. dicendum erit morem a mora habuiſſe cognomen: breuis in longam litteræ facta mutatione.moralis ſiquidem appellatur quod ex mora aſſueſcat idq; certum quod uirtus nulla quæ ex parte oriatur irrationali:ex natura naſcatur.ſiquidem eorum quæ natura fiunt.nihil eſt quod aſſuetudine aliud euadat:uelut lapis grauiaq; prorſus omnia quæ ferendi deorſum uim agnatam habent:ſi a quouis surſum uerſus ſepius iactari aſſueſcant.nunq̃ tamen ſurſum attollentur : ſed ſemper deorſum cadent.idem de cæteris eſt intelligendum.



## De his quæ in anima.

PRæterea qui uelit quid ſit uirtus dicere ſcire expedit:quænā demū ī anima ꝑcreent̃.ſunt aūt hæc huiuſmodi:affectus:potentiæ:habitus.& ꝑinde nō dubiū quin hoꝝ ſit uirtus.affectus igit̃ ſunt ira:met⁹:odiū:cupido: liuor: miſeratio.talia comitari conſueuerunt ægritudo & uoluptas.potentiæ aūt quibus affici dicimur:nempe unde poſſumus excādeſcere:ægreſcere:miſereſcere:& alia eiuſmodi.at habitus ſunt unde erga hæc habemus bene: uel male. ſicut ad excādeſcēdū ſi nāq; ſupra modū iracūde male in ira habemus.ſin in qbus expedit ꝓrſus ad irā nō cōmouemur: ita quoq; male in ira habemus.mediocriter itaq; habendo:ut neq; ſupra modū cōmoueamur:neq; ꝓrſus ſimus icōmobiles:tū ſi ita habeamus recte affecti ſumus. in ſimilibus quoq; aliis idē intelligēdū.iracūdū nāq; & bene in medio ire & ad irā icommobilitatis poſitū ē.Simile eſt ī iactantia & diſſimulatione plura nāq; q̃ adſint ſibi arrogare iactātiæ eſt:minus uero diſſimulationis:inter hæc igitur medium eſt ueritas.

## De habitu.

IDem in cæteris omnibus eſt intelligendum:id enim proprium ipſius ē habitus:ut bene male ut erga hæc habeat:bene in iis habere fuerit neq; excedere neq; deficere erga medium itaq; iſtorum unde laudandi accidemus habitus eſt:ſicut male erga exceſſum & defectum: quandoquidem igitur harū perturbationū uirtus eſt medium:perturbationes autem ſunt ægritudines: & uoluptates:aut non citra ægritudinem uel uoluptatem:uirtus certe eſt circa ægritudines uel uoluptates:id quod hinc certum eſt: ſunt nimirum etiam affectus alii ut uidebit̃ cupiā: in quibus non in exceſſu & defectu aliquo eſt uitiū:uelut adulterium:& adulter:nec.n. magis eſt talis qui ingenuas conſtuprarit. Cæterum & hoc & ſi quid aliud huiuſmodi eſt quod a uoluptate cōpræhenditur:quæ per intemperantiam uel etiam quod in defectu quodq; in exceſſu ſub uituperationem cadit.

## Quid medietati opponatur.

DEinceps igit̃ fuerit ſane dictu neceſſarium quid nam demum medietati aduerſetur exceſſus ne:an defectus:nā quibuſdam medietatibus defectus opponit̃:ut nonnullis exceſſus:ſicut fortitudini neutiq̃ exceſſus:exiſtens audatia ſed quæ defectus eſt timiditas:temperantiæ uero intemperantia & incōmobilitas circa uoluptates:non utiq; quæ defectus eſt incōmobilitas opponitur ſed intemperantia quæ exceſſus eſt. Sunt nimirum utraq; tam exceſſus q̃ defectus medietati oppoſita:medietas ſiquidē exceſſu inferior:ſed defectu ſuperior:ideo etiam prodigi liberales eſſe illiberales aiūt.Contra illiberales prodigos uocant. Audaces uero:& petulātes fortes nominā̃t timidos:ut timidi:fortes petulantes: & furibūdos dicēdos putāt. duabus itaq; de cauſis duxerimus medietati opponēdū eſſe exceſſum: atq; defectū qppe quod e re ipſa licet nobis cōſiderare:utrū potius extremoꝝ:ad medium proprius accedat:propinquior ne liberalitatis ſit prodigalitas:an auaritia. Longinquior certe fuerit auaritia:atqui a medio quæ magis abſunt:magis oppoſita exiſtimantur:e re itaq; ipſa defectū magis opponi apparet:eſt etiam & aliter uidere:ut ad quæ mētem magis ꝓnam habemus:ea medio ſint magis contraria:uelut ad intemperantiam natu ſumus ꝓniores:q̃ ad decus capeſſendū:quāobrē ſi additamētū potius ad ea fiat:ad q̃ ſumus proniores ad q̃ additamētū ea ſunt magis cōtraria. Atq; ꝓniores ad intēperātiā ſumus q̃ ad decus capeſſendū magis ergo exceſſus medietati cōtrarius intēperātia ſi qdem tēperantiæ eſt exceſſus. Quid demū ſit uirtus hinc nobis licuit intueri: medietas ſiquidem eſſe

ctuum quædam eſſe uidetur: proinde qui uelit moribus comprobari: ei affectuum me
dietas eſt quæuis conſtituenda: & perinde probum eſſe operoſum: atq; difficile ē. Quã
doquidem in unoquoq; medium capere operoſum eſt: uelut circulum deſcribere cuiuis
obuium eſt at in ipſo medium capere arduum: itidem & excãdeſcere quidem facile: nec
non contrarium huic: at mediocriter habere arduum: in totum autem in quauis pertur
batiõe eſt uidere quod medium eſſe facile: medium uero unde laudemur arduum: ideo
etiam raro probus. Quoniã de uirtute dictum eſt deinceps fuerit conſiderandũ poſ
ſit ea ad eſſe nobis nec ne. uerum quemadmodum Socrates dixit in nobis non eſt pro-
bos uel malos eſſe: quandoquidem ſi quis roget quẽuis uelit ne iuſtus eſſe: an iniuſtus
nemo delegerit iniuſticiã: itidem de fortitudine & timiditate reliquis uirtutibus ſemper
eodem modo: inde non dubium quin ſi mali ſint aliqui non ſpontanei ſint mali/ & per
inde ne quidem probi: hæc ratio neutiq̃ uera: nam cur demum legiſlator mala facere nõ
permittit: at honeſta & proba iubet: & in malis quidem mulctam infligit delinquenti-
bus: in rebus autem honeſtis niſi honeſta peregerit: alioquin iniquum fuerit ubi in no
bis non ſit: hoc legum conditores facere: cæterum ut uidetur in nobis eſt probos & im-
probos eſſe item laudes & uituperationes id quoq; atteſtantur uirtutem nanq; laus: ui
tium autem uituperatio conſequitur atqui laus & uituperatio non inuitis attribuitur:
manifeſtum igitur hoc modo in noſtro arbitrio eſſe bona malaq; facere. Collationẽ ue-
ro huiuſmodi proferebant uolentes demonſtrare ultroneum non eſſe: quid nanq; eſt in
quiebant quod ægrotantes ſqualidos nemo uituperat. At hoc minime uerum tales nã-
q; repræhendimus. Cum ſuæ egritudinis ipſos cauſam eſſe cognouerimus: quodq; ma
læ habent corpus utpote id uoluntarium eſſe apparet nimirũ in uitio & uirtute eſſe uo
luntarium.

Quod omnia talia ex talibus principiis.

RVrſus hinc etiam potuerit quiſpiam euidentius intueri quod omnis natu-
ra eius eſt eſſentiæ procreatrix qualis ipſa eſt: ueluti ſtirpes & animalia: nã
utraq; gignunt: ex principiiſq; producunt: ut arbor ex ſemine id nãq; prin
cipium eſt: quod porro principia conſequitur ita habet: ut enim habuerint
principia: ita quæ de principiis ortum ducunt: perſpicue autem licet hoc in geometria
magis intueri ubi cum aliqua ſumpſeris principa/ ut ea habuerint: ita etiam quæ ipſa
conſequuntur uelut ſi triangulum duobus rectis æquales habet angulos: quadratum
quoq; quatuor angulis rectis habeat neceſſe eſt: & ſi triangulum ſecus: ita etiam & qua
dratum commutabitur ex altera parte enim ei reſpondet: & ſi quadratum quatuor an
gulis rectis æquales non habuerit angulos: ne quidem triangulum duobus rectis ha-
bebit æquales.

Quod hominis ſit agere ſolum.

IDem igitur atq; conſimiliter de homine quoq; intelligendum nam cum ſit
homo progenitricis eſſentiæ: ex principiis quibuſdam atq; actionibus qui-
bus efficit: homo progenerãs eſt: nam quid aliud: neq; enim inanimatum
aliquod efficere dicimus: neq; etiam animatorum circa hominem quicq̃:
manifeſtum igitur actionum hominem eſſe progenitorem: proĩde quoniam actiones
commutari intuemur: nec eadem unq̃ agimus: ſuntq; actiones ex aliquibus progeni-
tæ principiis. manifeſtum quandoquidem actiones immutantur. Etiam actionum im
mutari principia. A quibus ſunt. Quẽadmodum collatione oſtendimus geometrica:
atqui actionis tã bonæ q̃ malæ principiũ eſt ꝓpoſitũ & uolũtas: & quicquid ad rõnem



tendit: non dubiũ quin hæc quoq; cõmutentur ſponte nanq; actiones ĩmutamus: & ꝓ
inde etiam principium atq; propoſitum: nã hæc ſponte fit mutatio: proinde non dubi
um quin in nobis ſit & probos & malos eſſe: forte hic quiſpiã occurrerit: q̃nquidem in
me eſt iuſtum ꝓbumq; eſſe/ero ſi uoluero oĩum probiſſimus: id fieri nullo mõ põt: cur
nam qm̃ non hoc in corpore gignitur: neq;. n. ſi quiſpiam uoluerit corporis curam ha-
bere: oĩum optimum habebit corpus: nam opus eſt non curam modo intendere: uerũ
etiam natura honeſtum: & bonum corpus eſſe melius certe habebit corpus: nõ tñ etiã
omnium optimũ idẽ de aĩa intelligẽdũ eſt: neq;. n. iuxta ꝓpoſitũ ſuũ erit omnium pro
biſſimus: niſi etiam natura extiterit melior quidem certe erit.

De appetitus tribus generibus.

QVoniam igiť probum eſſe in nobis apparet conſequens dictu neceſſarium
uidetur de ſpontaneo diſſerere: quidnã ſit ſpontaneum ad uirtutẽ nãq; ca-
peſſendam dñantiſſimum eſſe ſpontaneum: in totũ uero dicendum ẽ ſpon
taneum/quod nõ coacti agimus: uerum de hoc magis adhuc perſpicue diſ
ſerẽdum eſt: nempe ad id quod agimus aliquis exurgit nobis appetitus: atqui tres ſunt
appetitus ſpecies cupiditas: furor: uoluntas: primum igiť actionẽ q̃ a cupiditate oritur
ducimus coniectãdã: ultronea ne: an inuita fit: inuita neutiq̃ eſſe uideri debet cur ita: &
unde id nempe quod quæcũq; inuiti agimus coacti faciamus neceſſe eſt. Atqui ubi ſub-
eſt agentibus aliqua neceſſitas ægrimonia conſequatur. Verꝝ ex cupiditate agentes uo
luptas comitať: proinde hoc pacto non erit ex cupiditate agere quippiã inuito animo
ſed ultroneo. Cæterum ratio eſt alia quæ ab incontinentia huic aduerſatur: nemo enim
inquiunt ſponte mala peragit: qui ſciat mala eſſe: uerum qui incontinens ſcit ea eſſe im
proba: agit tñ: ac ex cupiditate illectus agit non ergo ſpontaneus: coactus ergo: hinc
porro eadem nos oppugnabit oratio: nam ſi ex cupiditate: non ex neceſſitate. cupidita
tem. n. uoluptas comes conſequitur: ſed quæ ex uoluptate: non poſſis dicere ex neceſſi-
tate: alioquin non dubium eſt quin incontinens: ſponte incontinenter agat quãdoqui-
dem qui afficiunt iniuria: ultro afficiunt iniuria: atqui incontinẽtes iniuſti ſunt: atq; in
iuria afficiunt: in continente ergo incontinentiam ſponte delabitur.

Socratica argumentatio de continenti & incontinenti.

VErum eniumuero ut quiunt ratio aduerſatur non eſſe ultroneum. continẽs
ſi quidem laudatur quod ſponte quæ ex continentia ſunt agat: at laudatur
in eis quæ ſponte fiunt quod ſi ex cupiditate ultroneum eſt: quod cupidita
ti aduerſatur inuitum erit: ſed continens contra cupiditatẽ inſurgit. Conti
nens ergo non ſpontaneus fuerit continens: uerũ hoc non uideť: non ergo extra id qđ
ex cupiditate eſt uoluntariũ. Rurſus idem eſt ĩ eis quæ ex furore: eædem nãq; huic quæ
& de cupiditate diximus rõnes conueniunt: & perinde ambiguitatem faciunt: iræ ſiq-
dem eſt quod ad incontinentem continentemq; pertinet. Reſtat ſpẽs reſidua appeti-
tuum ut in diſtributione poſuimus uoluntas: ut an ſit ſpõtanea cõiectemus: atqui ĩcõ
tinentes quatenus impelluntur. eatenus uolunt: agunt igitur incontinentes mala uo-
lentes: ſpõte nimirum nemo mala agit ubi ſciat eſſe mala: neq; incontinẽs mala: uolens
mala agere: nõ ergo ſpõtaneus: ne quidẽ igiť uolũtas eſt ſpontanea: hæc plane perimit
oratio incõtinẽtiã: & incõtinẽtem: nam ſi nõ ſpõtaneus: ne quidẽ uituperabilis: at eſt ui
tuperabilis incontinẽs: ſpontaneus ergo: uoluntas igitur ſpontanea: cum ſint itaq; cõ-
trariæ quædam ratiões magis perſpicue de ſpõtaneo diſſerẽdum eſt.

De ui & neceſſitate.

/. uiolenti



PRius itaq; de ui & neceſſitate dicẽdũ fuerit: uis.n.ẽt ĩ carẽtibus aĩa: ſingu-
lis nãq; inaĩatis ſuus ẽ locus attributꝰ: igni qdẽ ſupra: terræ ãt infra ẽ nimiꝝ
uiolari ſurſum lapidẽ ferri: ignẽ uero deorſum: eſt ẽt aĩal uiolari: ut equũ re
cta uia decurrentẽ ꝑoccupatũ uertere aliorſũ: qbuſcũq; igiṫ exterior ẽ cã: ali
qd cõtra naturã: aut ꝑterq̃ uolũt faciẽdi: cogi dicimus facere quæ faciũt: at qbus ipſis in
eſt cã: hos nequaq̃ cogi dicimus: neq; ĩcontinens negauerit ſe malũ eẽ: ueꝝ a cupiditate
agendi mala ſe coactũ uidẽt/ igitur hæc nobis erit diffinitio: quoꝝ agẽdi cã a qua co-
gantˀ fuerit externa: uis eſt/ quorum aut interior ac in ipſis cauſa eſt: nequaq̃ uis.

De neceſſitate.

RVrſus de neceſſitate neceſſarioq; dicendũ neceſſariũ nõ oĩno: neq; in oĩ dicẽ
dum eſt queadmodũ ſunt q̃cũq; cã uoluptatis agimus: nã ſi qſpiã dicat ſe
a uoluptate coactũ qđ amici mulierẽ uiciarit: fuerit alienũ: nec.n. in oĩ ne-
ceſſariũ eſt: ſed in extrinſecus aduenientibus: ut ſi offendatˀ quiſpiã a reꝝ ne
ceſſitate coactus maius aliud quippiam deuitare: hoc mõ in agrũ ꝓperare coactus ſum
niſi fœdatum uelim agrum inuenire: in huiuſmodi itaq; eſt neceſſarium.

Quotupliciter unitum & ſpontaneum.

AT qm̃ in nullo eſt impulſu ſpõtaneũ reliquũ eſt ut ſit ex aĩ ſnĩa: inuitũ.n.ẽ
qđ ex neceſſitate uiq; efficitur: & tertio loco qđ non fit ex aĩ ſnĩa: qđ plane
ex his q̃ fiunt certũ eſt: nã cũ quis aliquẽ ceciderit: occideritue: aut eiuſmo-
di aliquid effecerit hoꝝ nihil ꝓuidens: eũ dicimus inuitũ feciſſe: quippe qđ
ultroneũ ĩ aĩaduertẽdo eſſe facile deꝓhendatˀ: uelut olim mulierẽ aiũt quãdã poculum
exhibuiſſe cuidã amatoriũ dein eo poculo hoĩem mortuũ cõcidiſſe: eã uero mulierẽ in
areopagum ꝓfugiſſe: quã præſentem nõ alia de cã liberarunt: q̃ qđ non id ꝓuidens effe-
ciſſet: amoris ſi quidẽ cupiditate obcæcata in eo fuerat hallucinata: & ꝑide neutiq̃ ſpõ
tanea eius poculi amatorii uiſa fuerat exhibitio q̃nquidem non ea mente dederat: ut ꝑ-
deret hoĩem: inde igitur in id quod exanimi ſententia fit cadit uoluntarium.

De propoſito.

REliquũ ꝑterea eſt ut ꝓpoſitũ delectũq; conſideremus: ſit ne appetitus: nec ne
appetitus nãq; in cæteris quoq; gignitˀ aĩalibus: ꝓpoſitũ uero nõ: ſi qdem cũ
rõne ꝓpoſitũ eſt: at rõ nulli alii deputatˀ aĩali: nõ igiṫ fuerit appetitus: ueꝝ nũ
quid uoluntas: an ne id quidem: uoluntas nãq; eoꝝ etiã eſt q̃ fieri nõ poſſunt: uelut uo
lumus qdẽ eſſe ĩmortales: at id nobis nõ ꝓponimus: deligimuſq; rurſus ꝓpoſitũ finis
nõ eſt: ſed ad finẽ: ſicut nemo ꝓponit ſaneſcere: ſed q̃ ad ſanitatẽ tẽdunt ꝓponimus: de
ambulãdo curſitãdo: at fines uolumꝰ: bene.n. ualere uolumus: hinc certũ eſt nõ idẽ eẽ
uoluntatem & ꝓpoſitum: ueꝝ ita hr̃e uideṫ ꝓpoſitũ: ut eius eſt appellatio ut hoc ꝓ illo
ꝓponimus: atq; deligimus: ſicut optimũ ꝓ deteriore qđ ĩ noſtra ſit optiõe: & ꝑinde de
ligi ſuũ eſſe uideatˀ qđ ſi hoꝝ nihil eſt ꝓpoſitũ: nunqd quod ex aĩ ſnĩa: id in ꝓpoſito eſt
aut ne id qdem: multa.n. intelligimus & opinamur ex aĩ ſnĩa: nunqd igiṫ q̃ ĩtelligimus
ea etiã ꝓponimus: aut nõ: ſæpe ſiquidem ĩtelligimus de indis: at nequaq̃ ꝓponimus at
q; deligimus: nõ ergo mẽtis ſnĩa ꝓpoſitũ: qm̃ igiṫ hoꝝ nihil eſt ꝓpoſitũ: ſuntq; hæc aĩæ
inſita: aliquoꝝ cõuenientiũ coeuntiũq; ꝓpoſitũ eſſe neceſſe eſt. Qm̃ igiṫ eſt queadmo-
dũ paulo ante memorauimus bonoꝝ ad finẽ tendentium delectus: atq; ꝓpoſitum: nõ
utiq; finis/ ac ẽ eoꝝ q̃ in nr̃a ptãte ſunt & eoꝝ q̃ nobis diuerſam ĩgerãt rõcinationẽ/ hoc
ne an hoc deligẽdũ: nõ dubiũ qn prius opus ſit ea ipſa intelligere/ & ĩ cõſiliũ: uocare: cũ
q; nobis intelligentibus ꝓſtare uideatˀ: tũ ad agẽdũ aliqs inſurgat ĩpulſus: id agẽdo ex ꝓ



poſito agere ducimur. Qđ ſi ꝓpoſitũ appetitus quidã eſt in cõſilium deueniẽs. cũ ani-
mi ſnĩa: nõ eſt ſpontaneũ qđ deligibile: ſponte.n. agimus multa: anteq̃ intelligamus: at
q; cõſultemus: ſicut ſedẽdo exurgendo: & id genus alia faciendo: ſponte quidẽ ſed citra
intelligentiã: nõ ergo ſpõtaneũ deligibile/ ſed deligibile ſpõtaneũ: ſiquid.n. agere conſul
tantes propoſuerimus/ ſponte agimus: exiſtũt uero ex conditoribus legum nõnulli q
ſpõtaneũ & ex ꝓpoſito definiãt: planeq; diſtinguãt: minoreſq; ſpõtaneis: q̃ a propoſito
agentibus mulctas infligant: eſt igiṫ ꝓpoſitũ in eis q̃ ſub actionẽ cadũt/ & eis ipſis in q
bus noſtrũ ſit agere: & nõ agere: & ita: uel nõ ita: & in quibus ꝑꝑ qd eſt capere. Veꝝ ꝑꝑ
qd ſimplex nõ eſt: in geometria ſi qdẽ cũ qs dixerit quadratũ quatuor rectis æquales hẽ
re: & ꝑcunctatˀ ꝑꝑ qd: occurritˀ quia eſt triãgulũ duobus rectis æquales hẽt. In his igiṫ
ex definito pricipio ſibi ꝑꝑ qd aſſumpſerũt: at in eis q̃ ſub actionẽ cadũt in qbus ẽ ꝓpoſi
tũ: nõ ita nullũ ſi quidẽ poniṫ definitũ: ſed ſiquis exquirat. Cur hoc feciſti: qm̃ non erat
aliter ut facerẽ: uel qm̃ ita melius: ex ipſis uenientibus qualiacũq; apparuerint eẽ melio
ra: delectus ſumiṫ: & ab ea ipſa quãobrẽ ẽt in huiuſmodi eſt cõſiliũ capere/ ut expediat
at in ſciẽtiis nequaq̃: nemo ſi qdẽ queadmodũ ſcribere opus ſit nomẽ archiclis init cõſi
liũ: qa quo pacto ſcribẽdũ nomẽ archiclis eſt iã definitũ mẽdũ igiṫ nõ intelligẽtia gigni
tur: ſed in ſcribẽdi actione poſitũ: in qbus certe nõ eſt in intelligentia error: ne de eis qui
dẽ iniṫ conſiliũ: ſed in quibus iã ut expedit optimũ eſt: inde mẽdũ ꝓcreatˀ: atq in eis q̃
ſub actionẽ cadũt optimũ eſt: & in quibus duplex mẽdũ: delinquimus igitur tam in eis
quæ ſub actionẽ cadunt/ q̃ ex uirtutibus: pariter uirtutẽ.n. coniectantes per agnata no
bis itinera hallucinamur. eſt ſiquidẽ in defectu exceſſuq; hallucinatio ĩ hoꝝ utrũlibet de
ferimur uoluptate in mala delabimur: ut ex ægrimonia honeſta fugitamus.

De animi ſententia.

RVrſum ãt ẽ nõ queadmodũ ſenſus: aĩ ſnĩa uelut uiſu nõ poterit quicq̃ aliud
q̃ uidere: nõ auditu aliud q̃ audire: itidẽ neq; cõſultamꝰ nũqd audiẽdũ au-
ditu; an uidẽdũ: at aĩ ſnĩa nõ hmõi: ſed id & alia põt efficere. ob hoc ibi iã exi
ſtit cõſultari. Eſt igiṫ in bonoꝝ delectu nõ ĩ fine delictũ: huic certe oẽs aſti
pulant ſnĩæ/ ut ſanitatẽ eſſe ad bonũ: ueꝝ q̃ ad finẽ ſunt uelut expediat ne ſanitati hoc
comeſſe an nõ: facit igiṫ plurimũ ĩ his ad hallucinãdũ uoluptas: & ægrimonia: hãc ſi q
dẽ amplectimur: illã uero fugimus. Qm̃ igiṫ diſtribuimus ĩ quo & quo mõ ſit delictũ:
reliquũ ẽ ut ĩtueamur/ cuius nã rei ſit uirtus cõiectrix: finis ne: an ad finẽ/ uelut honeſti
ne: an ad honeſtũ quo pacto ſcĩa ueꝝ ædificatoriæ ſcĩæ finis ſpecioſe ꝓponẽdi: an q̃ ad fi
nẽ ſpectãdi: nã ſi hoc ſpecioſe ꝓponetˀ: ſicut pulchram domũ efficere: atq; ad hoc nõ ali
us quiſq̃ inueniet: neq; exhibebit quã ædificator/ itidem in aliis quoq; oĩbus ſcientiis: eo
dẽ modo igiṫ ĩ uirtute habere uidebiṫ ut ad finẽ potius ipſius tendat conſideratio: recte
nimiꝝ ꝓpoſuerit quæ ad finẽ ſunt & ex qbus finis conſtet: nec quiſq̃ alius exhibebit: in-
uenietq; q̃ ad finẽ expediant: iureq; hoc uirtus ꝓpoſuerit: quibus in rebus optimi princi
piũ eſt unũqđq; qđ efficiat: & ꝓponat nil igiṫ uirtute melius: q̃nquidẽ huius cã ẽt ſunt
alia: atq; ad ipſã pricipiũ eſt: eius cã magis ſunt q̃ ad idẽ: at finis pricipio alicui aſſimula
tur: & eius cã eſt unum quoduis: ueꝝ id erit mõ aliquo perinde/ certum ut ẽt in uirtute:
quandoquidẽ cã eſt optima ipſam magis finis eẽ cõiectricem: q̃ quæ ad finem ſunt.

Finis uirtutis honeſtum.

AT qui uirtutis finis eſt honeſtum: honeſti ergo magis cõiectrix eſt uirtus q̃
ex qbus cõſtet: ſunt nempe hæc ipſius. At ĩ uniuerſum uideri põt alienum:
quãdoquidem in pictura ſi quiſpiã fortaſſis egregius fuerit imitator: nõ ta

men laudandus accedet: niſi optimam imitandi habuerit intentionem. Virtutis demũ id omnino eſt ſibi honeſtum proponendi: dixerit quiſpiam cur ita: num actionem meliorem eſſe dixerimus/an uirtutem ipſam: at nunc an ex quo actio eſt id uirtuti utpote honeſtius attribuimus. An in quo non eſt actio: ita atqui nũc idẽ dicimus habitu actionem eſſe meliorẽ. Alii nãq; probũ inſpicientes ab actione diiudicãt ꝙ non poſſint cuiuſlibet q̃uo habeat indicare propoſitũ nã ſi foret ſinguloꝝ noſſe ſniam qualis erga honeſtatem eſſet: etiã citra actionẽ probus eſſe uideri potuerat: deniq; qm̃ affectuũ quaſdam recenſuimus medietates: circa quos affectus uerſent̃ hinc nobis dicendum eſt.

De fortitudine.

CVm igit̃ ſit fortitudo circa audatiã ac metũ. Conſiderandũ fuerit circa cuiuſmodi metus atq; audatias: nunqd igit̃ ſi quiſpiã metuat ne rẽ diſperdat ſuã is timidus: ſin circa hæc ſit audax: fortis an ne itidẽ ſi qs formidat ſolũ aut audeat: neq; meticuloſum fatẽdũ eſt eſſe metuentẽ: neq; fortẽ nõ metuẽtẽ: nũ igit̃ in eiuſmodi metibus: & audatiis fuerit fortitudo: at ne qdẽ i talibus: cuiuſmodi ſi quis tonitrus: & fulmina nõ metuat: uel quiduis aliud ſupra hoĩem horrendũ fuerit: nõ iã fortis: ſed furẽs: in metibus itaq; & audatiis humanis eſt fortitudo: in eis ĩquã q̃ cæteri metuãt: aut oẽs in qbus qui audeat fuerit fortis: his itaq; definitis cõſtituẽdum fuerit (q̃nquidẽ multis in rebus fortes dici p̃nt) qualis ſit fortis. eſt. n. ab expientia fortis aliqs uelut milites: iſti ſi qdẽ ab expientia didicerũt in hmõi loco: uel hmõi tpe uel rebꝰ ita hñtibus fieri nõ poſſe/ut malũ ſubeant: & pinde qui hæc nouerit: & ea de cã ĩgruentes hoſtes ſuſtinuerit: nõ fortis: nã ſi hoꝝ nihil extiterit nõ tolerauerit: ꝓinde ab expientia fortes dicẽdi nõ ſunt: neq; Socrates recte aiebat: fortitudinẽ faſſus eſſe ſniam q̃nquidẽ ex cõſuetudine ſcientia capiẽs experientiã: effict̃ ſcia: at ab expientia tollerãtes neutiq̃ fatemur: planeq; negamus fortes eſſe: nõ igit̃ fortitudo fuerit ſcĩa: rurſus ſunt quoq; fortes ab expiẽtiæ cõtrario: inexpti ſi qdem eoꝝ q̃ eueniant ab ea reꝝ nulla experientia ſunt intrepidi: & ne hos quidẽ fortes eſſe dixerim. Sunt porro qui fortes a perturbationibus exiſtimẽtur uelut amantes: aut lymphatici: at ne hos quidẽ fortes dicere oportet q̃n quidẽ ſi ab ipſis affectus auferat̃ non erunt amplius fortes fortẽ ſiquidem/perpetuo fortem eſſe oportet: & perinde ne feræ quidem ut ſues dici fortes poſſunt: quod ſuccumbãt ingemãtq; pcuſſæ: neq; fortẽ ob pturbationẽ dicere cõuenit. Eſt uiciſſim fortitudo alia quæ ciuilis exiſtimat̃ uelut ſi qui ciuium pudore offuſi: tolerent pericula ut fortes exiſtimentur quemadmodum uerbi cauſa Homerus hectora dicentem inducit.

Polydamas uereor me carpat in agmine primus.

Ideo pugnãdũ eẽ exiſtimat: at ne qdẽ hæc dicẽda fortitudo in iſtoꝝ. n. ſingulis eadẽ cõgruet diffinitio quo nãq; ablato nõ pdurat fortitudo: efficere fortẽ nõ põt: ut ſi pudorẽ unde fortis erat abſtulero. Sunt itẽ & aliter fortes exiſtimati ob ſpẽ boniq; expectationẽ: at ne hos quidẽ dicere fortes poſſis: q̃nqdẽ tales ac in talibus fortes dicere uidebitur alienũ ꝓinde in nullis hmõi fortitudo collocãda ẽ. q̃lis igit̃ & quiſnã fortis ſit hinc cõſiderãdũ: ac ut paucis abſoluã q nulla iã ſupradicta cã fortis eſt: uerũ ꝙ id honeſtũ eſſe cenſeat: idq; faciat: ſeu aliqua: ſeu nulla oblata fuerit occaſio: neq; tñ ꝓrſus citra pturbationẽ: ĩpulſumq; gignit̃ fortitudo: expedit uero ĩpulſuũ hẽre rõnẽ: honeſti cã: ad intrepide piclitãdũ: q hoc mõ: is erit fortis. At circa hæc fortitudo: nec uero intrepidos eẽ oportet ita ut cũ forti fuerit occurſum in totum nihil metuat̃: nec. n. talis fortis. Cui prorſus nihil eſt horrendum ita nãq; etiam lapis & reliqua inanima fuerint fortia. Cæterũ metuẽdũ qdẽ: ſed tolerãdũ nã ſi nihil metuẽs toleret: neutiq̃ fortis: itẽq; ut ẽe pauloãte de





metu atq; piculo diſſeruimus: nõ omne: ſed eſſentia q̃dã delectũ intelligimus. neq; itẽ in fortuito: & quouis tpe ueꝝ in quo & metus & plura ĩminẽt pticula: nã ſi qs decimo poſt anno futuꝝ nõ metuerit piculũ quonã pacto fortis: ſunt enim: quod longe abſint fiducia pleni: qui ſi fuerint ꝓximi moriant̃ metu: hæc deniq; fortitudo: & hic fortis.

De temperantia.

TEmperãtia eſt intẽpantiæ & incõmobilitatis circa uoluptates medietas: nã tpantia ac prorſus uirtus omnis habitus eſt optimus: at optimus habitus optimi eſt: optimũ uero inter exceſſum defectũq; medium. quandoquidẽ utrinq; prominent uituperandi: tam exceſſu quam defectu: proinde ſi optimum medium: & temperantiam inter intemperantiam & incõmobilitatem eſt quædã medietas: horũ itaq; fuerit quædã medietas: quæ tpantia: circa uoluptates & ægrimonias uerſat̃: non tñ oẽs: & quæ circa oĩa: neq; enim ſi q̃ſpiã picturæ/aut ſtatuæ/ uel huiuſmodi alterius oblectet̃ aſpectu: erit iam in tpans: ſimiliter ne qdẽ audiendo: aut olfaciẽdo: ſed in eis uoluptatibꝰ quæ in tactu ſint & guſtu: neq; tpans circa eiuſmodi/ ut a nulla tali capiat̃ uoluptate: nã tum incõmobilis planeq; ſenſu carens fuerit. Veꝝ qui oblectet̃: non agat̃ in ipſorũ exceſſum: ita fruens ne qd faciat operoſum: totuſq; agendo ab honeſtate pendeat: non agendo quicq̃ niſi modeſte nam quicũq; ab exceſſu talium uoluptatum abſtinuerit uel metus uel cuiuſpiam alterius rei cauſa: tpans non eſt: neq; enim cætera aĩalia p̃ter hoĩem dicimus tpantia: quod ab ipſis ratio abſit: qua honeſtum deligimus: omnis ſi quidem uirtus honeſti eſt: & ad honeſtũ tendit: proinde erit temperantia circa uoluptates & ægrimonias: eaſque in tactu guſtuque progenitas: demum conſequens eſt ut de manſuetudine dicamus & quid & in quibus ſit.

De manſuetudine.

MAnſuetudo igit̃ eſt inter iracũdiã & iracũdiæ ceſſationẽ in totũq; exiſtimãtur uirtutes medietates eſſe: ꝙ aũt ſint medietates hinc facile quis dixerit: nã ſi ꝙ optimũ/in medietate eſt collocatũ: eſtq; uirtus habitus optimꝰ: atqui optimũ eſt mediũ: uirtus ergo ſit mediũ neceſſe eſt: ꝙ ſane certũ ſingula cõſiderãtibꝰ: nã qa iracũdus eſt quiſq; q̃q; & plurimũ excãdeſcit: ac eiuſmodi ſub rep̃hẽſionẽ cadẽs: nec decet uſq;quaq; ex cãdeſcere oibꝰ: & oĩno ſemp: neq; cõtra ita habere ut cuiq̃ nunq̃: is nãq; incõmobilis ſub rep̃hẽſionẽ cadit: cũ igit̃ tã q ad exceſſum: q̃ qui ad defectum puenit ſub rep̃henſionẽ cadat: q horũ medius fuerit mãſuetus: ac laudabilis: neq; enim ab ira deficiens neq; itẽ excedẽs in ipſa laudabilis: ſed qui mediocriter in his habet: is manſuetus harumq; perturbationum medietas manſuetudo.

De liberalitate.

LIberalitas aũt eſt inter ꝓdigalitatẽ & auaritiã medietas collocata: uerſant̃ aũt huiuſmodi pturbatiões circa pecũias: ꝓdigꝰ nãq; eſt q ubi nõ decet impendit & plura q̃ deceat: & cũ minime decet: At auarus ei cõtrarius nõ impendens ubi decet: & quæ decuerit: & q̃n decuerit: utriq; ſub rep̃hẽſionẽ cadunt unus qdem deficiẽdo/alter uero excedẽdo: liberalis ergo quãdoqdẽ laudabilis eſt mediũ inter hos tenet locum qs nã demũ nempe q ubi decet: & quãtũ decet impendit.

Species auaritiæ.

SVnt aũt plures auaritiæ ſpẽs: ſicut eoꝝ quos nugiuendulos appellamus: cuminiq; emptores: necñ turpilucri: & paruiloq: q oẽs auaritiæ ſuccũbũt: malũ nãq; multiplex: at bonũ ſoliſtimũ: queadmodũ ſanitas qdẽ ſimplex: ſed multiformis morbꝰ: itidem uirtus ſimplex cũ ſit: uitiũ tñ multiforme:

cuncti ſi qdẽ memorati ob pecuniã ſub uitupationẽ cadunt. Vtꝶ igiť liberalis eſt pecuniã nãciſci: & cõpare an nõ: neq;.n. nullius alterius eſt uirtutis: nã neq; fortitudinis eſt arma fabricare: ſed alterius: uerum ipſius eſt accipere eiſq; recte uti. idem de temperantia cæteriſq; dicendumq;: At/ne quidem auaritiæ ſed pecuniam incutientis.

De magnanimitate.

MAgnanimitas eſt inſolẽtiæ: & puſilanimitatis medietas/circa honorẽ: in honorãtiãq; uerſať: & honorẽ qdẽ nõ a multis: ſed a ꝓbis attributũ: q ei p̄cipue cõueniat: ꝓbi nãq; ꝑiti iudices: recte honorabunt: honorari itaq; ſe qui dignus honore fuerit potius uolet: ab his qui ipſum cognouerint: neq;.n. de omni honore fuerit ſed optimo magnanimitas: honorabile bonum & ordinem obtinens principatus iure igiť deſpecti & improbi magnis rebus ſe dignos opinati: ac ſubinde honorãdos dicunť inſolẽtes: q uero ſeſe ſũmittunt: & magis q par eſt abiiciũt puſillanimi: hoꝶ igitur medius q neq; ſe ita abiicit ut minore q̃ ſit par honore uelit hõeſtari: neq; rurſũ maiore q̃ deceat: neq; omni is demũ eſt magnanimus & ꝑinde certũ eſt magnanimitatem eſſe inſolentiæ & puſilanimitatis medietatẽ.

De magnificentia.

MAgnificentia eſt iactationis & uilitatis medietas: uerſatur autẽ magnificẽtia circa ſumptus: quos magnificum facere par eſt: qcunq; igitur ubi non expedit ſumptum facit/ glorioſus iactabunduſq; eſt: ut ſi quis ſodales ita epulo accipiat: ac ſi nuptias faciat/is glorioſus: talis namq; eſt qui quo tp̄e non expedit ſuam indicat affluentiam: huic contrarius eſt uilis: qui ubi oportet magnifice non impẽdit: nec facit ut nuptiarum dignitas expoſtulat ſumptum/ ſed ſibi deeſt: is nimirum uilis: at magnificẽtia uel ex ipſo nomine nobis poteſt qualis ſit innoteſcere oportuno nanq; tempore magnifice factum recte magnificentiæ nomen aſſequeť: magnificentia igitur fuerit: quando quidem laudabilis: inter exceſſum deffectumq;. Circa ſumptus idoneos quædam medietas: ſunt & nonnullis plures magnificentiæ exiſtimatæ: uelut dicentibus magnifice ſeſe infert: & hmõi aliæ magnificẽtiæ: ñ ꝓpriæ ſed a trãſlatione nomẽ inuenientes: nec enim in illis magnificentia: ſed in eis quæ diximus.

De indignatione.

INdignatio eſt iuidentiæ & maliuolentiæ medietas: ambæ.n. iſtæ ſub uituperationem cadũt: at indignabũdus laudabilis: eſt autem indignatio quædam ægrimonia de bonis quæ indigno alicui: aliquo pacto euenerunt: indignabundus itaq; qui in huiuſmodi triſtatur idẽq; rurſus triſtetur ſi quem uiderit indigne malis afflictatum: ac demũ indignatio & indignabundus talis: cui contrarius eſt inuidens: quippe qui triſtabiť: cũ quempiam prorſus ſiue dignum ſiue indignũ bene agere uiderit: cui ſimiliter maliuolus par eſt: qppe q lætatur ꝙ qs male agat: ſiue dignus: ſiue indignus ſit nec indignabundus eiuſmodi uerum inter hos medius.

De grauitate.

GRauitas eſt inter moroſitatem: & delectationem medium: quæ circa cõuerſationes: moroſus nanq; eſt eiuſmodi ut nullius conuerſatione aut colloqo capiatur: ſed ut nomen ipſius indicat a ſuo more: nam moroſus quaſi aliorum mores improbans: ſibiq; placens eſt nominatus: delectator autem talis ut omnium uelit habere conuerſationem: & omnino & omnifariam: horum neuter laudabilis: at grauis in medio iſtorum laudabilis: neq;.n. erga omnes: ſed erga meritos non erga neminem: ſed erga hoc ipſos conſueſcit.



De uerecundia.

VErecundia eſt inter impudentiam: & ſtuporẽ medietas in actionibus colloquiiſq; conſtituta: impudẽs eſt q ubiq;/& in oẽs loquiť/& omnia utcũq; euenerint: at ſtupidus ſeu attonitus huic cõtrarius: & cũcta & cunctos ueritus tã agẽdo/q̃ dicẽdo: ſolertie expers talis eſt: q in cunctis: obſtupeſcit: at uerecũdia & uerecundus inter hæc medium tenet locũ: neq;.n. cuncta: & omnino: ut impudens & dicit & agit: neq; porro ut attonitus in omni & omnino trepidabit: uerum aget loquætur ubi & quæ & quando expediat.

De urbanitate.

VRbanitas eſt ſcurrilitatis & ruſticitatis medietas: in ſalibuſq; cõmittiť: ſcurra ſiquidem eſt q cũcta/& oĩno inceſſendũ eſſe exiſtimat. Ruſticus uero q neq; inceſſere uult/neq; recte inceſſum iri exiſtimat: ſed excãdeſcit: urbanꝰ qui inter hos medius/neq; omnes/neq; omnino inceſſens: neq; itẽ ip̄e agreſtis: ac durus: at erit duobꝰ fere modis urbanus: nã & moderate inceſſere percalluerit/& alioꝶ iaculationem tolerabit/ita nimirum urbanus atq; urbanitas.

De amicitia.

AMicitia inter aſſentationẽ & inimicitiã medietas in actione ſermoneq; uerſať: aſſentator nãq; eſt q plura q̃ ſit par adſintq; cuipiã arrogãs: at infenſus inimicus qui derogat ẽt quæ adſunt: quorum neuter iure laudandus accedit: inter quos medius eſt amicus: qppe q nec plura præſentibꝰ cuiq; aſtruit: neq; quæ minime conueniat laudauerit: neq; econtrario imminuet: neq; omnino aduerſabitur: præterq̃ exiſtimetur tribuendum huiuſmodi igitur eſt amicus.

De ueritate.

VEritas inter diſſimulationẽ & iactationem in oratione uerſať: nõ oĩ glorioſus nimirum eſt q plura q̃ adſint ſibi arrogat: aut ſcire fingit quæ nõ nouerit: huic cõtrarius diſſimulator pauciora & minora eſſe ſua ſimulãs quæq; nouit diffitetur occultatq; quæ cognoſcit: neutrũ hoꝶ facit uerus: neq;.n. plura: neq; pauciora: q̃ quæ ſibi affuerit cõfinget: ſed ea demũ & eſſe ſibi & ſcire dicet quæ teneat: ſint deniq; hæ ipſæ uirtutes: an ſecus: alia fuerit: conſideratio: at qui medietates iam memoratorum: hinc certum eſt/quod qui ad hæc uiuunt laudibus exornantur.

De iuſtitia.

uirtutis actionẽ: ſitq; uirtus circa uoluptatẽ & ægritudinem: de uoluptate dicere neceſ-
ſe eſt: qñquidẽ citra uoluptatẽ nõ eſt fœlicitas. Primũ itaq; dicamus quid nõnulli ferãt
uoluptatem in numerum bonorum non euenire exiſtimantes aiunt nãq; primo ortũ eſſe
uoluptatẽ. at ortũ qddã imperfectũ: bonũ porro imperfecti locũ nũq̃ obtinere. ſecũdo
loco uoluptates eſſe quaſdã improbas. at improbitatem nunq̃ bonum admittere. Rur
ſus quod gignaťĩ oibus nã & malo & improbo & feræ & cicuri deputať. at bonũ malis
amiſceri nephas. & ne qdem multis cõe eſt. quodq; nõ potentiſſimum uoluptas. at bo-
num potentiſſimũ: quodq; honeſta agendi ſit impedimentũ: nam quod honeſta agere
p̄hibeat bonum qui põt eſſe. Primũ igiť primo occurrendũ de ortu rõq; diluẽda quod
neutiq̃ uera ſit. eſt igiť in primis nõ omnis uoluptas ortus. nãq; ab inſpiciẽdo uoluptas
gigniť ortus nõ eſt: nec quæ ab audiendo & olfaciẽdo. neq;. n. ex egeſtate procreata quẽ
admodum in aliis ut ex comedendo uel bibẽdo: heæ nãq; ex egeſtate & redũdãtia fiũt:
aut ſaturando egeſtatem: aut redũdantiæ auferẽdo: ideo ortus eſſe uideatur. at egeſtas
& redundantia ægritudo: igitur ægritudo hic ubi ortus uoluptatis: at qui inſpectãdo/
& audiendo/ & olfaciendo/ non eſt ut ægritudo antecedat: nemo ſiquidem ſpectando
delectatus aut olfaciendo prius triſtatus eſt. itidem in animi ſententia inſpicienti dele-
ctatio eſt citra p̄cedentem ægritudinem: & perĩde fuerit uoluptas aliqua quæ ortus nõ
eſt. Quod ſi uoluptas ut eorum dictat oratio: ideo bonũ nõ eſt quia ortus: eſtq; uoluptas
aliq̃ q̃ ortus nõ ẽ: fuerit utiq; bonũ uoluptas. atq in totũ nulla ẽ uoluptas ortus: nã neq;

quæ a comedendo & bibẽdo uoluptates ortus dici poſſunt: ueꝝ hallutinant̃ q has uo
luptates ortus eſſe perhibent: putant ſi quidem quoniam prolatis rebus gignitur uolu
ptas: ob hoc ortum eſſe ſed nõ eſt: quandoqdẽ eſt pars animæ quædã qua oblectamur
ſimul ꝓlatis quibꝰ indigebamus rebꝰ ea pars animæ quatenus exercet̃ & mouet̃ oble
ctat̃: atqui motus ipſius & exercitium uoluptas eſt: quod cum ꝓlatis rebꝰ ea pars ani-
mæ exerceatur: aut ꝓꝑ ipſius actionẽ ortũ eſſe cenſent uoluptatẽ quod certa ſit reꝝ pro
latio animæ tñ pars incerta: perinde atq; ſi quis hominem eſſe opinetur corpus: quod
id ſub ſenſum cadat: non aũt animã: uerum eſt anima: itidẽ & in hoc: eſt nãq; pars quæ
dam animæ qua oblectamur: quæ ſimulatq; res prolatæ ſunt exercet̃. ideo nulla uolu-
ptas eſt ortus. Verum & cõuerſio inquiunt in naturam quæ ſub ſenſum cadit: nam nõ
cõuertentibus ſeſe in naturam uoluptas eſt: ſi quidem conuertendo naturæ egeſtatem
fit eius exaturatio: at ut diximꝰ eſt ut nulla egeſtate fiat oblectatio ſi quidẽ egeſtas ægri-
tudo: at citra ægritudinem dicimur oblectari: & perinde non fuerit uoluptas egeſtatis
cõuerſio indignum nãq; in huiuſmodi uoluptatibꝰ nihil: ꝓinde ſi ideo qđ ortus eſt uo
luptas bonum eſſe non exiſtimet̃: nullaq; eſt uoluptas ortus: bonum utiq; fuerit uolu-
ptas: ſed ꝓpterea ꝙ nõ omnis inquiũt uoluptas bonum: quiſpiã id depræhenderit hoc
pacto: nam quia bonum in omnibus dicitur eſſe p̃dicamẽtis nempe in eſſentia & in ad
aliquid: & in quanto: & quãdo: ac in totum in oĩbus: illud quoq; manifeſtũ per omnia
uoluptatem aliquam cõmitari: proinde quia in omnibus p̃dicamentis eſt bonum: etiã
uoluptas fuerit bonum: & perinde quoniam in his quidem per ſe bõa: etiam uoluptas
fuerit ꝑ ſe bonũ: at q a nobis uoluptas ẽ uoluptas: bonũ ergo fuerit oĩs uoluptas: ſimul
certum hinc etiam differre inter ſe ſpẽ uoluptates quandoquidẽ differunt etiam p̃dica-
menta in quibus eſt uoluptas neq; enim eſt quẽadmodũ in ſcientiis ut grãmatica uel q̃
cunq; alia: nam ſi habeat quis ſplendide grãmaticam itidem afficitur qui ſub ea grãma
tica grãmaticus: eo modo quo & aliis qui habeat grãmaticam id ꝓpterea differunt grã
maticæ quæ in ſplendido quæq; obſcuro: at in uoluptate non ita: nam quæ ex ebrietate
uoluptas: & quæ ex copulatu nõ eodem modo afficiuntur quamobrem ſpecie inter ſe
diſtingui uidebũtur uoluptates. Cæterum quia ſunt & malæ uoluptates etiam ob hoc
bonum uoluptas nõ eſſe uidebatur: at id uoluptatis mĩe proprium iudicium eſt ſed na
turæ atq; ſcientiæ: nam eſt & natura mala ſicut uermiũ & crabronũ: ac prorſus uilium
animaliũ: nec tamen ob hoc natura malorũ eodem modo habent & male ſcientiæ ſicut
ſedentariæ. nec tamen ob hoc malum ſciẽtia eſt: ſed genere bonũ tam ſcientia q̃ natura.
nam quẽadmodũ ſtatuarius inſpiciendus non eſt qualis quiſpiã ſit: ex eo quod euenerit
male exerceri: ſed quod bene ita ne quidẽ ſcientiã naturamue: aut quippiam aliud qua-
le ſit ex malis ſed ex probis. itidem ergo uoluptas quoq; gener̃ bonũ eſt quod uero ſint
& male uoluptates ne nos qdem latet: nam ſunt etiam diuerſæ naturæ animalium bo-
na & mala ſicut hominis quidem bona. Lupi uero uel cuiuſuis alterius feræ mala. ſimi-
liter equi natura altera q̃ hominis & aſini & canis. at uoluptas cõuerſio eſt ex eo qđ con
tra naturam in naturam cuiuſlibet ſuam. proinde cuius fuerit ſuauiſſima improbæ na
turæ: ea improba uoluptas eſt. neq;. n. eſt idẽ equo qđ homini & ne quidem aliis. at qm̃
diuerſæ naturæ ſunt / diuerſæ quoq; uoluptates nam uoluptas conuerſio eſt: & conuer-
ſio inqunt in natura inſidet. proinde & malæ naturæ mala cõuerſio eſt: ut probæ ꝓba
qui porro uoluptatem probã eſſe cõtendunt eo afficiunt̃ modo quo q neſciẽtes nectar
deos uinum potare exiſtimant: nihil eſſe eiuſmodi peculiare putãt ex inſcitia in id dela-
buntur: his ſimiles ſunt qui cunctas uoluptates ortus eſſe aſſerunt: & neutiq̃ bonũ. nã
quod



quod alias uoluptates ignorent preter eas quæ corporis ſunt: eas ducunt ortus eẽ: nec
bonas in uniuerſum non rent̃ uoluptatẽ eſſe bonũ: qm̃ igit̃ eſt uoluptas & cõuerſæ na
turæ & cõuertentis cõuerſæ quidẽ ex egeſtate ad expletionẽ. Cõuertentis aũt q̃ a uiſu &
auditu & id genus aliis meliores fuerint cõuertentis naturæ actiões. uoluptates namq;
utrouis modo dictæ ſunt actiões. proinde nõ dubium qn a uiſu uoluptates & auditu &
intelligẽtia ſint longe optimæ. Cunq; ſub corpus cadunt ab exaturatiõe procreentur.
Rurſum id dicebat̃ qđ ne quidẽ bonũ. ſiqdẽ quod in oĩbus ſit & cõe oĩbus nõ bonũ /
id certe in honoris cupido. & honoris cupiditate magis propriũ eſt: honoris ſiquidẽ cu
pidus ſolus uult habere / & illo cæteros anteire. uoluptatẽ igit̃ ſi ipſam ꝑ ſe bonum eſſe
oporteat: eſſe ne eiuſmodi conuenit an non. atq etiã cõtrario modo ob id nãq; bonum
eſſe uideat̃ qđ cũcta expectant: agnatũ enim cũctis bonũ expetere. & ꝑinde ſi cuncta
uoluptatẽ expetunt genere bonum fuerit uoluptas: rurſus quod ſit impedimentũ uo
luptas ipſam bonum eſſe negauerũt impedimentũ eſſe aſſerendo: qđ non recte uideã-
tur conſiderare: neq; enim ad res tranſigendas eſt impedimentũ ſi qua ſit alia impedi-
mentũ. ut ebrietatis uoluptas agere inhibuerit. Cæteꝝ ita etiã ſciẽtia ſciẽtiæ fuerit impe
dimentũ. nam nõ eſt ut ſimul utrãq; exerceas: ſed cur non bonũ ſciẽtia ſi uoluptatẽ ex
ſcientia excitarit: & utrũ impedimentũ ſit an ne. Cæterum multomagis aget uoluptas
namq; ad magis agendũ inde ſuſcitata impellit qa probum faciendo agit quã ex uittu
te: & ea ſuauiter agit: nũqd multo etiam magis quæ ad actionẽ ꝑtineant exercebit: ac ſi
oblectatus egerit probus erit: ſin triſtatus honeſta proſequatur non ꝓbus ægrimonia
namq; in eis quæ ex neceſſitate eſt: proinde ſi quiſpiã ægreſcat honeſta ꝓſequẽdo coa-
ctus pagit: quia neceſſitate agere cõpellitur non probus. Cæterum nõ eſt ut non triſte
tur uel oblectet̃ quæ ad uirtutẽ ꝑtineant ꝓſequendo: nec aliquod medium eſt: cur nem
pe quod uirtus in affectu: affectus uero in ægritudine & uoluptate: nec quicq̃ in medio
poſitũ eſt. non dubiũ igitur quin uirtus cum ægritudine & uoluptate ſit. ſi quis igitur
mœſtus honeſta proſequat̃ non bonus. ꝓinde nõ fuerit uirtus cum ægrimonia: cum
uoluptate ergo tantum ergo abeſt ut ſit uoluptas impedimentũ: ut etiam ad agẽdum
exhortet̃. in totũq; non contingit ut ſit citra uoluptatẽ quæ ab ipſa procreatur. alia fuit
oratio ꝙ nulla ſcientia faciat uoluptatem: ne id quidem uerum eſt cõuiuiorum namq;
ſtructores & coronarum necnon unguentarii uoluptatis ſunt effectores. Cæterũ aliis
ſcientiis non eſt uoluptas ut finis ſed cum uoluptate nec citra uoluptatem. eſt igitur ẽt
ſcientia uoluptatis effectrix. Rurſus etiam aliter dicebatur quod non optimum: ue-
rum hoc modo atq; hac ratione ſingulas ieris perditum uirtutes: ſiquidem fortitudo
optimum non eſt. nunquid igitur ob hoc non bonum an id abſurdum ſit. itidem & in
aliis quod uoluptas quia non optimum / nõ eſſe uideatur bonum. Dubitauerit autẽ
quiſpiã per uirtutes tranſiens hmõi: ut quia ratio quandoq; ĩperat affectibus. de conti-
nente. n. hoc dicebamus: & econuerſo affectus imperant rõni: ut euenit incontinenti-
bus: quia inq̃ expers rationis pars animæ uitium admittendo imperat rationi bene diſ
poſitæ talis ſiquidem incontinens: & ratio ſimiliter mala. quãobrem ipſa quoq; bñ diſ-
poſitis perturbationibus imperabit ſuam uirtutẽ continentibus. hoc ſi ita euenerit abu
ti uirtute improba nanq; ratione affectus uirtutem uſurpando: ipſa abutetur: hoc nimi
rum abſurdum euenire uidebitur. Tali ſane dubitationi facile ex eis quæ a nobis an-
te de uirtute dicta ſunt eſt occurrere atq; refellere. tum demum nanq; uirtutem eſſe di
cebamus cum ratio bene affecta perturbationibus ſuam uirtutẽ habentibus fuerit mo
derata: necnon perturbationes rationi conſentaneæ. ita namq; affecta inter ſe inuicem

conſentient ut ratio quod optimum ſit ſemper preſcribat. perturbationes uero facile
bñ diſpoſitæ id exequant̃ quod ratio perſcripſerit. ſi rõ igitur male fuerit affecta ptur-
bationes uero bñ: non fuerit uirtus deficiente ratione: nã ex utroq; uirtus. proinde non
cõtigerit uiuere abuti. ſimpliciter uero nõ quemadmodũ alii opinantur dux ratio uirtu
tis eſt atq; principiũ ſed potius perturbationes. Ad honeſtũ nanq; impulſum quẽdam
oportet prĩo innaſci irrationalẽ qui producatur: ſiue ita poſtremo rõnem eſſe diſcernen
tem atq; conſtituentẽ: quod ſane uiderit quiſpiã ex pueris & rõnis expertib9 aĩantibus
in hiis nãq; ſine ratione pturbationum ĩpulſus exeriuntur prĩo ad honeſtum. Mox po
ſterior adueniens ratio & conſtituens honeſta agere exhortatur: ſed non ſi a ratione ad
honeſta cœpit principium perturbationes conſentientes comitantur. uerum ſæpe nu
mero controuerſantur. Quamobrem potius conuenerit perturbationem ad uirtutem
anteire bene affectum q̃ rationem.

De fortuna.

INterea dicendũ de proſpera fortuna eſt: poſteaq̃ de fœlicitate: nobis ẽ ora
tio: arbitrant̃ nanq; multi fœlicem uitã fortunatã eſſe uel nõ eſſe citra fortu
natã: & forte nõ iniuria. abſq;. n. exteris bonis quoꝝ domina fortuna eſt fœ
licẽ eſſe non contingit. iccirco de ſecunda fortuna nobis dicendũ: necnon
quis prorſus ſit fortunatus: & in qbus & circa quid. primũ igitur ad hæc quiſpiam acce
dens: ſpectanſq; dubitauerit quãdoquidem non dixerit fortunatã eſſe ut natura eſt ſem
per cã cuius eſt eius ut plurimũ eodem modo eſt effectrix. At fortuna nũq̃ uerũ teme-
re & ſine ordine ac ut fors tulerit. iõ fortuna in eiuſmodi eſſe dicit̃ ubi neq; mẽs ulla ne-
q; recta rõ eſt. nã ubi id nihilominus eſt qdq̃ ordinatũ: ac eſt ſemp eodem modo. nõ ita
fortuna. Iccirco ubi mẽs plurima ac ratio: ibi fortuna minima: ubi plurima fortuna ibi
mens perexigua. At nũquid ſecunda fortuna eſt ut deorum quædã cura: an id mini-
me uideri debet: taliũ ſiqdẽ dñm præficimus deũ: ut bona malaq; meritis diſtribuat. at
fortuna & q̃ a fortuna tã uere q̃ ut fors tulerit fiũt: quod ſi huiuſmodi diſtributori deo
aſcripſerimus malũ ipſum iudicẽ faciemus neq; iuſtum: id nephas deo deputare. Cæte
rum pter hæc ad nihil aliud fortunã qſpiam ordinarit. pinde nõ dubium quin horũ ali
qd ſit. mens certe ac ratio: necnon ſciẽtia prſus alienũ quiddã ab hoc eſſe uideat̃. Præ-
terea neq; cura neq; beniuolentia q̃ a deo uideat̃ eſſe fœlicitas: qm̃ malis attribuit̃. At q
deũ maloꝝ curã habere fas nõ eſt: reliquũ igit̃ & maxime peculiare fortunæ natura eſt.
eſt nimirũ proſperitas ipſaq; fortuna in his q̃ in nobis nõ ſunt: neq; eorũ quorũ ipſi ſu-
mus domini: quæq; poſſimus efficere. ideo iuſtũ quatenus iuſtũ nemo fortunatũ dicit:
& ne quidẽ fortẽ nec prſus queq̃ aliũ uirtute præditum in nobis ſiquidẽ eſt hæc habere
uel nõ habere: ſed enim in talibus magis peculiare ac ſuũ dicimus fortunatum & pſpe
ritatem. ingeniũ nãq; dicimus fortunatũ ac prorſus cui talia bona extiterint: quoꝝ ipſe
neutiq̃ dominus eſt. uerũtñ ne hinc quidẽ proprie pſperitas diceretur. Eſt tamẽ for
tunatus ſæpenumero dictus. nam pter alicuius conſiderationem cum & alicui bonum
aliquod agere cõtigerit dicimus fortunatum & eum cui iure infligi damnum debuerat
eiuſmodi hominem lucrum facientem dicimus fortunatum. Eſt igitur proſperitas in
agendo bonum aliquod præter rationem: & in non ſubeundo ut debuit malo. Cæterũ
potius ac magis peculiare in bono capiendo proſperitas uideatur. ſiquidem bonum ca
pere per ſeſe fortunatum quiddam eſſe uideatur: malum uero non ſubire ex caſu fortu-
natum. Eſt igitur proſperitas rationis expers natura: namq; fortunatus eſt qui ſine
ratione ad bona impellitur. eaq; cõſequitur: id uero naturæ eſt. nam animæ ineſt huiuſ



modi a natura quo ſine ratione impellamur ad ea unde bene habemus: eouſq; ut ſiquis
roget ita habentem cur nam id tibi ita libet agere: neſcio inquiet: ſed libet ſimile prope-
modũ lymphaticis. ſiqdem lymphatici citra rõnem ad aliqd agendum ĩpelluntur. pro
ſperitatem uero ſuo ac peculiari noĩe appellare non habemus: ueꝝ ipſam ſæpe dicimus
eſſe cauſam. at hæc cauſa a noĩe alienum qddam eſt: qm̃ cauſa & cuius eſt cauſa aliud ẽ:
& citra ĩpulſum bona conſequentem cauſa: cauſa dicta eſt ut malum nõ ſubire uel por-
ro minime animo deputatum: bonum capere nãciſci bonum. eſt profecto huiuſmodi
proſperitas ab illa diſtincta: uideturq; hæc ex rerũ fieri interuentu ex caſuq; pſperitas:
& perinde tam & ſi eſt hmõi proſperitas: non tamen ad fœlicitatem: talis inq̃ proſperi-
tas fuerit peculiaris. Cuius in ipſo impulſus prĩcipium: bonorum eſt aſſuetudinis: qm̃
igitur eſt fœlicitas non ſine bonis externis: & a proſperitate ut iamdudũ dicebamus ori
untur: fœlicitatem coadiuuãt. de proſperitate igitur hactenus. Quoniam de ſingu-
lis particulatim diximus reliquum iam fuerit ut in totũ cõponendo ſingula accumule-
mus. eſt igitur non male nomen ĩpoſitum in conſumato probo honeſta probitas: ho-
neſtus & bonus nãq; dicit̃. Cum perfecte probus ſiqdem uirtutis bonum & honeſtum
fatentur: ſicut iuſtũ: honeſtum: & bonum aiunt: fortem: temperantẽ: ac prorſus uirtu
tum oĩum. Qm̃ igitur in duo diſtribuamus ut alia quidem honeſta. alia uero bona di
camus: & bonorum. alia qdem ſimpliciter bona: alia uero non: honeſta porro ut uirtu
tes & uirtutum actiones bõa certe dominatum: opulentiam: gloriam: honorẽ: & id ge-
nus alia. Eſt igitur honeſtus & bonus apud quem ſimpliciter bona ſunt bõa: & ſimpli-
citer honeſta honeſta ſunt: talis nãq; honeſtus & bonus: ſed apud quem ſimpliciter bo
na nõ ſunt bona: is neq; honeſtus & bonus: ſicut ne quidem bene ualere uideat̃ cui ſim-
pliciter ſalubria non ſint ſalubria: nam ſi opulentia & dominatus adueniendo quippi-
am offenderint: optanda non fuere: ſed talia quæ non offendant ſibi eſſe optauerit: qui
autem talis ſit qualis correptus ex bonis ne ei adſint ne quidem honeſtus ac bonus eſſe
uideatur: ſed cui per ſe bona omnia bona ſint nec ab ipſis abſumatur: ut ab opulẽtia &
dominatu is hõeſtus & bonus. De eo quod eſt ex uirtutibus recte agere neutiq̃ ſatis
abſolute dictum eſt. nam dicebamus ex recta ratione agendum eſſe. uerum ignarus in-
terrogauerit id fortaſſis qſpiam ex recta ratione qd nam ſit & ubi recta ratio: eſt nimi-
rum ex recta ratione agere: cum animæ pars irrationalis nõ prohibuerit rationalem ſu
am exercere actionem: tum demum. n. ex recta ratione erit actio. Quoniam animæ
partem unam quidem deteriorem habem9. Alteram meliorem ſemper deteriorem me
lioris cauſa obtinemus: ſicut in corpore & anima corpus animæ cã & corpus habere di-
cimur/ cum ita habuerit: ne præpediat/ ſed ita coniungatur & conſurgat ad animæ op9
perficiendum: quandoquidem deterius melioris eſt cauſa: ita ut ſe cum meliore exerce-
at. Cum igitur affectus menti non inhibuerint ſuum opus exercere. an non tum ex re-
cta ratione fuerit. ita propemodum uerum fortaſſis dixerit qſpiam: quo modo affect9
habuerint cum non impedient/ ac quando nã ita habebunt: ut non prohibeãt: neſcio.
Hoc quippe dictu neutiq̃ facile eſt: neq; enim medicus quando dixerit febricitanti pti-
ſanam proferendam. at quo pacto febricitare ſentiam cum inquit impalluiſſe uideris:
at palleſcentem quomodo ſciero: hinc occurrit medicus: ſi non habes ex te inquiens ut
talia ſentias: non habeo amplius quid dicam. hoc pacto de aliis cõmunis huic erit orõ.
ſimiliter habet & in affectibus dinoſcendis: aliquid nãq; per ſeſe ſenſu oportet coniicere.
Quærat porro & hoc fortaſſis quiſpiam nunquid re ipſa iſta cognoſcens ero cõtinuo
fœlix: nam ſunt qui opinentur. hoc certe eſt huiuſmodi: ut cæterarum ſcientiarum nul-

la diſcenti uſum præbeat & actionē: ſed habitū dūtaxat. ita ne qdē hic: hæc ſciendo uſū
tradit. fœlicitas enim eſt ut fate mur actio nō hitus: neq;. n. ſciendo ex quibus cōſtet fœ-
licitas: ſed ex utendo his. Atqui ho rum uſus & actio eſt: nec eſt præſentis tractationis
hoc tradere. quandoquidem neq; ulla alia quæpiam ſcientia uſum tradit ſed habitum.

De amicitia.

VErum enimuero inter cuncta hmōi nobis de amicitia dicere neceſſe eſt/ qd
ſit/ & in qbus & circa qd. q̄nqdem ad oēm uitam ipſam tendere pſpicimus:
& omni tēpore bonum eſſe: quod ad fœlicitatē cōplectendū. Primū igitur
uidebitur melius percurrere ac excutere quæ ambigua ſunt. nā eſt in primis
amicitia in ſimilibus ut uidet ur ac dici ſolet: ſiquidē graculus inquiunt graculo aſſidet.
ſemperq; deus ſimile agit ad ſimile. dicitur quoq; canis ſemper in eadem tegula dormi-
tare interrogatus fertur Empedocles cur nā canis ſemper in eadem dormiat tegula di-
xiſſe qm̄ ſimile canis habet tegulæ: & perinde ob ſimilitudinē eo tendere. aliis porro ui-
ſum eſt potius in cōtrariis gigni amicitia. amat ſiquidem imbrē terra inqt/ cū ſolum exa
ruit. quippe quod inqt contrarium contrario uelit conciliari. At in ſimilibus nihil fieri
contingit ſiquidem ſimile ut aiunt ſimili nō eget ac talia iactantur. Iterū utrum ope
roſum eſt amicū fieri an facile uelut aſſentatores cōfeſtim aſſentiunt: nec amici ſunt ut
eſſe uident. Dubitauerit in his quoq; qſpiā nū fuerit ꝓbus malo amicus an ne. A mi
citia ſiquidē in fide & conſtantia. at malus neutiq̄ talis: an malus malo amicus. ne id q-
dem. Primū igitur definiendū qualē conſideremus amicitiā. eſt nāq; ut opinant amici
tia etiā erga deū atq; inanimata: neutiq̄ recte. Amicitiā nāq; hic eſſe dicimus ubi amor
reciprocus: at erga deū amicitia neutiq̄ reciprocū: & ne qdē amare ſuſcipit. Alienū nāq;
fuerit ſi quiſpiā dixerit iouē amare. at ne qdē ab inanimatis amorē eſſe cōtinget recipro-
cum, amor tñ erga inaīata eſt: ut uinū uel hmōi aliud: ideo nō erga deū quærimus ami-
citiam neq; erga inaīata ſed erga animata: atq; erga ea in quibus ſit amare mutuo. quod
ſi quis deinceps conſideret qd ſit amabile. Videndū eſt igit non quicq̄ aliud q̄ per ſe bo
num. aliud nempe eſt amabile & aliud amandū queādmodū conſultabile & conſultan
dum: utriq;. n. bonum ineſt. ita etiam amabile quidem ſimpliciter bonū. amādum ue-
ro eodē mō bonū. iterum amandū quidē ēt amabile. at amabile non idē eſt quod aman-
dum. hinc igit & hac de cā eſt ambiguitas nū ꝓbus malo ſit amicus an ne. Cōnectitur
nāq; quodāmō per ſe bono bonū & amandū amabili. habet aūt & cōſequit bonū iucū
dum eſſe: & cōmodū. proboꝝ igit amicitia eſt cum ſe mutuo amauerint. amant autē ſe
inuicem quatenus amabiles: & amabiles quatenus boni. non igitur ꝓbus inquit malo
amicus. atq erit q̄nquidem p ſe bonū cōmittat cōmodum & iucūdū: ſi malus eſt q ſua
uis hac de cā amicus. Rurſus quatenus cōmodus eatenus amicus. ueꝝ nō erit ex amabi
li eiuſmodi amicitia. ſiquidē amabile bonum eſt atqui malus non amabilis. nō ergo pp
amabile ſed pp amandū: ſunt nāq; ab uniuerſali amicitia quæ in ipſis ꝓbis eſt. hæ quo-
q; amicitiæ quæ ex iucundo: & quæ ex cōmodo. qui ergo ꝓpter iucundū amicus: nō te-
net ꝓpter bonū amicitiā: neq; qui ꝓpter cōmodū. Atq ſunt hæ amicitiæ quæ pp bonū:
quæ ꝓpter iucūdum quæ ꝓpter cōmodū: nec tñ eædem & ne quidē ꝓrſus inter ſe inui
cem alienæ ſed ab eodē quodāmō dictæ ſunt. uelut medicū cultellū dicimus: medicum
hominem: & medicam ſciam: hæc non ſimiliter dicunt: ſed cultellus qd ad medicinā
utilis ſit/ medicus dicitur: at hō/ quod ſanitatem faciat. ſcia uero/ ꝙ ſit cauſa atq; princi
piū. itidē & amicitiæ nō identidē quæ ꝓboꝝ qppe ꝙ pp bonū: & quæ ꝓpter iucūdū: &
quæ propter cōmodū. neq; dicunt æquiuoce uerum nō ſunt eædem circa hæc quodam



modo: ac ex eiſdem. Quod ſi qs dicat qui propter iucūdum amat ei amicus non eſt:
quādoquidē nō propter bonū amicus eſt. is in amicitiā ꝓborum denigrat quæ ex his oī
bus conſtat. qppe ex bono & iucundo/ & ex cōmodo. ꝓinde non eſt uere ex illa amici-
tia amicus quæ ꝓpter iucundū/ uel ꝓpter cōmodū. utrū igitur erit ꝓbus ꝓbo amicus/
an nō. ſiquidē nō eget inquit ſimilis ſimili. hæc nimirū oratio ꝓpter cōmodum indagat
amicitiā. nam quatenus alter altero indiget. eatenus ſunt amici. quatenus ꝓpter cōmo
dū conciliant. Cū aliter definiatur quæ ꝓpter cōmodū amicitia: & quæ ꝓpter uirtutē:
& quæ ꝓpter uoluptatē. æquū utiq; hoc multomagis eſſe q uirtute cōciliant. cūcta ſiq
dem ipſis bona exiſtunt & iucundū & cōmodū. Cæteꝝ ēt ꝓbus malo. nā quatenus for
taſſis iucūdus eſt. eatenus ēt amicus: & malus malo. nā quatenus idem forte ipſis com
modū. eatenus amici ſunt fieri nāq; intuemur cū idem fuerit cōmodum: eos ob cōmo-
dū cōciliari: proinde nihil prohibet ēt malis aliquod cōmodū eſſe. Cōſtātiſſima igit ac
ſtabiliſſima & honeſtiſſima quæ ineſt ꝓbis amicitia qppe quod ꝓpter uirtutē ac p ſe bo
num. nā uirtus incōmutabilis & quæ per eā cōciliat amicitia cōſtātiſſima eſt. at quæ ex
cōmodo ſtabilis nō eſt amicitia: qppe quæ cū cōmodo elabitur. Similiter ēt quæ pro
pter uoluptatē. optimoꝝ igitur amicitia quæ per uirtutē excitata eſt: multorū aūt quæ
ꝓpter cōmodū & quæ ꝓpter uoluptatē in oneribus quæq; obueniunt. Contingit autē
etiam indignari cū malis amicis pariterq; admirari. eſt uero non abſurdum cum amici
tia principium cœperit uoluptatem propter quod amici ſunt itidē & cōmodum: ſimul
ac enim hæc deficiunt neutiq̄ etiā perdurauerit amicitia. at ſæpe perſtat quidem amici-
tia uerum abuſus amico eſt. ideo indignatur neq; id iniuria. non enim propter uirtutē
cum hoc tibi fuerat conciliata: ut alienū non uideatur nihil eſſe ex uirtute: quāobrē nō
recte indignant qui amicitiā per uoluptatē conciliarunt quod exiſtiment ipſam per uir
tutem duraturā quod fieri non pōt. non. n. pp uoluptatē & cōmodū ex uirtute eſt. uo-
luptate igitur cōciliari nō recte uirtutē quærunt: neq; enim cōmitrat uoluptatē & com
modū aliquod uirtus. ſed cōtra ea ambo uirtutē cōſequunt. alienū. n. niſi bonos putare
ſibi fore iucūdos. q̄nqdē mali: ut inqt Euripides ipſi ſibi ſunt iucūdi. malus uero conta-
beſcit. nec enim uoluptatē uirtus comes conſequit: ſed uirtutē uoluptates comittatur.
Vtrū uero ēt oportet in amicitia proboꝝ eſſe uoluptatē an non. Alienum enim nō uide
ri oportere: nā ſi ab ipſis inter ſe inuicem auferas ſuauitatē alios ad cōſueſcendū in uita
iucundos amicos adeunt. Nā ad ſimul uiuendū nihil maius eſt q̄ iucūdos eē: quāobrē
alienū eſt non arbitrari ꝓbos maxime ſimul inuicem uitam agere id uero citra iucundū
non eſt. expedit ergo ut uidetur his maxime iucūdis eſſe. Quoniam diſtributæ ſunt
in tres amicitiæ ſpecies in hiſq; ambigebatur utrum in ipſa æquabilitate amicitia eēt: an
in eo quod eſſet inæquabile. Eſt igitur in utroq;: nam proborum per ſimilitudinem per
fecta amicitia eſt. At quæ per diſſimilitudinem ea quæ propter commodum. Nam eo
modo copioſo pauper ob iopiam quib⁹ affluit diues amicus eſt: ac eadem de cauſa ma
lus probo: ſiquidem propter uirtutis iopiam a quo ſibi opitulatum iri putat: ei ob hoc
amicus eſt. fit igitur propter cōmodum inter diſſimiles amicitia. hac de cauſa dixit Eu-
ripides amat imbrem terra cum ſolum exareſcit his utpote contrariis amicitia ob cōmo
dum exoritur. Nā ſi libeat maxime contraria facere inter ſe inuicem utilia: ut ignem &
aquā cōponendo. Ignis ſi deſit humor abſumitur quē ſibi attrahit tanq̄ alimentū. tm̄ q
dem ut non ſuccumbat: nā ſi ſuperarit humor/ ignis abſumitur. Si uero moderatus cō-
fert. Non dubitū igitur quin in maxime contrariis ob cōmodū ſit amicitia. Deducūtur
aūt amicitiæ oēs tam ipſa æqualitate q̄ inæqualitate in tres diſtributæ ſpēs. Eſt aūt in

cunctis contentio inter ſe inuicem amicitiis cum neq̄ ſimiliter amauerint uel fecerint uel ſuppetiuerint: uel cum id genus aliquid & cum unus quidem uehementer facit: alter uero deficit in deficiendo inclamatio eſt: atq; incuſatio. præterea in talibus idem eſt amicitiæ finis ut ſi utriq; propter commodum inter ſe inuicem amici concilientur: aut propter iucundum: aut propter uirtutem defectus qui ab altero exploratus ac certus: ſi igitur plura tu mihi bona contuleris: quam ego tibi: non ambigo quin tu de me bene meritus a me plus amari debeas: ubi autē nō ac amicitia amici fuerimus ibi maiores differentiæ. Defectus ſiquidem ab utroq; incertus: ut ſi propter uoluptatē unus quidem ſit amicus: & ꝓpter cōmodum alter: inde oritur ambiguitas: neq;.n. qui cōmodo excedit: uoluptatē cenſet dignā quæ cōmodo rependatur. Nec qui uoluptate ſuperat dignā gratiam in ipſo commodo ſe exiſtimat accipere iccirco in eiuſmodi amicitiis magis exoriuntur differentiæ. Qui uero ex inæqualitate amici ſunt nempe excedentes opib9: uel alio huiuſmodi aliquo: non ſibi cenſent amandum eſſe: ſed ab inferioribus amari oportere exiſtimant: at amare melius eſt q̄ amari/ ſiquidem amare uoluptatis actio quædā eſt: & bonum: ab eo autem quod ametur nulla actio eſt nempe cognoſcere melius q̄ cognoſci. Cognoſci enim & amari etiam ĩ carentibus anima exiſtit at cognoſcere & amare rebus animatis. Rurſus beneficium eſſe melius q̄ ſecus: qui amat quatenus amat beneficus eſt: amatus uero quatenus amatur non: ſed homines honoris cupiditate incenſi amari q̄ amare malunt: quod quatenus amantur uideantur præcellere: amatus ſiquidem uoluptate/ uel copia/ uel uirtute præcellit: at honoris cupidus eminentiam affectat & qui excellunt: ſibi non amandum eſſe arbitrantur: quod in quibus excedunt amantibus rependi opinantur item ipſis ſunt deteriores illi: ob hoc non cenſent amare debere: ſed amari: ſed qui egenus pecūiarum/ aut uoluptatum/ aut uirtutis: is affluentem ſuſpicit: & amat quod ea conſequatur aut ſe conſecuturum opinetur. Sūt autem & aliæ ex conſimili affectu conciliatæ amicitiæ: & ex eo quod cuipiam bona uelint in quibus non eſt cuncta hæc compræhendens facta amicitia: nam ſæpenumero alii bona uolumus ut tamen cum alio uitam agere malimus: utrum hos amicitiæ dicere oportet an conſumate amicitiæ: nempe per uirtutem affectus: in ea ſiquidem amicitia hæc inſunt cuncta. nam cum alio nemine uitam agere libuerit ſiquidem iucundū & commodum & uirtus ineſt probo: cui bona in primis uoluerimus: & cum ipſo uiuere & bn̄ uiuere n̄ cū quoquā alio magis. Nunq̄d ſibi & erga ſe amicitia an nō: id nūc omittamus dicemus poſtea: ſed enim nobis ipſis cuncta uolumus: nempe nobis cum uiuere uitamq; ducere una uolumus id fere etiam neceſſarium & bene uiuere: & uiuere ac bonum uelle non cuiq̄ alii magis. Rurſus ſimilium affectuoſi in primis ſumus nobis ipſis nam ſi labamur uel in hmōi aliquod decidamus cōfeſtim triſtamur: hac de cā uideatur erga ſe ſibi amicitia: talia quidem certe ut in ſimilitudine affectationē & bene uiuere: & id genus alia: aut erga nos ipſos dicimur referre amicitiam: aut in eam quæ perfecta ſit: in ambabus enim ſunt hæc omnia nempe una uitam agere & eſſe uelle: & bene eſſe: ac cætera omnia in his ſunt. Rurſus uideatur fere in quibus iuſtū eſt in eiſdem eſſe amicitia quāobrē quod iuſtorū ſunt ſpecies totidem & amicorum: iuſtū certe eſt & hoſpiti erga ciuem: & ſeruo erga dominum: & ciui erga ciuem: & filio erga patrē: & uxori erga uirum: & quæcūq; ſimpliciter aliæ conciliationes & amicitiæ ſunt in horū ſingulis. Amicitiarum uero hoſpitalis ualidiſſima uideať: neq; enim ullus eſt cōmunis de quo ambigatur finis ut inter ciues ſiquidem ambigunt propter exceſſum inter ſe inuicem: nec amici permanent: nunc demum illud dicendum eſt utrum erga ſe ſit amicitia



nec ne. Quoniam igitur perſpicimus ut paulo ante dicebamus quod ex ſingularibus amare cognoſcitur: ſingularia uero nobis ipſi imprimis uelimus: nempe bona & eſſe: & bene eſſe ſimiliū affectantiſſimi nobis ſumus: & nobiſcum uiuere p̄cipue malimus: quod ſi ex ſingularibus cognoſcitur amicitia: ſingularia uero nobiſipſis eſſe uolumus: non dubium quin ita erga nos amicitia quemadmodum & iniuriam erga nos ipſos eſſe dicebamus: nam quemadmodum alter quidem afficiens iniuria: alter uero affectus iniuria unus & idem eſt: & ob hoc ne quidem eſſe uidebatur iniuria: eſt nimirū ut dicebamus in animæ partibus conſiderationem iactantes quandoquidem eſt uidere cum plures non conſentiunt tum aduerſum ſe eſſe iniuriam: ita igitur hic erga ſe eſſe uideatur amicitia: nam quoniam amicus eſt ut ſamur cum demum uoluerimus impēſe amicum dicere una mea & huius anima eſt: at quando animæ plures ſunt partes tum una fuerit anima: cum erga ſe inuicem conſenſerint ratio & perturbationes: ita nanq; una erit perinde atq; ſi una facta ſit: erit erga ſe amicitia: hæc autem erga ſe erit in bono amicitia: quandoquidem in eo ſolo animæ partes bene inter ſeinuicem habent: quando inter ſe non differunt quoniam malus nunquam ſibi amicus eſt: ſe nanq; ſemper oppugnat nempe inconti nens cum quid per uoluptatem nequiter egerit mox pœnitentia affligitur: ac ſe excruciat: itidem & in aliis uitiis malus habet ſeſe oppugnando: ac ſibi aduerſando. Eſt autem amicitia etiam in ipſa æqualitate ut ſociorum per æqualitatem numero & poteſtate boni: neuter ſiquidē ipſoꝝ debet altero plus ſibi aſcire: neq; numero bonorum/ neq; poteſtate/ neq; magnitudine: ſed ex æquali habere ſocii aliq cupiunt: at per æqualitatem patris erga filium/ & ſubditi & imperantis: & potioris & deterioris: & uxoris & uiri eſt conſideratio: ac ſimpliciter ubicunq; inter potiorem & deteriorem in amicitia ordo interceſſerit hæc nanq; eſt in ratione in diſparilitate amicitia: neq; enim unquam æquale ullus ex bono dabit ſi meliori deteriorique dederit: ſed maius ſemper ei qui excedat id quippe eſt quodammodo ratione æquale cum minus bonum capit deterior: eo qui melior eſt.

De affinitate.

AMicitiarum omnium quæ iam memoratæ ſunt in primis cognatus ē amor qui in affinitate: eaq; ex patre in filium: & cur nam pater filiū magis amat/ q̄ filius patrem: utrum ut nonnulli inter multos recte aiunt quod pater beneficus erga filium ſit: quodq; filius de patre benemeritus ſit: hæc igiť cauſa in amicitia per cōmodum conciliata eſſe uidebitur: quēadmodū & quæ per ſciam ſpectatur ita quodāmodo hic habebit: eſt igitur idem finis atq; actio: neq; aliud aliquid p̄ter actionem finis: ut tibicini eadem actio atq; finis: perflare enī tibias ei & finis & actio eſt: non autem ædificationi nam præter actionem alius eſt finis. Eſt igitur amicitia actio quædam nec finis alius eſt præter actionem in amando: ſed illud idem. Pater igiť ſemper magis quoquo modo ſatagit ob hoc quod eius factio ſit filius id qđ in aliis cernimus: omnes ſi quidem erga quod ipſi affecerūt ſunt quodāmodo beniuoli. Pater igitur filio utpote ſuæ factioni bona uult: memoria ſpeq; adductus ideo magis filiū pater diligit q̄ filius patrē. Expedit autem iam dictas & exiſtimatas amicitias exiſtimare: ſintne amicitiæ ut beniuolentia uideatur ne amicitia. ſimpliciter igitur beniuolentia neutiq̄ amicitia eſſe uideatur. ſiquidem frequenter multis aut uidendo aut audiendo aliquid de aliquo boni beniuoli efficiamur an tum etiam amici an ne: neq; enim ſi quiſpiam dario apud perſas exiſtēti beniuolus quēadmodū fortaſſis fuit: confeſtim etiam erga darium

illi fuerit amicitia. At amicitiæ beniuolẽtia qnq; initiũ eſſe uidebit᷑: fiat nẽpe beniuolẽtia amicitia/ ſi uolũtatẽ aſciuerit q bona poteſt preſtare ei præſtandi in quo ſit beniuolẽtia moris certe beniuolentia eſt: & erga amorem. nemo ſiquidem aut uino aut cuiq̃ alii inanimato: ſuaui bono beniuolus eſſe perhibetur: ſed ſi qs moꝝ ſtudioſus erga ipſum beniuolẽtia: neq; citra amicitiã beniuolentia ſed in eodẽ: ut amicitia eſſe uideatur. Concordia aũt eſt cõfinis amicitiæ ſi ꝓpriæ mõ dictã accipias cõcordiã: nã ſiqs Empedocli aſtipulet᷑: arbitreturq; ſicut ille eſſe elemẽta nunqd concors erit Empedocli an ne: uel ſi quid aliud tale: primum certe non eſt concordia in eis q̃ ſub intelligẽtiã: ſed q̃ ſub actionem cadunt: & in his qui idẽ cognouerunt: ſed ſi cũ hoc intelligẽdi idẽ delectũ habeant circa quæ pariter intelligũt. nã ſi ambo dñari cognouerunt hic qdẽ ſe: ille uero ſe nunqd ſunt cõcordes an nõ: cæteꝝ ſi ego me uelim impare & ille me: iã cõcordes hoc pacto ſumus: eſt nimiꝝ cõcordis eſſe in eis q̃ ſub actionẽ cadãt: cũ eiuſdẽ uoluntate: circa ſtatũ igit᷑ dominãtis in eiuſdẽ quæ ſub actionẽ cadãt ꝓpriæ dicit᷑ eſſe cõcordia.

De amicitia erga ſe.

VEerũ qm̃ eſt ut dixim9 ſua alicuius erga ſe amicitia: utrũ ꝓbus ſeſe amabit: an ne᷑ eſt certe ſe amãs q ſua de cã agit oĩa: ubi mõ aliqua ſuggerat᷑ utilitas: mal9 igit᷑ ſui amãs erit: ſua. n. de cã agit oĩa: ꝓbus uero nõ: hac. n. de cã eſt ꝓbus: qđ alterius cã id agat. & ꝑinde ſui amans nõ eſt: atq oẽs ad bona ꝓſiliunt/ opinanturq; ſua in primis eſſe oportere: idq; p̃cipue manifeſtũ eſt ex opulentia ac dñatu. probus igit᷑ alii hæc ſtatuet nec ut officioſum in primis ſibi: ſed ſi aliũ uiderit qui his cõmode magis uti poſſit facile conceſſerit: alii hoc inſcitia quadam nõ facient: neq;. n. opinant᷑ talibus bonis abuſuros: uel ẽt ob honoris cupiditatem imparãt: ꝓbus uero hoꝝ neutrũ efficiet: & ꝑinde ne qdẽ pp eiuſmodi bona ſui amãs erit ueꝝ ſi honeſtas poſtularit: id. n. ſolum nemini alii cõceſſerit: at cõmoda & iucunda ceſſerit itaq; in delectu honeſtatis ſui amãs erit. at ubi cõmodũ ac iã dicta uoluptas affectabitur improbus erit non bonus.

Quo mõ probus ſeſe diligat.

VTrũ ꝓbus ſeſe maxime amabit/ an nõ᷑ eſt certe ubi ſeſe maxime amabit: eſt ubi nõ: nã cũ dicimus ꝓbũ bona cedere q̃ ad utilitatẽ tẽdãt amico: magis q̃ ſe amicũ amauerit: ita ueꝝ amico concedens ſibi honeſtatẽ accomodat: eo q; mõ iſta cõcedit: eſt igit᷑ ubi amicũ ſe magis diligat: eſtq; ubi ſeſe maxime in ipſo nãq; cõmodo amicum: at ubi honeſtũ & bonum: ipſe ſeſe maxime diligit. Eſt igitur boni etiam amans: nec ſui amãs: nam ſi ſolum ſeſe amat quod bonus: malus ſui amans eſt: neq;. n. habet quapropter ſe amet/ ſicut honeſtum aliqđ: ſed citra hæc ipſe: q̃tenus ipſe eſt: ſeſe amabit & perinde hac de cauſas proprie ſui amans diceretur.

De eo quod ſibi ſatis.

DIcẽdũ de eo qđ ſibi ſatis & nõ altero indigẽs: utrũ q ſibi ſatis egebit amicitia an ne nẽpe ſibi ſatis erit ẽt ob hoc ſiqdẽ ẽt poetæ talia iactitãt cũ dæmõ bñ dederit: qd amicis opus eſt: unde ẽt gignit᷑ iopia. Vtrũ q cuncta hẽat bona quiq; ſibi ſatis ſit amicis egebit: an tũ ẽt maxime: cui. n. bene faciet: aut quo cũ uitã ducet: neq;. n. ſolus deget: ꝙ ſi his opus erit: neq; contingũt hæc citra amicitiã: qui ſibi ſatis eſt egebit amicitia. Quæ igit᷑ in ſermonibus cõſueta capi ſimilitudo ex deo: neq; illic recte: neq; hic fuerit utilis: neq;. n. ſi deus ſibi ſatis: nec ullo indigens: ob hoc ẽt nos nullo indigebimus: eſt nimirum iactatus de deo hmõi ſermo: nã qm̃ bõa cũcta obtinet deus ac ſibi ſatis ẽ qd faciet: neq;. n. dormiet ĩſpiciet aliqd inqũt: id nãq; pulcherrimũ: & maxime peculiare: qd igit᷑ inſpiciet: nã ſi quiſq̃ aliud inſpiciet id erit melius: hoc



uero abſurdũ eſt: ut ſe qcq̃ melius hẽat deus: ipſe igit᷑ ſeſe inſpiciet: at hoc deliꝝ nã homini q ſeſe ſuſcipiat utpote attonito inclamamus: quid igit᷑ deus inſpiciat omittamus: neq; de eo ꝙ ſibi deus ſatis ſit cõſideremus: ſed de hoĩe. Vtrũ q ſibi ſatis ſit is egeat amicitia/ nec ne᷑ qđ ſiqs amicũ ſpectãs uiderit qd ſit & qualis amicus: talis qualis alter ego eẽ: tũ uehementer amicũ facies: quẽadmodũ dictum eſt hic alter hercules alter amicus ego. Qm̃ igit᷑ difficillimũ eſt quẽadmodũ quidã dixere ſapiẽtes ſeſe cognoſcere & ſuauiſſimũ nã ſe noſſe iucũdum: ex nobis ipſis certe nos nõ poſſumus inſpicere: qđ ãt nõ nobis poſſumus: hinc certũ quod aliis inclamamus nec nobis cogniti: quod eadẽ faciamus: id uero fit aut qa bene uolumus nobis: aut pp affectũ: at nobis hæc ad recte iudicandum eſſe cõſideremus: quẽadmodũ igit᷑ ſi uelimus ipſi nr̃am ſpectare faciẽ ĩ ſpeculo obtuemur: itidẽ ẽt cũ nos cognoſcere uoluerimus amicũ ſpectãtes noſſe potuerimus: ẽ ſi qdem ut dicimus amicus alter ego: qđ ſi iucũdum eſt ſe noſſe idq; ſcire nõ eſt ſine altero amico: opus erit amicitia q̃ ſibi ſatis ſit ut ſe cognoſcat: rurſus ẽt ſi honeſtũ ut ẽ bene facere eũ quia fortuna bona obtineat. Cui benefaciet: quo cũ uitam aget: nõ. n. ſolus deget: nã uitã ducere: cũ alio & iucũdum & neceſſariũ eſt: ꝙ ſi hæc honeſta & iucũda: nec nõ neceſſaria & hæc ſine amicitia eſſe nõ poſſunt: opus erit amicitia quæ ſibi ſatis ſit.

De multorum amicitia.

VTrum multos habere amicos expedit an paucos: neq; ꝑfecto multos/ ut paucis abſoluã/ neq; paucos oportet: nã ſi multi erũt amorẽ in ſingulos diſtribuere erit operoſum: in cũctis ſi quidẽ aliis imbecilla natura noſtra in plurima peruenire nõ põt: neq;. n. uiſu diutiſſime poſſumus ſed ſi plus mediocritate inſtiteris ob ĩbecillã naturam deficit: neq; auditu: neq; aliis eiuſmodi oĩbus: quod igit᷑ amare non poſſit deficit/ iuſq; fuerit ut ĩclamet᷑ / coarguatur q; quod amicus ſit nec amet: cæterum hac rõne eſſe non poſtulat amicitia. Rurſus ſi multi nunq̃ mœrere deſierint inter multos nãq; par eſt ut aliquod ſemper accidat infortunium: unde triſtari neceſſe ſit: neq; porro paucos unum uel duos eſſe expedit: ſed inter parum & multum ut tempus: atq; ad amandum ſatis ſit impulſus.

Quomodo amico utendum ſit.

DEinceps conſiderãdũ fuerit quo mõ utendũ ſit amico: eſt ꝓfecto non in oĩ amicitia cõiectatio: ſed in qua ſe inuicem amici obiurgãt: atqui non aliis eodem modo ſe obiurgãt: ſicut in ea quæ patris erga filium: eadem non eſt inclamatio: ut par fuerit in nõnullis quẽadmodũ ego tibi & tu mihi: quod ſi hic nõ tam uehemens fuerit inclamatio: at in amicis in æqualibus nõ ẽ par: eſt uero patris erga filium amicitia ĩ minime æquali: itidem uxoris erga uirum: aut uernæ erga dominum: prorſuſq; deterioris & melioris in eiuſmodi non erunt inclamationes/ ſed ubi pares amici & in ipſa amicitia talis erit obiurgatio. proinde cõſiderãdum quo pacto utẽdum amico fuerit in ea demum amicitia quæ inter pares fuerit conciliata.

Explicit Liber Magnorum moralium/ interpræte Georgio Valla.

Ariſtotelis opa/ quæ a Ioã. Argiropylo/ Hermolao barbaro/ Leonardo aretino/ & Georgio Valla: e græco traducta ſunt: fœliciter expliciũt. cũ noua erroꝝ caſtigatione/ ut ſtudẽti patebit. Venetiis a Philippo pincio Impreſſa: ſumptibus dñi Benedicti Fontana. Anno incarnationis dñi. M. ccccc v. die. x i i. Septembris. Regnãte iuſtiſſimo dño dño Leonardo Lauredano Venetiarum Duce ſereniſſimo.

# REGISTRVM

a
Quæ in hoc
Liber Porphirii
ſubſtantia
unam naturam

b
dam illius
fit/ut numeri
ſunt. Recubare
lus definite

c
aliud inuehitur
hiemē:alii
nec intendi
ortus: &

d
negatio ſequit̃
eſt:neceſſe
Ariſtotelis liber
Ita res ſeſe

e
Cum igitur
Animal
Animal ſubſtan
Licet etiam

f
Liber Poſterio-
ſtrationē
aliud eſt quod
mere putant:

g
Qualitas
tantum. Nam
Patet igitur
Idem efficiet̃/

h
de quibus
Qualitas
pacto:& in
Lapis Animarū

i
a/& c/ratio
finitio per
Defectus
ſionem eſſe:

k
In figuris
Præfatio Ioan.
tiam/cuncta
eſſe intelligit:

l
tationis princi-
ceſſario ꝓficiſcē-
ad id quod
ſed alicuius ſunt

m
Ariſtotelis de
cus nō poteſt
loci ſimul
eſt aere plenū:

n
Capitulū ſextū.
principium:
trarius eſt:
neratione.

o
in quo eſt
mū in qd̃
tur/A/B/
quendo.

p
pati aut moueri
Principiū
ri ſurſum:
ferat ferat̃:

q
rurſus primus
ceps collocato-
deoꝝ ſacrificiis
Cū autem

r
corporeis igit̃
Empedocles
ſum nō idē
to:tollere eſt

s
q̄ ſtellarum
terra rotūda/
de latione uero
ſe magnam

t
eſſe quod
dicunt autē:
Differētias aūt:
ferri ac ſuper

u
ignem fortaſſe/
motū addunt
Capitulū tertiū.
inquam quid

x
ſubſtantia una.
hoc pacto
corruptiones
Poſt hæc autē

y
motiora aliis
Capitulū ſextū.
figuræ ſignifi
ſimpliciter

z
ædiū extruēdaꝶ
tū:ſed hoīem
q̄dam differendi
mali fœmellæ.

&
minis: animal
ſe eſt:ueluti
Ariſtotelis liber
neqꝫ mixtio

ꝯ
rum in his
gitudinis lōgitu
Capitulū q̄ntū.
ipſa duo ſunt

ꝶ
Quapropter
cū mouebit̃:
Capitulū .xi.
Cauſæ autem

A
guli ſunt
maxime
dens inerit ipſi
tionibus:quæ

B
tur/& quo
cam per ſe:
tus motu ſuo
Tractatus

C
Capitulū q̄ntū.
Pari modo
perueniretqꝫ
ſpiciens tam

D
Capitulū ſcd̄m.
Capitulū ſcd̄m.
miſericordiā.
ca liberalitatem

E
Idem faciunt
ceruū aut ferā
temperantiam
Ex his eſt &

F
& de iuſto etiam
reſpectu nititur
pro quo dat
quem neqꝫ quo

G
quēadmodū
Capitulū ſcd̄m.
bendo non ſit
re ira quidem

H
poteſtatibus
nias conferūt
in ſodalitia ſunt
Incipit Liber

I
endū p ſe
.n.uiſionis:
ſunt hominis
Capitulū tertiū.

K
ſtra: neceſſariū
mo ipſo facit
ad ſeipſum
mille filii:

L
Enimuero
uero maxime
elegantior
eſſe circa locum

M
um: ceu iurium
ꝙ difficile erat
bere non
dum opulentiā

N
pars quæ
duodecim
uites autem
ſi admodum

O
dam uero
cā. Non enim
ut uel recte
ria illius

P
quare & actio
potentia ꝙ
rum domini
podamium

Q
iucundam
patet ex tabula
tias finem
tet conſidera-

R
furori
facit intēperās:
Georgius
refert certe

S
metu atqꝫ
De uerecundia.
litate ciuile
ſint: & in

T
quod alias
modi a natura
modo: ac

FINIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA


LOGICA ARISTO